DE SCRIPTIS & SCRIPTORIBUS ANONYMIS ATQUE PSEUDONYMIS SYNTAGMA

VINCENTII PLACCII,
J. U. L. HAMBURGENSIS.

In quo

Ad ſesquimille omnis generis argumenti linguarumque ſcripta, partim nullis, partim falſis Nominibus præfixis antehac edita, genuinis ſuis atque veris auctoribus reſtituuntur.

HAMBURGI,
Sumptibus CHRISTIANI GUTHII.
ANNO M. DC. LXXIV.

Nobilissimo, Amplissimo Excellentissimo & Consultissimo

DOMINO

CHRISTIANO MARTINO DORN JCto.

SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS DANICÆ CONSILIARIO MERITISSIMO

ILLUSTRIS MEMORIÆ VIRI

RAIMARI DORN,

IISDEM OLIM DIGNITATIBUS PRÆFULGENTIS

FILIO UNICO

ERUDITIONIS MORUMQVE PRÆSTANTIA SUMMA VERE PATRISSANTI,

DOMINO ET AMICO SUO OMNI CULTU HONORATISSIMO, AMORISQVE VERE FRATERNI NEXU JUNCTISSIMO.

S. P. D.

VINCENTIUS PLACCIUS.

PRivati amoris nostri, quem tribus adeo lustris jam integris, utrinque pari constantia, pari fervore præsentes absentes-

que coluimus, publicum aliquod extare monumentum, ſæpius jam pridem optavi. Ejus voti mei nunc tandem mihi compos eſſe factus videor, quando præſens opuſculum hocce honoratiſsimo tuo Nomini, neſcio quid ultra morem lætus inſcribo. Quamvis enim nec elaboratum illud usque adeo dare potuerim hac vice, ut quem Tibi debeo, ſerioque exhibere deſidero cultum, teſtari ſatis ſit idoneum: attamen & hac in parte quicquid etiam deſit (quod ſanè non eſſe exiguum fateor) illud tamen & amoris erga me Tui vehementia, & olim adhibendæ in editione iterata diligentiæ pollicitatio mea, facile nunc, ſpero, excuſabunt. Hac verò fiducia manente, non poteram, meo judicio, magis accommodatum huic propoſito argumentum aliud facile ſelegiſſe. Nimirum eam ego, quaquaverſum aut olim peregrinando me tuli, aut poſtmodum etiam cogitando me verti, faciem Orbis litterarii deprehendi, ut propemodum plures librorum

quam

quam litterarum amatores ubique offenderim. Hos ergo si non omnes, certe plerosque in hanc meam librariam escam involaturos, non tantum animus mihi meus, sed & Amicorum plurimorum, super hocce labore meo litteras sermonesq; mecum commutantium, vaticinium præsagit. Quod si fit, an non ego id, quod in votis habeo, quam maximè consequor? ut nimirum quam plurimi DORNIUM suo PLACCIO cultum ac honoratum esse videant; & amicum agnoscant? Quam rem etiamsi Tu fortassis interesse tua parum admodum arbitrere: tamen ego mea sanè referre quam plurimum autumo, quippe cui in animo celebris ista Tulliana (*Orat. pro Sextio circa finem*) sententia semper insedit & insidebit. *Hæc est una via & laudis & dignitatis & honoris, à bonis Viris & Sapientibus, & benè à natura constitutis, laudari & diligi.* Neque verò facile sit unde malim quam ex Tua erga me familiaritate mores æstimari meos. Tu vero, meæ deliciæ, eo vultu le-

videnſe hocce munuſculum reſpice, quo ſoles mea, id eſt hilari, ac benevolo ſupra meritum; & ſi, quod abominor, ulla poſsit aliquando tam indigni te amici ſatietas aut pœnitudo capere, illud ſapientiſsimi *Bionis* cogita, quod eſt apud *Diogenem Laertium* in vita ipſius. Τοῖς φίλοις ὁποῖοι ἂν ὦσιν, συντηρεῖν. ἵνα μὴ δοκοίημεν πονηροῖς κεχρῆσθαι, ἢ χρηστοὺς παρῃτῆσθαι. (*Amicos, qualescunque ſint, retinendos. Ne videamur aut malis uſi, aut bonos repudiaviſſe*) Vale. Dabam Hamburgi, Anno Æræ Chriſtianæ CIƆ IƆC LXXIV. die XVIII. Martii, Natali tuo, quem centies precor tibi proſperum reverti.

INDEX
Eorum quæ hocce
SYNTAGMATE
continentur.

Joannis RHODII Dani Catalogus Auctorum suppositiorum cum annotationibus.
Petri SCAVENII Catalogus Auctorum qui suppresso vel ficto nomine prodierunt.
Librorum *Vincentii Placcii* editorum & edendorum indiculus.
Ejusdem de Anonymis Scriptoribus detectis liber singularis, cujus hæc sunt capita:

I. De Biblicis Scriptoribus Anonymis. Pag. 1.
II. De Scriptis Anonymis Theologicis & Theologicorum nomine venditatis, Mataeologicis vel Atheologicis. 9
III. De Scriptis Juridicis Anonymis detectis. 33
IV. De Scriptis Medicis Anonymis detectis. 39
V. De Historicis Anonymis detectis. 43
VI. De Scriptoribus Philosophicis & imprimis Theoreticis Anonymis detectis. 53
VII. De Scriptoribus Anonymis Mathematicis & Astrologicis detectis. 56
VIII. De Scriptis ad Philosophiam Practicam pertinentibus Anonymis detectis. 60

IX. De

IX. De Scriptis *Miscellaneis variis, præcipuè Philologicis, id est, ad Styli Latini, antiquitatis &c. studium pertinentibus: in quibus & Satyrica, & Invectivæ Doctorum mutuæ referuntur.* 63
X. De Poetis *Anonymis detectis.* 76
XI. De Scriptis Germanicis *Anonymis detectis.* 82
XII. De Scriptis Belgicis *Anonymis detectis.* 93
XIII. De Libris Anglicis *Anonymis detectis.* 95
XIV. De Libris Gallicis *Anonymis detectis.* 97
XV. De Libris Italicis *Anonymis detectis.* 113
XVI. De Libris *Anonymis aliarum variarum linguarum detectis.* 122
Appendix Anonymorum, continens omissos in superioribus, aut nondum satis notos. 124
Scriptorum Pseudonymorum detectorum Catalogus Alphabeticus. 133

LECTORI BENEVOLO

φιλοβίβλῳ cumprimis

S. P. D.

Nunquam ita quisquā benè subducta ratione ad vitā fuit, Quin res, ætas, usus, semper aliquid apportet novi, Aliquid moneat: quod mi evenit nunc (1.) Nam ego sanè nulla de re minus unquam aliquid publicare cogitaveram, etiam ante menses adhuc paucos, qvam de hoc argumento: ad quod memorata *Anonymorum num. 167. & alibi* occasio fecit, ex improviso animum ut appellerem. Neq; tamen etiamnum operæ poenitet, ex qua cum jucunditatem ipse singularem percepi, tum etiam fructum aliis atq; delectationem non mediocrem promitto. Quotus enim quisq; nostrum quæso est, (ad conscientiam Lectoris cujuslibet hic provoco) qui simul ac noviter editum librum aliqua consideratione dignatur, auctoris nomen in frontispicio, vel ubicunq; scriptum illud esse putat, attenta circumspectione non investiget, idq; si vel nullum inibi, falsumve deprehendat, verum alicunde novisse non peroptet? Neq: est, cur ejuscemodi commune nobis, ne dicam naturale desiderium, vitio generis humani quis totum adscribat, quo contingit, quod observante jam olim Philosopho Latino, (2) *qui valdè latet, & â vulgo semotus est, in hujus vitam inquirunt homines.* Quin potius secreto aliquo capiendi ex auctoris notitia fructûs præsagio id evenire certum est. Siquidem nec omnibus æquè accredimus omnia, nec

)(parum

(1.) *Ter.* Adelph. A. 5. Sc. 3. (2.) *Seneca*

parum adeo refert: *Davusne loquatur an Herus.* (3.) Imo vero quemadmodum, si vultum coram loquentis contempleris, ex minima oculi nictatione, frontisve ruga, mirum quantum sœpe liceat addere vel demere orationis sententiæ: sic solo sœpe scribentis nomine audito, quid ex tota scriptione nobis promittere debeamus, datur anticipatione judicii quadam prævidere. Sæpissimè namq; vel nescire, vel non intelligere ipsum, minusve audere, nec magis velle quæ sciat eloqui, constat. Hinc tot Historicorum, tot Theologorum falsa fides: tot Politicorum ac ICtorum erga partes studia, neq; satis procul habitæ amoris odiive caussæ, statim se cum nominibus eorundem prodwww, & errore alias in eluctabili liberant legentes. Nec taceam, quod per hocce sua cuilibet auctori opera restituendi studium non paucis in se famamq; suam præ modestiæ timorisve excessu, dum viverent injuriis Scriptoribus summis, debitum in Republica Litteraria Laudis atq; honoris præconium, licet post humum, profuturo tamen posteris exemplo, justè laudabiliterq; confertur. Quid quod ê contrario falsariis, plagiariis, Calumniatoribus, Legem Corneliam, Fabiam, Rhemniam, aliasq; sub Orci galea latitando impunè alioquin elusuris, similibusq; rei litterariæ turbatoribus occultis aliis, nulla ratione occurri rectius potest, quam si latendi spes nefariis ipsorum facinoribus etiam tunc, ubi jam ossa ipsorum nimis benigna humus aliquandiu contexit, eripiatur. Nimirum & hic *alitur vitium, vivitque tegendo.* (4.) Et *quotusquisq; reperietur, qui impunitate & ignorantia sibi omnium hominum proposita, abstinere possit*

(3.) *Horat.* (4.) *Virgil.* Georg. 3.

ſit ab injuriis. (5.) ut Tulliana verba nunc mea faciam. Denique nullum majus ad *univerſalem Hiſtoriam Litterariam* (tantopere cum doctis aliis, tum imprimis Anglo illi ingenioſiſſimo *Baconi de Verulamio* (6) deſideratam) adminiculum accedere poſſe apertum eſt, quam ſi ſuo ſeculo, ſuæ ſectæ, ſuæ genti, ſuo deniq; auctori ſcripta quælibet ritè vindicentur, quod ſanè niſi detractis, quibus tam multa teguntur, larvis, fieri nullo modo poſſit. Haſce itaq; , & neſcio annon alias etiam aliquas hiſce non minores hujus argumenti utilitates, cum deprehendiſſent Animorum aliquot illuſtrium magnæ Mentes, non aliis modo commendandam illius tractationem cenſuere, quod præter *Voetium*, (7.) *Voſſium*, (8.) *Wowerium*, (9.) *Schoockium*, (10.) alii fecerunt aliquam multi: ſed operam haud perfunctoriam ſuam quoq;, non heri vel nudius tertius demum contulerunt. Imo jam *olim præcipua* τῆς κριτικῆς *pars erat, poſſe ſcripta ſuis Auctoribus vindicare, atq; ſpurios fœtus à genuinis diſtinguere, prout prolixè oſtendit*, Cl. Wovverius, (11.) *ſuo ſeculo Hamburgenſium ocellus, & poſt eum, atq; magnam partem ex eo, Cl.* Voſſius (12.) verba ſunt *Martini Schoockij* (13.) Quod ſi vero eſt *utilis imprimis, & neceſſaria hæc Criticorum ſolertia, & ſtudium in diſcernendis auctorum libris*, ut ex vero docet modo laudatus Civis meus (14.) ſanè non erit inutilis Hiſtoricorum hac in parte labor exiſtimandus, cum hi documentis certis, atq; Iudicis etiam quan-

)(doq;

(5.) *Cic.* Offic: 3. (6) de dignit & augment. ſcientiar. l. 2. c. 4.
(7.) Biblioth. Theolog. l. 2. c. 2. p. 255. (8.) De arte Gramm. l. 1. c. 6. (9.) Polymathiæ, c. pag. 16. m. 123. (10.) Fab. Hamelenſ. part. 1. c. 4. pr. (11.) l. c. n. (9.)
(12.) l. c. n. (8.) (13.) l. c. n. 10. (14) *VVovverius* l. c. pag. m. 124.

doq; ſententiam impetraturis probationibus plerumq; nitantur. illi præſumptionibus haud raro & conjecturis ſolis acquieſcant. Quamobrem hic omnium optime ſe geſſerunt, qui utramq; curam ſociantes, Hiſtoriæ regulam una cum Critica Virgula conjunctim ſemper adhibuerunt. Quo nomine *Ariſtophanem Erotianum*, aliosq; veterum plurimos olim laudatos memini, quorum ſcripta pleraq; conſumpſit nihil non abſumens ætas. Ex recentioribus verò *Cocus*, *Robertus*, *Rivetus Dalæus*, *Bellarminus*, Ioannes & Theophilus *Raynaudi*, ſine laude prætertermitti non debent, quandoquidem alios imprimis profanorum auctorum cenſores tantum non innumeros hic commemorare non eſt locus: quorum poſtquam pleriq; ſuppoſita ſcripta ſolum annotando laudem maximam ſunt conſecuti, non video cur ego ſuppoſitores inſuper ſiſtens, de applauſu eruditæ caveæ debeam deſperare, Hic vero non poſſum non miſerari jacturam binorum operum, quæ ſi extarent, egregiè ſine dubio noſtrum hoc argumentum erant locupletatura. Eorum primum eſt *Joannis Gerhardi Voſſii*: qui *Sanctorum vitas à Surio Moſandroq;* ἀνωνύμως exhibitas ubi enumeravit, (15.) plerorumq; auctores ſe repperiſſe alias exhibendos ſcribit: at hi cum eo qui tot aliis auctoribus vitam reddiderat, una nunc iterum mortui merito lugentur. Alterum eſt *Caſpari Barthii Commentarius de Auctoribus dubiis*, ſæpius in doctisſimo Adverſariorum opere (16.) citatus, imo *plurimis bonis hominibus in ſcriniis ejus viſus*, (17.) ſed qui defuncto ipſo inter alia Manu-

(15.) de Hiſt. Lat. l. 3. c. 10. p. 826. (16.) l. 1. c. 14. 15. l. 12. c. 12. l. 34. c. 18. l. 38. c. 4. l. 42. c. 22. (17.) l. 34. c. 11.

Manuſcripta cum grandi reipublicæ litterariæ damno *ſtatim diſparuit*, uti teſtantur *Theophilus Spizelius* (18.) Chriſtianus *Daumius* (19.) Andreas *Boſius* (20.) & Valentinus Henricus *Voglerus* (21.) Non libet jam huic tam luctuoſæ recordationi diutius immorari, quin potius gratam eorum quorum ſuperſtites libri nobis inſigniter profuere, commemorationem hic inſtituerem, niſi tantam me in memorandis illis, tamq; ſcrupuloſam adhibuiſſe diligentiam, bona conſcientia profiteri poſſem, ut etiam quæ ab ipſis non didiceram; ex iisdem, quibus ipſa fuerunt fontibus hauſta, præoccupantibus tamen illis adſcribere maluerim, quam videri ullius operam pro mea venditaſſe. Potius itaq; rogandum te B. L. exiſtimo, ne ad ſœpiuſculam ejusdem auctoris brevisſimo intervallo factam mentionem nauſees: quam ut omiſſum alicubi auctorem ignoſcas: quod tamen etiamſi forte tanto in numero contigiſſet, oblivioni potius quam propoſito ſcribentis imputandum, ecquis non planè iniquus negabit? Præter hoſce publicè typis excuſos auctores, fuere qui privatis auxiliis ſuis meas qualescunq; copias inſtruerent, atq; augerent: quos etſi non minori ſtudio quotiescunq; aliquem ipſorum cura ſuccenturiatum produxi, laudaverim: quia tamen & ipſorum peculiaris erga me beneficentia ſingularem meretur commendationem, & interdum etiam aliqua auctorum loca indicarunt ipſi, quos alias fortè non evolviſſem, quibus citandis deinde haud conveniebat ſemper ipſorum adjicere nomina; non poſſum non ea nunc huic frontiſpicio inſcribe-

re.

(18.) Templi honoris p. 387. (19.) Præfat. animadverſ. Barthij in Papinium. (20.) de notit. Script. Eccleſ. p. 51. (21.) Introd. in not. Script. c. 5. p. 25.

re. Primum autem hic jure locum sibi vendicat JCtus summus, GERHARDUS VON MASTRICHT, in Electorali Academia Duysburgi Professor publicus, ante quidem non alio nomine, præterquam doctissimo *de Susceptoribus Syntagmate* mihi notus, at hujus scriptionis occasione per communem nobis Amicum Dn. *Henricum Brokes* J. U. L. mihi conciliatus: qui ad 50. auctores mihi nondum detectos aperuit, in detectis etiam notitiæ fundamenta, vel aliorum testimonia necdum nota multa suppeditavit. Præter hunc Medici ἐκ τῶν χαριέντων bini symbolas, etsi non æq; largas, neutiquam tamen vulgares contulere. Nimirum Amplissimus atq; Excellentissimus Dn. GOTTFRIED MELLEM, Ph. & Med. Dr. Illustrissimi Principis Palatino Neoburgici Consiliarius, Archiater Aulicus ac Militaris, Physicusq; Dusseldorpiensis & Metallorum in Ducatibus Cliviæ Montiumq; summus Præfectus, amicitia mihi planè singulari conjunctissimus, & itineris Italici comes ante decennium suavissimus: nec non Nobilissimus, & Experientissimus Dn. MARTINUS FOGELIUS, Ph. & Med. Dr. & Polyhiater celeberrimus, Civis ac Amicus meus honoratissimus. Hi sunt, B. L. quibus gratias hoc nomine debes, quas ego publicè nunc ipsis iterum iterumq; ago, ad ulteriorem ipsos olim, adq; similem omnes Bibliothecarios & rei librariæ peritos largitatem studiosè invitans, & vicissim quodcunq; â mea tenuitate proficisci possit redhostimentum lubentianimo promittens, imo spondens. Enimverò non alia de causa magis quam hujuscemodi stipem publice rogandi, penuriam hanc meam pub-

licare

licàre tantopere maturavi: absq; hoc fuisset, observaturus omnino Flacci (22.) monitum, *nonumq; prematur in annum*, quod consultò jam neglexi, ne quid occasionis rogator hic Libellus (nec enim alio nomine nunc illum venire volo) mea dilatione prætermisisse culpari posset. Eum mutilavit etiam ad nundinas imminentes properantis Typographi festinatio, quæ *Dissertatiunculam*, de hac occultato auctore scribendi ratione conceptam adjicere non permisit. Eam itaq; secundæ, si Deus volet, editioni, una cum Auctorum centuria, nunc ob caussas varias nondum publicanda, reservo: quam si adornare ex animo dabitur, uti hæc vice omnia imperfectè, confusè, mutilèq; & breviter nimis, ac quasi desultoriè tantum attigi, multis, de quibus egi, auctoribus ne quidem visis, multa dubia relinquere coactus: sic omnia tunc, quantum ejus fieri poterit, plenè, partitè, absolutè, fuseq; locis citatis auctorum integrè, quoties opus, adscriptis, operibusq; de quibus agitur omnibus inspectis, perlustratis, comparatis, sententiisq; singulorum unà cum rationibus quibus nituntur examinatis, ponderatis, ea certitudine, quam singula firmissimam admittent, corroborabuntur. Id quod eo nunc prædico magis, B. L. ut hujus editionis defectibus tanto sis æquior, futuræq; tua quæ habes additamenta liberalior subministres. Illa ne otiosus ego exspectem, interim absolvendò alicui ex aliis quæ promisi me accingam: quorum Catalogum exhibui, adductus exemplis innumeris tam antiquorum, apud quos, *Tacito* teste, *pleriq; suam ipsi vitam* (nedum scripta publico dicata) *enarrare fiduciam potius morum quam arrogantiam arbitra-*

ti

(22.) Hor. Art. Poët.

ti ſunt: tum recentiorum, quorum utpaucos aliquos nunc occurrentes animo recenſeam. *Allatium*, *Auguſtinum*, *Valerium Andreæ*, *Campanellam*, *Caramuelem*, *Cardanum*, *Eraſmum*, *Gennadium*, *Geſnerum*, *S. Hieronymum*. *Honorium*. *Hornium*, *Labbæum*, *Licetum*, *Poſſevinum*, Th. *Raynaudum* *Scioppium*, *Sigebertum*, *Sixtum* Senenſem, *Sweertium*, *Tritthemium*, Carolum de *Viſch*, Martinum *Zeilerum* &c: quos omnes hoc nomine vituperandos autumans, etiam me unà ſi vituperet, parum penſi habeam, in tanto me longè meliorum numero facile latitaturus. Cœteroqui conſcius optimè mihi, quam non alium in finem hunc indiculum exhibuerim, niſi ut partim ex ſtudiis meis, (quæ intemperantiæ multis argui ſatis ſcio,) quid fructuum expectare debeat res litteraria, conſtet, partim ut qui promovere conatus aliorum quam ſuos publicis ſeculi cenſuris exponere malunt, iis me adjuvandi uberior facultas ut exiſtat. Si modo velint. Nam poſſe, quidem nemini negatum: ſin minus opera & auxilio, votis certê, precibusq;, quas piorum omnium pro me fundi precor, aliud mei ad publicos uſus ſuſcepti laboris præmium nullum ambiturus. Vale.

VINCENTII PLACCII
DE
SCRIPTORIBUS ANONYMIS DETECTIS.

CAPUT I.
De Biblicis Scriptoribus Anonymis.

ANonymos Scriptores, quorum ad me notitia pervenit aliqua, communi Orbis Litterarii notitiæ publicaturo, ab aliis quam Religiosis exordiri religio sit. Quamvis enim hic quoque fortassis, juxta Maronianum illud, *Omnia jam vulgata*, postquam tot magnorum Virorum, imò Theologorum animos, stylosque hujus antiquitatis cura fatigavit: attamen instituti ratio permittere non videtur, ut silentio totum hoc argumentum omninò nunc prætermittam. Interim illud mihi temperamentum indixi, ne prolixitate nova vetus jam atque tritum argumentum onerem, sed brevissimè sententias, non omnes quidem, sed præcipuas solas, & veritati maximè consentaneas notem. Quibus qui contentus esse nolit, integrum illi fuerit, longè plura petere ab iis, qui datâ opera sunt in hoc scribendi genere versati. Quos inter qui *Commentatores* solos eorum quos memorabimus *Sacrorum Librorum* inspicere non pigrabitur, quorum pauci de autore Libri, quem commentariis aut ornant, aut onerant, incuriosi fuerunt: næ is habuerit quo satiet aviditatem suam. Modicè verò curiosis *Lutheri* præfationes ad hosce libros inspexisse suffecerit, cum Isagoge *Petri*

 Pallad

Palladii in libros Apostolicos & Propheticos, & *Conradi Hornei* libro de Sacra Scriptura, quibus si cui placeat alios fusiores adjungere, illum *Jo. Gerhardi* Exegesis loci primi de S. Scriptura c.7. tum Prolegomena in libros singulos *Cornelii à Lapide*, & Apparatus sacer *Possevini*, Bibliotheca sancta *Sixti Senensis*, *Bellarminus* de scriptoribus Ecclesiasticis, *Hottingerus* in Philologico thesauro lib.2. c.1. & 20. *VVaserus* de S. Script. Authoribus, denique *Jo. Raynoldus* de Apocryphis, aliique complures ab his laudati, otio suo desiderioque levabunt. Quod si quis antiquiores desiderat, *Athanasii* Synopsin, & *Hieronymi* Vitas, ac *Isidori* Origines &c. consulat oportet. Nobis hic brevioribus esse placuit, nec aliorum paginas exscribere.

I. JUDICUM liber itaque primum se ex Anonymis sacris offerens, à *Rabbinis* & in specie à *Rabbi Mose Kimchi* in libro viarum linguæ sanctæ SAMUELI tribuitur, quæ sententia licet pro indubitata obtrudi nemini possit, attamen potior mihi videtur aliorum recentioribus partim, ac minus etiam verosimilitudinis habentibus opinionibus, qui vel EZECHIÆ, vel JEREMIÆ, vel ESDRÆ, vel HELI, aut PINCHASO, summis sacerdotibus, librum hunc acceptum ferre malunt. Idem de Libro

II. RUTH dictum esto.

III. REGUM libri duo à *Rabbi Mose Kimchi* JEREMIÆ Prophetæ tribuuntur, assentientibus *Isidoro*, *Procopio Gazensi*, & aliis antiquiorum Ecclesiæ Doctorum plurimis, nec non recentiorum præcipuis, hoc inter alia potissimum argumento utentibus, quod non modo stylus Prophetæ in partibus Historicis cum stylo librorum Regum, sed & horum Caput ultimum cum Prophetiæ Capite extremo verbis ferè congruat. Frustra sanè sunt qui ESDRAE libros Regum tribuunt una cum omnibus Veteris Testamenti scriptis reliquis, de quo errore mox ad Paralipomena nonnihil dicemus. Ex aliis tamen collectum hoc opus esse non negaverim, cum in eo scripta diversa non amplius extantia nominatim citentur. v.g. *Liber gestorum Salomonis* 1. Reg. XII, 10. *Liber dierum Regum Israelis* 1. Reg. XIV. 19. XV. 31. XVI. 5. 14. 20. 28. XXII. 39. 2. Reg. I. v. f. XIII. 8. 12. XIV. 16. 28. XV. 11. 15. 21. 26 31. *Liber dierum Regum Judæ.* 1. Reg. XIV. 29. XV. 7. 24. XXII. 46. 2. Reg. VIII 23. X. 24. XII. 20. XIV. 19. XV. 6. 36. XVI. 19. XX. 20. XXI. 17. 26. XXIII. 28. XXIV. 5. Unde à plurimis collectum hoc opus arbitrantur haud pauci, sed quos alii nominant alios atque alios, alii nullos sed Judicis cujusque Prophetas coætaneos fuisse dicunt.

IV. PARALIPOMENON libri duo, sive CHRONICORUM à *Rabbi*

à *Rabbi Salomone*, & à *Rabbi Mose Kimchi* ex ſententia Seniorum ſuæ gentis adſcribuntur ESDRÆ poſt ejusque libros collocantur, eo præter alia utentibus argumento, quod verba finalia hujus ſcripti, ſunt initialia libri Esdræ. Hunc Esdram eundem aliqui cum JOSEDECH ſacerdote faciunt, cujus 1. Paralip. 7. v. 14. 15. mentio fit. Eum quoque cum MALACHIA Propheta confundunt aliqui Hebræorum, dictumque Malachiam, quod ſignificat Angelum, ob doctrinæ vitæque puritatem perhibent: id quod etſi nec improbare nec approbare videatur *D. Hieronymus*, attamen alii Patres unanimi conſenſu multi rejiciunt: nominatim *Euſebius* in Chronicis, *Auguſtinus*, *Cyrillus*, *Epiphanius*, qui tamen nominis cauſam memoratam approbat, libello de Vitis Prophetarum, pag. m. 35. ſed quem non eſſe eundem cum illo Sancto probat *Rob. Cocus*, Cenſuræ ſuæ p. m. 242. adde *Jo. Gerhard.* Exegeſ. loc. 1. c. 7. n. 167 pag. 119. Unde hic quidem judicium merito ſuſpendo, de cætero facile concedens *Petro Palladio*, Iſagog p. m. 67. *Strigelio* in principio commentariorum ad hosce libros, *Jacobo Reinecio* armaturæ Theologicæ Tom. 1. c. 14. p. m. 56. *Sixto Senenſi* & aliis recentiorum innumeris, Esdram hosce libros conſcripſiſſe, quos poſt Captivitatem Babylonicam eſſe demum confectos legentibus in aperto eſt: Verum conſcripſiſſe, non quidem afflatâ divinitus illi memoriâ, cum omnes libri antiquiores Hebraici non minus ac Pentateuchus omninò periiſſent, ut improbè commenti ſunt fabuloſi Judæi, quorum hoc fide primus ex Patribus narravit *Irenæus*, unde poſtea fluxit impius multorum ſacras literas impugnantium error, qui ab Esdra confictos omnes quos nunc habemus ſacri Codicis V. T. libros jactitant, loco libri 4. Esdræ c. 14. ad hoc abutentes. Sed hos quidem præter citationes librorum aliorum tanquam ſuperſtitum 2. Paral. 9. v. 29. & 12. v. 15. c. 20. v. 34. &c. factas, nec non Theologos multos (quos inter imprimis legi meretur *Jo. Gerhardus* Exegeſi de Scriptura ſacra n. III. & ſeqq. p. 114. & ſeqq. ac poſt eum *Hottingerus* Theſauri Philologici lib. 1. c. 2. qu. 1. ac inibi citati pluſculi) refutant etiam *Lomeijerus* de Bibliothecis c. 3. Sect. 1. p. m. 34. 35. ſed conſcripſiſſe, ex aliis tum temporis extantibus Scriptoribus, etſi raris, colligendo; & in unum volumen, ut apud Hebræos habetur, componendo, quæ Spiritus Sanctus, alia iſta volumina non conſervatum iri cuncta prævidens, dictitabat: quemadmodum id interpretatur *Sixtus Senenſis* Bibliothecæ ſanctæ lib. 1. pag. m. 10. & auctores ipſi in libris iisdem citati abunde ſatis confirmant.

V. ESTHER Liber MARDOCHÆO, nutritio ipsius Estheræ adscribitur ab Ecclesia Latina, valdè plausibili argumento verborum cap. 9. vers. 20. illius libri. *Scripsit itaque Mardochæus omnia hæc &c.* *Isidorus* tamen lib. 6. Orig. cap. 2. ESDRÆ librum hunc adscripsit, eo quod ipsius tempore contigisse credidit hanc Historiam, quam tamen ipsius ævo posteriorem facit *Eusebius* in Chronicis. *Philonis* opinio fuit in chronographia sua, JOACHIM Pontificem Magnum Judæorum id temporis, librum hunc conscripsisse, festumque פורים id est sortium instituisse. Sed de Mardochæo sententia probabilior videtur, quam præter nostrorum Theologorum haud paucos, tuentur etiam *Sixtus Senensis* & *Bellarminus* de Script. Eccles. A. 3528. & de Verbo Dei libri 1. c. 7. &c.

VI. PSALMI XXXIX. nomen nullum præferentes quidem inter reliquos leguntur, attamen ejusdem esse DAVIDIS, cujus sunt cæteri, nomen illius præferentes, non sine ratione creduntur, cum multi eorum nomine Davidis in aliis Scripturæ partibus citentur. Vide *Sixtum Senensem* Bibliothecæ sanctæ lib. 1. p. 12. & seqq. Neque tamen defuere contradicentes huic sententiæ, putantesque nonnullos horum Psalmorum inscriptione carentium, etiam post Captivitatem demum Babylonicam fuisse confectos: & nominatim quidem Psalmum 137. *Ad flumina Babylonis &c.* quem clarius quam Prophetiæ convenire videbatur, illius mali statum exprimere credebant. Quibus favere videtur quod *Chrysostomus* & *Hilarius* in præfatione Psalmorum annotatum reliquerunt, una cum *Athanasio* in Synopsi sacræ Scripturæ: ESDRAM nimirum â Captivitate demum Babylonica, volumen hoc quod hodieque manibus, utinam mentibus æque! terimus, collectum edidisse. Quod si sit, non absimile vero videatur, eundem aut suos aut aliorum post Davidis obitum scriptos, & Ecclesiæ Judaicæ Prophetisque comprobatos hymnos, in illud unà compegisse. Quicquid ejus sit, â SPIRITU SANCTO profectos esse Psalmos illos omnes atque singulos, quocunque etiam ille sit usus amanuensi, clarum est ex Novi Testamenti locis non paucis, quæ vide sis adducta, cum argumentis inde petitis solidissimis, tum apud alios Theologos complures, tum apud *Jacob. Reineccium* Armaturæ Theologicæ lib. 1. c. 14. & Patruum meum Maximum piæ memoriæ, abavi mei materni Eberhardi Molleri Consulis olim Hamburgensis Germanum *Henricum Mollerum* in præfatione suarum Wittembergæ in Psalmos editarum Enarrationum. *Sixtus Senensis* lib. 1. p. m. 14. *Athanasium* dicit in Synopsi tribuere collectionem Psalmorum Ezechiæ Regis Amicis, quod quomodo

modo cum iis, quæ de Esdra legi apud eundem, pag. m. 84. supra memoravi conciliari queat, nullus video.

VII. MACCABÆORUM Libri primi scriptor haud satis certò constat, Hebræum tamen fuisse certum est, & ex Phrasi, & ex *Hieronymi*, qui Hebræum se legisse textum affirmat, testimonio. JOHANNEM HIRCANUM filium Simonis, qui rebus in eo narratis plurimis interfuit, aliquibus etiam præfuit, utpote Sacerdos summus, Princepsque Populi, ac Propheta, teste *Josepho* antiqu. Jud. lib. 10. c. 6. per annos multos, probabiliter admodum sunt qui velint hujusce libri auctorem, Siquidem ex *Fl. Josepho* contra Appionem constat, Sacerdotibus imprimis summis Historiæ conservationem apud Hebræos commendatam fuisse. JUDAM Essenium tamen alii malunt hoc honore dignari (vide *Serarii* præfationem in suos ad hosce libros commentarios, ubi cumprimis in hac quæstione prolixus est.) Ego rem totam in medio relinquo. Librum ipsum non parvi fecisse *Lutherum* ex præfatione Germanicâ ipsius in eundem apparet.

VIII. MACCABÆORUM SECUNDUS una cum reliquis tanto minoris eidem habetur & merito. Eum quidem constat esse tantum Epitomen librorum quinque JASONIS CYRENÆI, sicut Epitomator ipse fatetur, cap. 2. v. 24. quem *Honorius* Præsbyter Augustodunensis libro de Scriptoribus Ecclesiasticis PHILONEM Judæum fuisse tradit, probabilius sanè quam Flavium JOSEPHUM, ex Hieronymi lib. 2 contra Pelagianos *Sixtus Senensis*, quem in hoc errare fidelis alioquin illius in multis hujus argumenti exscriptor Possevinus agnoscit, deceptum videlicet inde quod alium lectu dignissimum ejusdem *Josephi* librum, sed absimilis omninò argumenti, nempe *de rationis Imperio in Affectus*, exemplo Martyrum Maccabæorum illustrato, quem eo loco laudat Hieronymus, posteris reliquerit.

IX. MACCABÆORUM TERTIUM tamen alio argumento, nempe styl. similitudine persuasos aliquos eidem JOSEPHO tribuisse, notat *Sixtus Senensis* Biblioth. sanctæ lib. 1. p. m. 39. quem vide.

X. MACCABÆORUM etiam QUARTUM ex libro dierum Sacerdotii JOANNIS, cujus in fine primi Maccabæorum libri mentio fit, excerptum memorantem. Hosce omnes libros Apocryphos esse probat post alios *Joh. Gerhard.* Exeges. l. c. n. 176. p. 179. & n. 230. & seqq. p. 238. & seqq.

XI. JUDITH sive Historiam, sive ut in præfatione sua *Lutherus* haud contemnendis argumentis probare nititur, Fabulam, ELIACHIM sive

JOACHIM eidem sacerdoti Magno tribuunt *Iosephus* contra Appionem, & *Philo* Judæus in Chronographia sua, cui supra Librum ESTHER adscribi notabamus: Apocryphum prolixè probat *Jo.Gerh.* l.c.n.191. & seqq. Sed ad Novum Testamentum jam accedamus, ubi

XII. ACTA APOSTOLORUM prima se nobis ἀνεπίγραφα offerunt, sed quæ ex præfatione styloque & argumento scriptionis adeo constanter ipsi LUCÆ EVANGELISTÆ hactenus unanimi consensu tribuit Ecclesia, nec nisi indocti & imperiti in dubium *Erasmo* teste revocarunt, ut hoc ipsum nobis multarum inscriptionum vicem explere possit.

XIII. EPISTOLA ad HEBRÆOS plus controversiarum excitavit, aliis eandem Apostolo PAULO asserentibus, abjudicantibus aliis, tanto inter Theologos summos dissensu, ut si quis post multas multorum hac de re Disputationes perlectas, idem adhuc dicat, quod Consiliariis suis Terentianus Demipho: *Fecistis probè. Incertior sum multò quam dudum*, non videri debeat nimis mirum: quandoquidem nec ipsi *Luthero* de Auctore vero constitisse quidquam, ex ipsius in hanc Epistolam præfatione palam sit, quem tamen aliis perquam multis audacter hic planè definientibus perspicaciorem fuisse prorsus arbitror. *Erasmus* etiam non dubitat modò, num Apostolus ejus Epistolæ sit Auctor annot. in Luc. 22. v. 10. pag. 208. & ad ipsam Epistolam p. 707. 712. 723. sed multis argumentis conjici posse, non esse Pauli, cum stylo Rhetorico verius quam Apostolico scripta sit, disertè profitetur, in dedicatione Paraphraseos suæ in Jacobi Epistolam p. m. 796. Imo hoc ipsum evincere satagit magno conatu, sub finem annotationum suarum in eandem Epistolam, ubi sanè operæ pretium est, ipsum legere p. m. 735. 736. adde ejusdem p. 726. & 733. Antiquiorum sententiam si quæras, Patres ipsi non minus hic sibi constant. *Athanasius* equidem de SS. Trinitate p. m. 11. edit. Plantin. in 8. expressis verbis ait. Ἀφ' ὧ καΐηγγέλη τὸ Ἐυαγγέλιον Χριςῦ, παυλῦ ἐιναι, ἐπεπιςεύτη ἡ ἐπιςολὴ, id est: *Ex quo prædicatum fuit Evangelium Christi, Pauli esse credita est hæc Epistola.* sed de ejus operibus vide in *Pseudonymis*. *Hieronymus* autem in Catalogo Virorum illustrium sic habet. *Epistola quæ fertur ad Hebræos, usque hodie non esse Pauli creditur, propter styli sermonisque distantiam, sed vel* BARNABÆ *juxta Tertullianum*, (de pudicitia c. 20.) *vel* LUCÆ *Evangelistæ, juxta quosdam, etiam* CLEMENTIS *Romanæ postea Ecclesiæ Episcopi &c.* (quorum alii aliquem Interpretem tantum Hebraicè scriptæ à Paulo Epistolæ faciunt) Hactenus Hieronymus, ubi de Paulo agit p. m. 95. Idem verò postea cum de Clemente

mente differit, ad rem propius etiam accedere videtur p. m. 83. *Scripsit ex persona Romanæ Ecclesiæ ad Ecclesiam Corinthiorum valdè utilem Epistolam, quæ & in nonnullis locis publicè legitur, quæ mihi videtur Characteri Epistolæ quæ sub Pauli nomine ad Hebræos fertur convenire, sed & multis de eadem Epistola non solum sensibus, sed juxta verborum quoque ordinem abutitur, omninò grandis in utraque similitudo est.* Hæc Hieronymus iterum. *Quibus sanè verbis satis indicat, eam Epistolam videri Clementis, etiamsi propter contentiosos non audet palam fateri,* ait *Erasmus* in notis ad hunc locum pag. m. 164. qui nec ipse quod cum illo sentiat, satis occultat, utpote qui loco citato p. m 736. laudans sententiam Hieronymi, nec Lucæ stylo ejusdem stylum congruere: nec Hebræa callenti convenire eam, ibidem asserit, tum expresse pag. 724. ab eo qui nesciverit Hebræa profectam contendit, inde quod vocum Hebræarum ערוח & בריר[illegible] significatus haud satis distinxerit. sed hoc ita refutat *Io. Gerhard.* n. 277. ut in hoc sanè non tam facile consentiam Viro alias Magno, sunt à quibus *Apollo* in suspicionem hic adducatur, sed recentiores, *Lutherus* nempe in Gen. c. 48. & *Osiander* in præfat. hujus Epistolæ. Neque Doctores Ecclesiæ antiquæ solos, sed ipsam Ecclesiam Latinam integram, in hac Epistola recipienda pro Paulina, imò pro Canonica, fuisse Græcæ contrariam temporibus adhuc Hieronymi, liquet ex locis Patrum plurimis exscriptis inibi apud *Erasmum*, & accuratius etiam apud *Io. Gerhard.* Exeges. loc. 1. de S. Script. c. 10. nec non apud *Sixtum Senensem* Bibliothecæ sanctæ lib. 1. p. 31. & lib. 7. p. 758. & seqq. & *Bellarminum* de verb. Dei lib. 1. c. 17 tum etiam *Conr. Hornejum* de sacris scripturis disp. 2. thes. 9. p. m. 125. ubi non obstantibus cunctis in contrarium allatis, eandem nihilominus Apostolo asserere laborat unà cum *Io. Gerbardo* aliisque, ac inter eos etiam *Petro Palladio* Isagoges pag. 315. 316. qui nodum cap. 2. v. 3. peculiari modo resolvit, ex emphasi proprietatis in Voce Græca ἐβεβαιώθη, qua non primam revelationis ac fidei communicationem, quæ sanè divinitus ipsi contigerat & immediatè, sed ejusdem confirmationem per Ananiam & Apostolos alios, prædicatione miraculisque factam; tum suis tum ipsorum denotari sit putandam. Denique non omittendum duxi piæ memoriæ Dominum *Ioannem Mollerum* Pastorem & Seniorem nostratem in eadem esse sententia, quod Paulina sit hæc Epistola, Atheismi devicti paulo ante mortem vernacula lingua editi part. 1. c. 4. versic. 14. p. m. 161. neque non possum etiam verbo hic memorare, sedulam spinosissimarum contra hujus Epistolæ Auctorem & auctoritatem factarum, à *Georgio Enjedino* objectionum refutationem, quæ legitur in Prolegomenis *Io. Coccei* ad Commenta-

mentarios in hanc Epiſtolam. Ad me quod attinet, cum levis omninò, imò nullius ponderis poſt Theologos tantos ſim futurus acceſſio, cuicunque etiam parti me jungam, puto mihi longè magis quam Theologo *Eraſmo* integrum eſſe dicere: *Equidem non interponam hoc loco meam ſententiam,* Imprimis cum qui vel maximè hic frontibus adverſis, quod dicitur, pugnant, uno tamen ore omnes in hoc conveniant, ſummi pretii, lectioneque Chriſtianorum omnium eſſe digniſſimam Epiſtolam. *Certè cujuscunque eſt, multis nominibus digna eſt, quæ legatur à Chriſtianis, Et ut à ſtylo Pauli quod ad phraſin attinet, longè lateque diſcrepat, ita ad Spiritum pectusque Paulinum vehementer accedit,* inquit *Eraſmus* l.c. p. m. 735. *Hieronymus* etiam in Epiſtola Dardano ſcripta ſic habet. *Epiſtola quæ inſcribitur ad Hebræos, non ſolum ab Eccleſiis orientis, ſed omnibus Græci ſermonis ſcriptoribus quaſi Pauli Apoſtoli recipitur, licet plerique eam vel* Barnabæ *vel* Clementis *arbitrentur. Verum nihil intereſt cujus ſit, cum ſit Eccleſiaſtici Viri, & quotidie Eccleſiarum lectione celebretur. Quod ſi eam Latinorum conſuetudo non recipit, nec Græcorum quidem Eccleſiæ Iohannis Apocalypſin eadem libertate recipiunt, & tamen nos utrumque ſuſcipimus, nequaquam hujus temporis conſuetudinem, ſed veterum ſcriptorum auctoritatem ſequentes, qui plerumque ejus utuntur teſtimoniis, non ut interdum de Apocryphis ſolent, ſed quaſi Eccleſiaſticis & Canonicis.* Quinimò vel ipſimet illi qui Apocryphis hanc Epiſtolam accenſent, quales ſunt pauciores longè iis, qui Canonicis annumerant, eandem tamen tam altè ſupra dignitatem reliquorum Apocryphorum ſcriptorum evehunt, ut parum abſit quin ſui dogmatis contemptores ipſi videantur atque contradictores. Inter quos *Iacobus Reineccius* poſtquam Apocryphis eandem accenſuiſſet, Armaturæ Theologicæ Tom. 1. c. 15. p. m. 63. iterum quæſtioni huic, *Epiſtolam ad Hebræos ſcriptam Apocryphis quoque libris adſciſcendam arbitrare?* ita reſpondet. *Epiſtolam hanc admodum inſignem eſſe & in noſtris Eccleſiis ad dogmatum confirmationem adhiberi dilucidum eſt. Nos profectò plus ei aſſignamus fidei, certitudinis & auctoritatis, quam reliquis Apocryphis. Quid? parem cum Canonicis ſcriptis auctoritatem propè habet.* Nos itaque potius obſervare, inque uſus vitæ vertere præclarum hoc ſcriptum, quam de illius auctore controvertere diutius laborabimus. Atque utinam aliqui eorum hoc præ illo non maluiſſent, & vel unicum illud ex ejus cap 13. v. 1. monitum φιλαδελφία μενέτω. *Fraterna Charitas maneat*, obſervaſſent curioſius, quam auctorem ejuſce dicti quæſiviſſent, quem eſſe SPIRITUM SANCTUM non neſciebant, fortaſſe minori cum invidia & acerbitate libertatem ſentiendi etiam hac in parte fratribus denegaſſent.

CAP.

CAP. II.

De Scriptis Anonymis Theologicis & Theologicorum nomine venditatis, Mataeologicis vel Atheologicis.

XIV.

DE ÆTATIBUS ECCLESIÆ libellum Anonymum, *contra primatum & superioritatem Papæ Romani*, exhibet in Monarchiæ Imperii Tomo I. pag. 25. & seqq. *Melchior Goldastus*, in quo status Ecclesiæ per ætates quasi humanas divisus, fermè historica serie ex Patribus aliisque Scriptoribus Ecclesiasticis narratur, unde propemodum Historicis illud annumerassem, nisi eodem Pseudotheologiæ totius Pontificiæ de Romanæ Ecclesiæ Papatusque principatu principium, novitatis ac insolentiæ convinceretur. Illud scriptum F. BONAGRATIAM Bergamensem composuisse, conjecturam, nescio num satis firmam affert, idem *Goldastus* in Dissertatione de auctoribus â se exhibitis huic Tomo præfixa.

XV. DE AMORIS DEI & CONTRITIONIS ACTU Latinè Flandriceque libellum anonymum edidit Jesuita Belga JODOCUS ANDRIES Mechlin. 1626. docente *Philippo Alegambe*, in Bibliotheca scriptorum Societatis Jesu p. 280. ubi Liber idem sub titulo quoque *Duæ Claves cæli* editus perhibetur.

XVI. Meditatio de ANGELIS *Aloysii* GONZAGÆ Jesuitæ beatificati â Paulo V. scriptis anonymis accensetur ab *Alegambe* p. 15. quem vide pluribus de hoc scriptore agentem.

XVII. ANNULUS ÆTERNITATIS tum in Libellulo, tum in exporrecta Charta, Latinè, Gallicè, Flandriceque, Gandavi 1621. duodecies repetito prælo excusus, memoratur ab eodem *Alegambe* pag. 280. inter libros modo nominati Jodoci ANDRIES Jesuitæ Belgæ.

XVIII. ANTIROSARIUM contra Jesuitam quendam Moguntinum (persona *Godofredi Driellii* tectum, de quo vide in *Pseudonymis* infra) latinè editum *Bartholomæo* PITISCO tribuit *Melchior Adami* in vita ejusdem, pag. m. 840 De Vitis Theologorum Germanorum. Ipse Liber Heidelbergæ in 8. A. 1586. prodiit sub hoc titulo: *Antirosarium seu Refutatio Thesium Gothofredi* DRIELLII *Noviomagi.* Memorat idem *Melchior Adami* loco citato etiam

alia hujusce PITISCI, sed quæ neque videre mihi contigit, neque apud *Draudium* inveniuntur, qui tamen præter alia Melchiori quoque nominata, ideam concionum in Psalmos hujus auctoris commemorat; unde ambigo de aliquibus, an ea prodierint ἀνωνύμως; de quibus autem hoc constat, de iis suo loco tractabitur.

XIX. DE APIBUS MYSTICIS opus quod *Borium universale* inscribitur, editum 1597. 1607. & 1627. Duaci, cum *Georgii Colvenerii* notis, THOMÆ CANTIPRATENSIS *Brabantini*, deque officio Prælatorum, aliorumque Christianorum ad imitationem Apum agit, illud anonymum primò prodiisse, constat ex illius initio, quod tale est: *Reverendo in Christo Fratri Hamberto, Magistro ordinis Prædicatorum, Frater humilis, quem ad præsens non urget necessitas nominari.* vid. V. C. *Iacob Thomasium de Plagio litterario* §. 189. ubi de Monachorum illius ævi more scribendi ἀνωνύμως, universaliter aliqua confirmat. de *Thom. Cantipratensi* v. plura infra *in Historicis* & *Philosophicis anonymis* c. 5. & 6. ubi citatis adde *Olearii Abacum Patrum*. p. 455.

XX. VERSIO LATINA BIBLIORUM vulgo *vulgata* dicta, quantopere laborent Pontificiorum plerique, ut credatur esse *S. HIERONYMI*, tamen id persuaderi sibi doctissimorum Theologorum aliquam multi non patiuntur. Vide hac de re notas *Erasmi* in Testamentum novum passim. Imprimis autem *Io. Gerard.* Exegesi loc. 1. de S. scriptura c. 23. sect. 5. n. 512. *Ianus VVouverius* Syntagmatis peculiaris de Græca latinaque Bibliorum versione cap. finali, non totam sed partem versionis Hieronymianam probare conatur, quem vide, cum Theologorum plurimis, ab utraque parte controversiam hanc magno cum fervore agitantibus, quorum partem enumerat aliquam *Draudius* Bibliothecæ Clasicæ pag. m. 43. Nobis non libet hanc tantopere tanta cum animorum contentione agitatam aliis controversiam hoc loco nostram facere.

XXI. BIVIUM RELIGIONIS 1635. auctore nullo proditum, asseritur Gregorio FABRO Jesuitæ ab *Alegambe* p. 164.

XXII. P. SIXTI V. BRUTUM FULMEN *in Henricum serenissimum Regem Navarræ, & in Henricum Borbonium, Principem olim Condæum vibratum, cujus multiplex Nullitas ex Protestatione patet. Cui præter alia subjuncta est Disputatio Roberti Bellarmini Soc. I. de primatu Episcop. Romani & ad eam responsio, item Alciati, Cujacii & Hotomanni conjectura de Falsitate Linter claras* 8.

C. de

C. de summ. Trinit. Liber absque Auctoris, Loci vel Impressoris aut Anni nomine in 8. excusus, egregiè Papalem Tyrannidem & superstitionem ob oculos ponens, â *Goldasto* Tom.3. Monarchiæ Imperii Romani pag.68. Anno 1586. editus, & Fr. HOTOMANNUM JCtum celeberrimum auctorem habere memoratur, qui propterea tantam apud Pontificios iniit gratiam, ut in prima classe prohibita sint omnia ipsius scripta in Expurgatoriis ipsorum Indicibus.

XXIII. CATECHISMUS *pro instituendis rudibus præsertim Æthiopibus ad Baptismum* inter anonyma scripta refertur, & Hispano Jesuitæ DIDACO RUIZ DE MONTOYA tribuitur ab *Alegambe* p.94.

XXIV. PRAXIS CATECHISMI ROMANI, *& Doctrinæ Christianæ.* Madriti 1640. in 4. præfixis loco nominis Auctoris solummodo literis J.E.N. excusa, JOANNIS EUSEBII NIEREMBERGII Jesuitæ Hispani esse, memoratur ab eodem *Alegambe* p.238.

XXV. DUÆ CLAVES COELI, variis linguis editus liber Pontificius, *de amoris divini contritionisque actu*, est JODOCI ANDRIES Jesuitæ. v. supra n.15. ex *Alegambe* p. 280.

XXVI. CONCORDIA *pia, & unanimi consensu repetita Confessio fidei & doctrinæ Electorum, Principum & ordinum Imperii, atque eorundem Theologorum, qui Augustanam Confessionem complectuntur*, potius inter Polyonymos quam Anonymos libros poni deberet. Quamvis enim præcipua in eo conscribendo navata opera sit â convocatis ad hoc ab Electore Saxoniæ Augusto Torgæ summis Theologorum: nominatim *Iacobo* ANDREÆ, *Martino* CHEMNITIO, *Andrea* MUSCULO, *Davide* CHYTRÆO, *Nicolao* SELNECCERO & *Christophoro* CORNERO, quorum omnium, excepto solo Musculo, vitas vide enarratas â *Melchiore Adami*, (qui in vita Jacobi Andreæ imprimis fusè occasionem historicam, & successum conditi hujusce scripti recenset) attamen priusquam imprimeretur Liber ille Anno 1580. subscriptus est â tribus Electoribus S. Romani Imperii. â Principibus XXI. Comitibus XXII. Baronibus IV. Civitatibus liberis XXXV. Interque eas Patria mea. Ministris Ecclesiæ octies mille. Id quod acerbè doluit Pontificiis & sectariis aliis, antea calumniantibus effræni licentia, & plusquam temeraria audacia, non esse tres Augustanæ Confessionis Ministros inter se consentientes. Quamobrem mirum haud est, secuta continuo fuisse tot virulenta contra hunc librum edita

ſcripta, quorum partem magnam, ut & refutationum contra oppoſitarum enumeratam videre licet apud Draudium Bibliothecæ Theologicæ pag m. 140. & ſeqq. nec non Hiſtoricos Eccleſiaſticos eorum temporum. Ex his non nulla quoque Pſeudonyma contra Formulam Concordiæ edita, detectaque, vide infra in *Pſeudonymis* ad Nomina *BAVARI Palmerii, STURMIANI, WOLFFII Theologorum Anhaltinorum, Belgarum & Palatinorum.* Edita quoque eſt ἀνωνύμως contra tot hoſtes.

XXVII. *Apologia Formulæ CONCORDIÆ, in qua vera Doctrina, quæ in libro Concordiæ comprehenſa eſt, firmis ſacræ ſcripturæ fundamentis defenditur.* Heidelbergæ. 1583. 4. de qua Sethus Calviſius Chronologiæ ſuæ ad A. 1581. pag. m. 945. ita ſcribit: Apologia Formulæ Concordiæ à Theologis tribus KIRCHNERO, SELNECCERO, & CHEMNITIO ſcribitur Erphurdiæ, quæ poſt triennium, cum à reliquis examinata eſſet publicè editur. De ſcriptis variis formulæ Concordiæ oppugnandæ aut defendendæ publicatis v. *Draudii* Bibliothecam Claſſicam p. 140. & ſeqq.

XXVIII. *Inſtructio CONFESSARIORUM ex Ludovici de Ponte Jeſuitæ ſcriptis excerpta*, ab alio Jeſuita Michaele LOSCHER prodita, eſt abſq; ejus nomine v. *Alegamben* p. 344.

XXIX. CONFESSIO *Auguſtana Principum & Statuum Imperii nomine Cæſari Anno 1530. oblata*, licet æquo jure cum cœteris ſcriptis anonymis cenſeri nullo modo debeat, cum ob argumenti dignitatem, imò divinitatem, tum ob ſubſcriptionem tot Imperii Statuum factam, ut Polyonymis potius quam anonymis accenſeri mereatur: attamen quia primus auctor ſive Conſcriptor illorum articulorum nomen ſuum haud expreſſit, eo ad minimum intuitu non fuit hic planè omittenda mentio ſcripti, cujus meminiſſe nunquam ſatis cum magna laude DEI divinorumque, quorum illud ope fuit confectum atque defenſum, inſtrumentorum poſſumus, ſanè & meminiſſe nunquam debemus. Et verò à Magno DEI Viro *LUTHERO* ſcriptum hoc eſſe profectum, ex operibus ejuſdem Jenenſibus Tomo tertio fol. 193. & ſeqq. ubi illud inter alia ejuſdem ſcripta exhibetur, abundè conſtat. Attamen hic ſcrupulum movere poſſit, quod in operum PHILIPPI MELANCHTHONIS à Caſparo Peucero Wittebergæ 1562. in fol. editorum Tomo 1. p. 29. & ſeqq. eadem Confeſſio tanquam illius Opus recenſetur. Sed ex *Chytræi* Latina 1575. 8. & *Dilheri* Germanica Hiſtoria Confeſſionis Auguſtanæ, nec non *Melchiore Adamo* in vita Lutheri pag. 140. Melanchthonis pag. 334. aliiſque hoc argumentum tractantibus Hiſtoricis con-

constat, Lutherum antequam ad Augustana Comitia cum Johanne Saxoniæ Electore, filioque ejusdem Johanne Friderico unà iret, ipsius mandato cum *Philippo, Jo. Bugenhagio* qui & â Patria *Pomeranus* audiit, *Justoque Jona* collocutum de Religione fuisse; ac recepisse delatam sibi communi eorundem consensu provinciam Confessionem Orthodoxam in articulos redigendi, quod etiam Articulis XVII. fecit, qui Tomo Jenensi Germanico V. fol. 14. & seqq. leguntur, postquam ferè biennio jam ante similiter XVII. articulos Suabaci Theologi Brandeburgenses atque Norimbergenses eundem propè in modum concepissent. Illi Articuli deinceps latius extensi sunt, & uberius propositi labore *Philippi*, non improbante hoc *Luthero*, cujus vide Epistolam pag. 22. Tom. V. Germ. Jenensis. De Mutatione verò postea in eadem Confessione iterato editâ per Melanchthonem facta, vide querelas acerbissimas apud *Conrad Schlusselburg.* Catal. hæreticor. lib. 3. de Sacramentariis pag. 203. & lib. 5. pag. 14. ubi mollem Confessionistam eum â *Laurentio Surio* Lubecensi Theologo dici solitum non modo memorat, sed eundem planè accenset hæreticis, an jure vel injuria Theologis decernendum relinquimus, quorum libri peculiares etiam partim excusantes partim defendentes *Philippi* vitam & Doctrinam leguntur. Nobis sufficiat hic notasse, quomodo, ut est apud Melchiorem Adami in vita Lutheri p. 140. *LUTHERI consilio & consensu à MELANCHTHONE conscripta Confessio exhibita est*: imò ut ex *Davidis Chytræi Historia Augustanæ Confeßionis* & *Cœlestino de Comitiis Augustanis* refert *Burgoldensis ad Instrum. Pacis* part. 1. pag. 17. *Confeßio ista à* LUTHERO *&* MELANCHTHONE *consignatis articulis constans exhibita est*. Unde quo jure in utriusque operibus exhibeatur apparet. Ipsum Autographum subscriptum hujus Confessionis adhuc in Archivo imperii asservari l. c. p. 18. notat Oldenburgensis. Lutheri verum Elogium â Wolffgango Severo Præceptore Ferdinandi I. profectum hic omittere non possum. Id tale est.

Japeti de gente prior majorque Luthero
Nemo fuit, sed nec credo futurus erit.

XXX. CONFUTATIO CENSURÆ *quorundam Theologorum Parisiensium, sub nomine Facultatis Theol. Paris. editæ, in quasdam propositiones ex* R. Patris Sartarellæ *libris collectas* 1627. in 4. excusas â *Guilhelmo* FABRICIO *Noviomago* Theologiæ Doctore & Professore Lovanii editas esse. *Valerius Andreæ* Bibl. Belg. p. m. 315. testis est, & quidem satis idoneus, utpote qui Collega ipsius fuerit.

 XXXI. De-

XXXI. *Decisiones Casuum* CONSCIENTIÆ, *qui singulis mensibus in congregationibus Archipresbyteralibus diœcesis Bononiensis discutiuntur, annorum quinque ab An.1634. ad 1639. exclusivè. Lectoris Theologiæ Moralis in Cathedrali Bononiæ* nomine publicatæ *Carolo* ZAMBERTO *Jesuitæ Placentino* tribuuntur ab *Alegambe* p. 72.

XXXII. CONSENSUS ORTHODOXUS *sacræ scripturæ & veteris Ecclesiæ, de sensu verborum cœnæ Domini, adeoque de tota controversia sacramentaria, in certa Capita distinctus, & in gratiam veritatis & pacis amantium sacramentariis erroribus oppositus*, Heidelberg.1574. in 4. editus est, atque recusus etiam, teste *Draudio*, pag. m.117. Tiguri 1585. in fol. Liber est defendens Calvinianam de Sacra Cœna sententiam, conscriptus â *Christophoro* HERDESIANO, Syndico Reip. Normbergensis, quem *Draudius* pag. 142. Bibliothecæ Classicæ, ut & in ejusdem indice perperam *Hardesianum* vocat: vide *Conr. Schlusselburgii Theologiam Calvinisticam*, & eundem *Draudium* pag. 17. & hunc iterum allegantem Dn. *Geislerum* dec.5. n.8. ubi nota, malè substitui pro *Christophoro Cyriacum Herdesianum* Anhaltinum ab Oleario in appendice Carpzovianæ Isagoges librorum symbolicorum § 1. p.1705. cum hic illo sit junior multò. Extant autem utriusque scripta sub veris quoque nominibus prodita. Nimirum *Christophori Herdesiani Consilium in controversia Honoldina, an instrum liberis, facta substitutione, sub intelligatur tacita conditio si sine liberis* Normb. 1567. in 4. *Cyriaci Herdesiani* : 1. *Lessus Cæsareus super obitum Rudolphi II.* Normb. 1612. in 4.

2. *De Nobilitate* Lipſ.617.

3. *De perjurio ejusque differentiis & effectibus &c.* Adjuncta est *de principali in subditos, eorumque bona & conscientiam potestate dissertatio.* Lugd. Bat. 1613.

4. *Cynosura juris Canonici qua hujus juris origo, progressus, Methodus, usus ac abusus demonstratur.* Francof.621. in 12. De Christophoro vide plura in *Pseudonymis* ad nomen *VVolffii*.

XXXIII. CONSILIUM *super* CONTROVERSIA *vertente inter* PAULUM *Papam V. & Remp.* VENETAM Venetiis1606. in 4 publicatum fuit, quod Goldastus Monarchiæ Imperii Tomo 3. pag.439. inseruit sub titulo PARISII cujusdam, addens Auctorem ejus perhiberi *Jacobum* LESCHASSERIUM Advocatum Regium, cujus idem paulo ante pag.277. Tractatum *de libertate antiqua & Canonica Ecclesiæ Gallicanæ* exhibuerat. Utrumque scriptum

ptum Papalem auctoritatem, & insolentiam Cleri Romani mirificè oppugnat, neque stylo, neque genio scribendi absimili adeo, ut ejusdem *Auctoris* esse non sentias. Extant præterea ejusdem JCti *Antemurale Sionis, & de vocabulis ad Geographiam Juris Romani pertinentibus observatio.* Venet. 620. 8. Item *de notis locorum communibus Historiæ sacræ exoticæ.* Paris. 1621. 8.

XXXIV. Petri COTTONI *Meditationes de Vita & Passione Salvatoris nostri Jesu Christi latinæ redditæ* à M.M. Colon. 1617. in 8.

XXXV. Ejusdem *Sermones de principiis fidei Mysterii in formam Meditationum redacti, latinè facti* à M.M. Colon. ibidem: sine dubio sunt translati à *Matthia* MAYRHOVIO *Jesuita Germano* qui *devotionem Calvinistarum ejusdem auctoris ex Gallico Germanicam fecit*, & Ingolstadii 1610. in 4. edi curavit, teste *Alegambe* p. 337. quamvis idem hoc loco bina ista scripta non enumeret.

XXXVI. CYTHARAM *laudum divinarum* tacito suo nomine scriptam Mediolani 1638. edidit *Gregorius* FERRARIUS Jesuita, teste *Alegambe* p. 164.

XXXVII. DECLARATIO *Libri* Jacobi Schegkii *de una persona & duabus naturis Christi* sine nomine edita Genevæ 1566. in 8. quod fuerit ab Auctore *Thoma* ERASTO *Helveto Medico* refert *Melchior Adami* in vitis Medicorum Germ. pag. 246. eique respondisse *Schegkium*, ibidem & in vita Schegkii pag. m. 301. testatur, ubi sequentia leguntur. *In Theologicis edita sunt ab ipso. 1. De una persona & duabus naturis in Christo: ex fundamentis quidem scripturæ sacræ: analysi autem Philosophica. Ad hoc scriptum fertur Schegkius, impulsus à D. Jacobo Andreæ, quod Bebenhusii lectum quidem, sed non intellectum: approbatum tam à Brentio, quam D. Iacobo, atque utriusque operâ publicatum: paulò verò post, cum orthodoxum esse sensissent, damnatum, suppressum, explosum. 2. Responsio ad Libellum anonymi interpretis libri illius de una persona & duabus naturis in Christo. 3. Responsio alia ad Simonis Simonii libellum: quo conatus erat libellum illum de unione duarum in Christo naturarum refellere, respondetur etiam Thomæ Erasto, qui auctor illius anonymi libelli, & ostenditur, Scheggium cum Erasto non consentire. Responsio Erasti* ad libellum D. *Iacobi Scheggii*, quo nuper anonymo libri sui de una persona & duabus in Christo naturis interpreti respondit Genevæ, Anno 1567. edita, memoratur à *Gesnero*, apud quem etiam ejusdem libros Medicos enumeratos vide, sed accuratius apud Jo. Georg *Schenkium* Bibliothecæ Medicæ pag. 500. accuratissimè vero apud Joh. van der Linden/pag. m. 593. & seqq.

XXXVIII. *Antonini* DIANÆ *resolutionum Moralium Compendium* Antwerp. 1637. in 24. nomine *Theologi Clivensis* editum *Engelberto* EWICH. *Iesuitæ*

Iesuitæ Belgæ, quem in suo Catalogo Valerius Andreæ omisit, tribuit *Alegambe* p. 105.

XXXIX. DIGITUS DEI *in bivio; de vitæ statu deligendo, tractatus ex* Ludovici de Ponte Jesuitæ, *de perfectione Christiana Tomo 2. contractus* Ingolstad. 1619. & 1620. in 12. nomine auctoris orbus proditus est à *Gaspare* LECHNERO *Iesuita* v. *Alegambe* p. 150.

XL. DISCEPTATIO *cum Cardinalibus Romanis de Primatu Papæ, anonymi cujusdam Græci* exhibetur à *Melchiore Goldasto* Tom. 1. *Monarchiæ Imperii* pag. 242. & seqq. brevissima quidem, at non omninò nullius momenti contra Pontificis affectatam Tyrannidem: eam NILI *ArchiEpiscopi Thessalonicensis* esse plerisque credi; quibusdam *Nicolao* CABASILÆ potius illam imputantibus, vide differentem *Goldastum* in dissertatione de auctoribus à se exhibitis. Tomo illi primo præmissa: de utriusque auctoris scriptis vide *Gesnerum*.

XLI. DISPUTATIO GRAMMATICA *de Interpretatione Græcorum verborum* actor. 3. Ἰησοῦν χριστὸν ὃν δεῖ οὐρανὸν δέξασθαι. *Complectens* ἠθολογίαν *Responsionis*, *qua Collegium Theologicum Academiæ VVittebergensis uti posset*, *ad chartam de his verbis superioribus diebus editam, cui nomen est præscriptum* D. Nicolai Selnecceri, &c. Witteberg. 1571. in 4. paucis foliis pertractat controversiam de Christi ascensione in cœlum, inibique locatione corporali, quam *Selneccerus* contra *Bezam* & alios defendebat, ubiquitatem Carnis Christi verbis hisce asserens: *Christus Deus & homo, sedens ad dexteram Patris*, *potest suo corpore esse, ubicunque vult esse, & ubi se velle esse dixit & promisit*: ut est apud *Melch. Adami* in vita ipsius inter vitas Theologorum p. 663. Hoc dogma cum approbare nollet *Esromus* RUDINGERUS *Professor Physices VVittebergæ*, coactus est in exilio vivere, morique in Moravia, testante eodem *Melchiore Adami* in vita ipsius inter vitas Philosophorum pag. 372. Unde patet quam omninò non sit de nihilo, quod exemplari cuidam hujusce dissertationis, in Bibliotheca Civis & Amici mei laudatissimi Dn. *Martini Fogelii* Ph. & Med. Dris extanti, præscripserat sua manu, Professor itidem Wittebergensis olim, & quidem Græcæ linguæ celeberrimus *Erasmus Schmidius*. Nimirum: *putatur esse Esromi Rudingeri.*

XLII. ENCOMIA SS. EUCHARISTIÆ *ex S. litteris & patribus collecta*. ab *Alvaro* ARIA *Iesuita Hispano*, cumque *Marianis Encomiis* una excusa, sine nomine, primum Hispali, deinde Viennæ 1632. memorat *Alegambe* p. 24.

XLIII. FAUSTUS *Annus, Mensis, hebdomas, dies, hora Christiani hominis* Brugis 1638. in 24. ἀνωνύμως editus, est IODOCI ANDRIES *Iesuitæ* continens plu-

plures ejusdem alias editos sine nomine libellos teste *Alegambe* p. 280. & *Valerio Andrea* Bibl. Belgicæ pag. 588.

XLIV. *Georgii FERRARII Vita Spiritualis descripta per Spiritum Sanctum Psalm. XVII.* Viennæ. 1637. 8. *ex italico latina* facta est à *Joanne BUCCELENO Jesuita*, cujus tamen nomen interpretatio dicta non præfert. *Alegambe*. p. 230.

XLV. *Responsio Francisci FONTAÑI ad quæsita cujusdam Prælati circa Hierarchiam Ecclesiasticam ex Gallico Latina* facta, tacitoque interpretis nomine fuit edita Viennæ 1634. ab *Henrico LAMORMAINI Jesuita Belga* teste *Alegambe* p. 176. Idem ille quod personatus hic *Fontanus* sit *Stephanus Binetus*, Jesuita Gallus aperit p. 426. vide *Pseudonymos* nostros.

XLVI. *Achillis GAGLIARDI compendium Christianæ perfectionis, ex italico latinum* edidit Viennæ 1633. in 16. oppresso nomine suo, *Jo. BUCCELENUS Jesuita Italus*. teste *Alegambe* p. 230. ubi & alia ejusdem anonyma memorat.

XLVII. *GLOSSA ORDINARIA BIBLIORUM, & Glossa Juris Canonici magnæ semper in Ecclesia Romana fuerunt authoritatis.* Auctor glossæ ordinariæ fuit ALCUINUS, ut placet *Antonio* part. 3. a. 4. cap. 15. & *Ganguino* lib. 4. Histor. Franc. c. 1. vel STRABUS *Fuldensis* circa A. 840. ut placet *Tritthemio*, verba sunt *Io. Gerhard.* Exeges. Loc. 1. de S. Script. n. 89 p. m. 101.

XLVIII. HERMES CHRISTIANUS *sive* Bartholomæi Jacquinoti *ars vitæ ex Dei nutu in seculo instituendæ.* Lugd. 1619. in 12. *ex Gallico latina* facta prodiit, interprete *Petro MONODO Je uita* non adscripto. *Alegambe* p. 388.

XLIX. *HORTULUS DEVOTIONIS, varius orationum piorumque exercitiorum, quæ mentem in Deum rapiunt, floribus peramænus, GERARDI HAMONTANI, Brabantini Carthusiani.* videtur *Theodoro Petrejo* in *Bibliotheca Carthusiana*, quem pluribus ea de re agentem consulere operæ pretium est *Valer. Andrea* Bibl. Belg. p. 274.

L. *Meditatio de HUMILITATE Aloysii GONZAGÆ, Jesuitæ Cardinalis* anonymum scriptum memoratur ab *Alegambe* p. 15.

LI. *Dissertatio de IDOLO HALLENSI* Justi Lipsii *Mangonio & phaleris exornato, atque producto*, Heidelberg. 1605. in 4. Dialogum exhibet Christiani & Papistæ collocutorum super scripto Justi Lipsii de diva Virgine Hallensi, sanè eruditum ac elegantem, & quod palmarium est, sanctorum adorationem egregiè oppugnantem: unde merito laudatur, commendaturque mirificè à *Dominico Baudio* Epistola 88. ubi *Georgio Michaelis LINGELSHEIMIO* eum adscribit, cui eundem etiam adjudicaverat *Josephus Scaliger* lib. 4. Epist. 315. ipsi

C Lingels-

Lingelsheimio mittenti illius Exemplar respondens, ubi pariter egregiam ejusdem scripti laudationem legere est. Et hisce quidem sine dubio testibus, tanquam exceptione quavis majoribus, idem accredidit *Paulus Colomesius* dans sa Clef des Epistres Françoises à M. Justes Scala, recueillies par Jaques de Reves a la page 206. nec non in clave Epistolarum Scaligeri ad pag. 283. In Scaligerianis etiam extemporaneis sermonibus, quos Puteani fratres asservarunt, pag. 203. sequentia leguntur. *Lingelsheimius, Autor de Idolo Hallensi est Lingelsheim, Consiliarius inferioris consilii Palatini C' est luy qui m'en a envoyé un exemplaire, par ce qu'il a esté Præcepteur du Prince, il a eu cet Estat, & est aymé; je reconnois en de Idolo Hallensi les traicts de l' Esprit de Lingelsheim, je le connois fort bien, il m'a envoyé le livre, & prie de luy escrire mon jugement.* i. e. ipse est qui mihi misit exemplar illius, quoniam Præceptor fuit Principis, hoc munus adeptus est, & fuit charus. Ego in Idolo Hallensi cognosco lineamenta ingenii Lingelshemiani: novi illum optimè, ipse mihi misit librum & judicium meum me rogavit. Verum hac sanè vice erravit, & infeliciter Crisin suam, quam ipsemet tantopere prædicare solebat, exercuit Heros ille Criticorum Hypercriticus. Siquidem ipse ex responso Lingelshemii postea rem aliter longè se habere cognovit, & pag. 91. sermonum modo laudatorum, testatum reliquit, huncin modum disserens: DENAISIUS, *Lingelsheim m'a escrit que l' Auteur de Idolo Hallensi est* Denaisius *Assesseur de la Chambre imperiale. Et par ce qu'il vit entre des Jesuites, il ne desire estre nomme, il est de Strasbourg comme Lingelsheim.* i. e. Lingelshemius mihi scripsit Auctorem libri de Idolo Hallensi esse Denaisium, Assessorem cameræ Imperialis. Is quia vivit inter Jesuitas, non vult nominari, est Argentoratensis ut & Lingelshemius. Porro *Melchior Adami* quoque in vita Denaisii pag. m. 447. JCtorum Germanorum, expressis verbis auctori suo librum hunc adscribit, unà cum aliis anonymis, quos vide suis locis. Adde *Boeler.* ad dissert. Polit. Lipsii. c. 5. p. 53. *D. Geisler*, dec. 4. n. 5. imprimis autem *Aubertum Miræum* in vita Lipsii pag. m. 41. ubi quo pacto narratio de Diva ista Hallensi collecta sit, & cur ad scriptum hoc siluerit Lipsius, indicat. Opposuit tamen se eidem *Anastasius Cochelet* Masuriensis, Carmelita edito Antvverp. 1607. in 8. *Palæstrita honoris D. Virginis Hallensis pro Justo Lipsio*, recuso. ibidem 1627. in 4.

LII. Constitutiones Societatis JESU Ignatius LOYOLA fundator illius sectæ conscripserat Hispanicè, quarum *versio Latina*, sine nomine auctoris semper edita, *Ioanni POLANCO Iesuitæ Hispano* vendicatur ab *Alegambe*. p. 266.

LIII. Ex-

LIII. *Exercitia Spiritualia* IGNATII LOYOLÆ, fundatoris sectæ Jesuiticæ, *ex Hispanico latina* fecit, ac nomine suo suppresso edidit, *Andreas FRUSIUS Iesuita* teste *Nicolao Orlandino, Historiæ Iesuiticæ*, l.16.n.90. & l.8.n.2. ubi primum hunc Societatis illius librum impressum memorat; vide plura hujus auctoris scripta recensentem *Alegamben* p.27.

LIV. *INSTITUTIO METHODICA de præcipuis Christianæ vitæ mysteriis, cum adjuncta Methodo ad confessionem generalem ritè peragendam*, latinè, anglicèque excusa, debetur *Iesuitæ Hiberno Guilielmo BATTEO* teste *Alegambe*, p.169.

LV. *INSTITUTIO CATHOLICA Petri Cotoni* famosi Jesuitæ Galli *libris IV. Institutionibus Calvini*, totidem libris comprehensis, *opposita*, Gallicè primum ab auctore conscripta prodiit, inde *latina facta*, interprete L.C.R. quem esse *Jesuitam* itidem *Gallum, Ludovicum CRÆSOLLIUM*, cujus Theatrum Rhetorum & alia tenemus, indicat *Alegambe* p.310.

LVI. INTERIM Liber qui à nonnullis *Inter Religio*, ab aliis *Decretum religionis*, Germanicè *Religions-Ordnung* & in Constitutionibus Imperialibus *Declaration* der Religion / nominatur, Imperatoris Caroli V. jussu A.1548. per tres Theologos conscriptus est. ii fuere.

1. JOHANNES AGRICOLA Theologus Berolinensis, qui à communi cum Martino Luthero patriâ ISLEBIUS cognominatur, is cum ante annos 18. cum Melanchthone & Brentio pro Augustana Confessione stetisset, tum temporis ad Pontificios transierat.

2. JULIUS PFLUGIUS Episcopus Naumburgicus.

3. MICHAEL HELDINGUS SIDONIUS suffraganeus Moguntinus, deinde Episcopus Mersburgensis. Hi, uti non nemo veritate joculari dixit, Chrisma & Oleum Pontificium defenderunt, ut ipsi unctiores discederent. Quam liberaliter enim pro hac opella remunerati fuerint: ex illius ævi Historicis refert *Melchior Adami* pag.410. Theologor. German. Quam parum etiam hic liber ipsis Pontificiis, nedum Protestantibus placuerit, adeo ut communi vulgi verbio differretur, das Buch Interim hat den Schalck hinter ihm. Vide apud eundem libri citati pag.218.343.344.410.608.&c. *Himmelii* disp. in librum Concordiæ XI. thes.7. tum *Sleidanum* lib.20. *Thuanum*, & Historicos illius temporis non Ecclesiasticos modò, sed etiam Politicos ferè omnes. Complectebatur autem Capitum plerorumque omnium Pontificiæ Religionis, præter Conjugii Sacerdotum & Communionis sub utraque, & paucissi-

morum aliorum defensionem, eaque servari volebat, usque dum Generali Concilio, ubi opportunum fuisset convocando, res aliter decerneretur. Qui factum, ut contra prohibitionem Cæsaris pœnalem utrinque super ea rescriberetur. Impugnantibus illud præcipuè Jo. Agricola Jo. Æpino, Bucero, Calvino, Mattia Flaccio, & aliis tantum non innumeris, quorum scripta circa id tempus edita, latina partim & Germanica, quæ si sexcenta dicerem, fortasssis nimium haud dicerem, ut taceam eos, qui non data opera, sed hinc inde in operibus suis hoc scriptum convellunt, vide *Conrad Schlusselburgum* in *Catalogo hæreticorum* lib. 13. de Adiaphoristis & Interimistis pag. 75. & seqq. & lib. 4. ubi Antinomis accenset Agricolam. De Auctoribus hujus scripti adde quoque, si lubet, *Burgoldensem ad Instr. Pacis*, disc. 1. part. 1. pag. 27. §. 34. *Zeiler Epistol.* 450. & *Dresser de Urb. Germ.* pag. 617.

LVII. *De S. IOSEPHO* conscriptum *opus Theologicum* ab *Alexandro URSINO Cardinali* narrat *Alegambe* pag. 14. quem tamen *Janus Nicius Erythræus Pinacotheca* suæ part. 2. Elog. 9. nihil consummasse ex propositis sibi scriptis apertè profitetur.

LVIII. *ITER certum COELI & modus efficax ad salutem* Tornaci 1621. in 12. sine auctore prodiit, quem habuit *Alardum le ROY Belgam Jesuitam* v. *Alegambe* p. 9. *Valerius Andreæ* non meminit hujus auctoris, quia non nisi nomine occultato scripsit.

LIX. *ITINERARIUM PIETATIS ac doloris, per eos gradus quos Rex dolorum suis passibus & sanguine consecravit*, Romæ 1625. in 12. editum, auctorem, quem non præfert, habet *Alphonsum SPINOLAM Jesuitam Genuensem* teste *Alegambe* p. 16.

LX. *De JUBILÆI* gratia *augenda servandâque*, liber anonymus Pontificiæ superstitionis, memoratur inter scripta *Jodoci ANDRIES Jesuitæ*, apud *Alegamb.* p. 280.

LXI. *IUDICIUM de Exercitationis Paradoxæ, cui titulus, Philosophia scripturæ interpres* 1666 Eleutheropoli in 4. editæ. *Refutatione*, auctore Petro Serrario anno sequenti. Amsterodami in 4. publicata, *Viri*, ut habet inscriptio, *doctissimi scripto amici expetitum, sincerèque datum*, Serrario puta, ab eoque suæ refutationi subjunctum, quod sit *Ioannis Amos COMENII*, viri de Theologia, & litteratura omnis generis optimè meriti, lubens accredo, binis mihi litteris hoc confirmanti Nobilissimo Excellentissimoque & experientissimo Dno *Gottfried Mollern* Ph. & Med. Doctori, nec non illustrissimi Palatino Neoburgici Prin-

Principis Medico, aulico, Militari, ac Metropolitano Dûsseldorpiensi, paritérque Consiliario ac Metallorum in Ducatu Cliviæ Montiumque summo Præfecto, gratissimo mihi quondam itineris Italici mensæque socio, & amico etiamnum honoratissimo, cujus tanto à me locorum intervallo disparati absentiam subinde doleo, memoriam tamen præsentem utique conservo, & quoad ero, conservabo.

LXII. JUGULUM CAUSÆ Pontificiæ, seu Nova, unica, compendiaria, & una propemodum periodo comprehensa ratio: per quam totus doctrinarum Romanensium complexus, de quibus lis est inter Protestantes & Pontificios, & unà Papa ejusque Imperium funditus evertuntur, &c. Juxta Exemplar Londinense Anno 1671. in 8. velut habet secunda inscriptio, post præliminares Epistolas 70. ad Viros Principes, Comites & eruditos, quos auctor sibi Lectores eligit: *Iugulum Causæ seu Nova & expeditissima Ratio, per quam Papa ejusque imperium, totusque Missæ, Religionis & Ecclesiæ Romanæ Apparatus unâ ruina coincidere debent &c.* quod auctorem habeat *Ludovicum MOLINÆUM*, filium celeberrimi Theologi Molinæi, Medicum & Historicum egregium Londini degentem, cujus etiam Parænesin ad ædificatores Imperii in Imperio paulo ante in 4. Londini excusam, ac ad impugnandam Papalem Hierarchiam unicè spectantem habemus, pro certo sibi constare scripsit ad me laudatus modo Amicus meus, Vir Nobilissimus, Excellentissimus, & Doctissimus Gotfried Mellem. Confirmat idem hujus operis cum Parœnesi, in stylo doctrinaque consonantia, nec non cum eo, quod anagramma detegit *Ludiomæi Colvini* de quo vide in *Pseudonymis*.

LXIII. Elementa Christianæ perfectionis, à Thoma de KEMPIS quatuor libris de Imitatione Christi olim comprehensa, nunc iisdem verbis, novo ordine per locos communes digesta Dilingæ 1626. in 16. qui prodiit sine mentione auctoris Liber, Indicis vicem accuratissimi præbere potest in aureos Kempenses libellos, confectus à *Ioanne ISFORDING, Iesuita Germano*, ut est apud *Alegamb.* p. 251.

LXIV. Thomæ KEMPIS de Imitatione Christi libri IV. in Locos Communes redacti prodiere nullo auctore, sed quem detegit *Henricum VVAGNERECK Jesuitam Germanum, idem Alegambe* p. 178.

LXV. Methodus Practica utendi libro Thomæ de KEMPIS de Imitatione Christi, tacito auctoris *Martini de FUNEZ Jesuitæ Hispani* nomine divulgata, ac italicè reddita à D. *Bartholomæo Zucchio*, Mediolani 1603. memoratur apud *Alegamb.* p. 326.

LXVI. *De LIBERTATE ECCLESIASTICA* Liber anonymus promissus est â CASAUBONO in Epistolis pag. 628. ubi vide *Colomesium in Clave*, ut & in Clave Epistolarum *Scaligeri* ad pag. 345. & *Casaubonum* ipsum *in Epistolis* pag. 632. 647. editionis Hagensis. Porro *Colomesius* dans son recueil de particularitez (in suis Collectaneis singularium) pag. 127. ita refert. *M. Gudius* savant homme de la Duche de Holstein, m'a montré un liure, *de Libertate Ecclesiastica*, imprimé l'an. 1607. 8. qui est de Casaubon, comme l'avoit marqué de sa main *Josias Mercerus* beau-Pere de M. de *Saumaise*. cét ouvrage. ayant esté entrepris par l'ordre de Personnes de qualité, est demeuré imparfait par le commandement d'Henry IV. ce qui a fait mettre à *Mercerus* à la page 264. qui est la derniere, cætera rebus mutatis non sunt edita. Paroles que *Jacques Cappel* explique en ces termes, dans son Assertion de bonne foy contre le Jesuite *Rosvveidus*. (Dn. Gudius, Vir doctus è Ducatu Holsatiæ, monstravit mihi librum de Libertate Ecclesiasticâ, impressum An. 1607 in 8. qui est Casauboni, quemadmodum hoc ipsum notaverat sua manu Josias Mercerus Socer Dn. Salmasii. Hoc opus inceptum jussu quorundam Principum Virorum, imperfectum mansit jussu Henrici IV. Id quod fecit Mercerum scribere pag. 264. quæ ultima est: Cætera rebus mutatis non sunt edita. Verba quæ Jacobus Capellus exponit hoc modo: in assertione sua bonæ fidei contra Jesuitam Rosvveidum) In Ecclesiastica antiquitate quam non esset Tyro *Casaubonus* docuit A. D. 1607. libro singulari *de Libertate Ecclesiastica*, cujus jam paginæ 264. typis erant editæ, cum Rex Henricus IV. augustæ memoriæ, compositis jam Venetorum cum Pontifice Romano controversiis, vetuit ultra progredi, & hoc ipsum quod fuerat inchoatum, supprimi voluit, ut ejus pauca nunc extent exemplaria. Hactenus *Colomesius*. Librum ipsum inseruit *Goldastus* Monarchiæ imperii Tom. 1. pag. 674. & seqq.

LXVII. LOCI usitatiores ex S. SCRIPTURA pro adstruenda Veritate Catholica Pontificia, Moguntiæ sine auctoris *Matthæi SCHRICK Germani Iesuitæ* nomine prodiere. *Alegambe* p. 336.

LXVIII. MANUS HOMINIS & dies hominis Christiani Latinè Flandricè, Gallicèque editus liber Gandavi 1621. *Iodoco ANDRIES Belgæ S. I.* tribuitur ab *Alegambe* pag. 280.

LXIX. MARIA mater agonizantium, Græciæ 1640. in 16. editus liber superstitiosus auctorem occultat *Io. NADASI Iesuitam Hungarum. Alegambe* pag. 260.

LXX. B. Vir-

LXX. *B. Virginem MARIAM Causam omnium bonorum & notam salutis*, ineptè peculiari, nec immeritò nomen auctoris occultante Libello probare conatus est Jesuita *Alardus le ROY*, teste *Alegambe* p.9.

LXXI. *Dolores B. Virginis* MARIÆ. Mechlen. 1627. & Brugis 1629. absque scriptoris nomine descripti sunt â *Jodoco ANDRIES Jesuita Alegambe* p. 280.

LXXII. *Encomia B. Virginis MARIÆ ex S. Scriptura & sanctis Patribus deprompta, cum eorundem citationibus*, excusa primum Hispali, dein recusa Viennæ 1632. suppresso nomine, ab *Alvaro ARIA Jesuita Hispano* collecta testatur *Alegambe* p. 24.

LXXIII. *Fasti MARIANI cum illustrium divorum imaginibus & elogiis &c.* Libellus, Latinè ac Germanicè Monach. 1630. cum picturis, & Antvverp. 1633. 16. sine picturis editus, auctorem dissimulat *Andream BRUNNER, Jesuitam. Alegambe* p. 26.

LXXIV. *Fasciculus laudum* B. V. MARIÆ, sine auctoris nomine proditus est â *Jo.* RIVULINO *Jesuita Hungaro*, teste *Alegambe* p. 270.

LXXV. ZODIACUS MARIANUS anonymus *Henrico VVAGNERECK Jesuitæ* adscribitur ab *Alegambe* p. 178.

LXXVI. *Exegesis super* MARIANI SACRAMENTI *formulâ, qua se ii, qui in sodalitatem Annunciatam recipiuntur, obstringunt.* Ingolstad. 1620. in 16. liber superstitionis Papalis plenus, â *Georgio* STENGELIO *Jesuita* cum aliis anonymis multis est conscriptus, vid. *Alegambe* Bibliothec. Jesuit. pag. 159.

LXXVII. MARIANAM HEBDOMADEM, *Gebhardi* RAZENRIED *Jesuitæ Suevi* anonymis adjicit *Alegambe* p 154.

LXXVIII. *Manuale Sodalitatis immaculatæ conceptionis B. MARIÆ Virginis*, Viennæ confirmatæ. Vien. 1630. in 16. editum anonymum conscripsit *Leonardus BAGNUS Jesuita*, v. *Alegamb.* p. 300.

LXXIX. *De Devotione erga* S. MARIAM MAGDALENAM superstitiosum libellum anonymum edidit *Lavinus TOLOMÆUS Jesuita*, teste Alegambe p. 293. Ejus Elogium n. 49. partis. 3. Pinacothecæ suæ, edidit *Janus Nicius Erythræus.*

LXXX. *Praxis* MEDITANDI *mysteria Christi Domini nostri, B. Virginis & Sanctorum, ex Italico latina facta*, & edita Viennæ 1633. in 16. interpretem habet *Jo. BUCCELENUM Jesuitam*, teste *Alegambe* p. 230.

LXXXI. MEMORIALE *sciendum â Clericis, cum Appendice de aliis sciendis â Confessariis, & præsertim de 100. casibus obligantibus ad restitutionem*, Bononiæ, Cre-

Cremonæ, Mediolani, alibique recusum scriptum anonymum *Victoriani* PREMOLI *Jesuitæ Cremonensis*, memorat *Alegambe*. p.441.

LXXXII. Praxis juvandi MORIBUNDOS ex Hispanico Joannis Baptistæ Villelæ, *facta Italica per Franciscum Coturlan*, ac inde *Latinè reddita* per *Ioannem* BUCCELENUM, absque interpretis mentione prodiit, teste *Alegambe in Biblioth. Iesuiticæ Indice.* Nam in ipso textu hocce scriptum præteritur, ubi de Bucceleno agitur. p.230.

LXXXIII. Facilis modus lætam MORTEM obtinendi. Latine & Flandricè Gandavi excusus liber est *Iodoci* ANDRIES *Iesuitæ. Alegambe* p. 280.

LXXXIV. De NATIVITATE MEDIATORIS ultima nunc futura, & toti orbi terrarum in singulis ratione præditis manifestanda, inter anonymos refertur â Scavenio n.51. & *Gesneri* fide *Guilielmo* POSTELLO tribuitur, inter cujus scripta recensetur hoc ipsum, ac Basileæ.1547. excusum. De hoc Postello vide in *Rhodianis* nostris ad n.50. & *Scævolæ Sanmarthani Elogia Gallorum* doctrina illustrium lib.3. pag. m.79. ubi â fæmina quadam Venetiis, infatuatum hominem eo usque narrat, ut fatua planè, imo monstrosa in religione dogmata publicaret. Operum reliquorum Catalogum vide apud *Gesnerum. Beza* Epist.1. pag. m. 21. *Postellus*, inquit, *omnium hæreseon, ipsis etiam Romanis inquisitoribus judicibus, Cloaca*: adde ejusdem Epist.4. Imprimis autem *Ios. Scaligeri* Ep.362. ubi insanum planè fuisse testatur, & se cum ipso communi cubiculo usum aliquamdiu fatetur. Adde *Thuan. Historiar.* lib. 74. *Popeliniere Histoire des Histoires* liv.8.pag.443.& seqq. ubi mira de ipso narrat.

LXXXV. NEGOTIATIO SPIRITUALIS mercaturæ, ut uno anno tantum lucremur, quantum decem, Latinè, Gallicè, Flandricèque, variè repetito prælo excusa. *Iodocum* ANDRIES *Iesuitam* auctorem habet. *Alegambe*. p.280.

LXXXVI. De OFFICIO PII ac publicæ tranquillitatis verè amantis Viri, in hoc RELIGIONIS DISSIDIO, liber ἀδέσποτος prodiit, quem *Io. Calvinus* refutavit, & *Francisci* BALDVINI JCti Atrebatis esse falsò credidit, cum esset *Georgii* CASSANDRI Brugensis, testante *Valerio Andreæ*, in *Bibliotheca sua Belgica* pag.m.262. ubi neutri parti scriptum hoc placuisse, sed etiam â Pontificiis per *Io. Hesselium* Theologum Lovaniensem confutatum fuisse, alio *de officio pii viri urgente hæresi adversus* Cassandrum Antverp. apud Plantin 1566.8.

1566. 8. excuso libro testatur: adde eundem pag. 516. & pag. 224. ubi *Balduini Apologiam contra Calvinum* editam memorat. *Cassandri* verò *Defensionem* nomine *Veranii Modesti* publicatam vide in *Pseudonymus*. Similis autem argumenti orationem prudentissimam *Alberti NoviCampiani* Theologi Poloni laudat *Starovolskius* in Elogiis Polonor. num. 29. pag. m. 51.

LXXXVII. Modus ORANDI pro necessitatibus Patriæ Lat. & Flandricè conscriptus, ac editus Gandavi 1619. alibique subinde novis accessionibus auctus *Jodoco ANDRIES Jesuitæ Belgæ* debetur, *Alegambe* pag. 280.

LXXXVIII. ORDO VITÆ *Christianæ*, liber suppresso auctoris nomine excusus, *Alexandro FICHETO Jesuitæ* tribuitur, apud *Alegamben* p. 12. ubi & de alio eidem attributo quidem, sed abnegato scripto *Curriculi Vitæ spiritualis* titulo impresso narrat.

LXXXIX. *De Christi Cruce & PASSIONE* opus anonymum, ab *Alexandro* URSINO *Cardinali* conscriptum, memorat *Alegambe* pag. 14. Eundem tamen *Janus Nicius Erythræus*, sive ut in *Pseudonymis* nostris detegitur, *Victorio Rossi*, in Pinacothecæ suæ part. 2. Elog. 9. nihil edidisse testatur.

XC. Emblemata de Actionibus & Memoria PASSIONIS Dominicæ, Gandavi 1626. edita *Iodoci ANDRIES Iesuitæ* sunt. *Alegambe* pag. 280.

XCI. Memoria PASSIONIS Domini, Latinè, Hispanicè, Gallicè, Flandricèque Lovanii & Brugis 1621. editus liber est ejusdem *Jodoci ANDRIES Jesuitæ. Alegambe.* p. 280.

XCII. Facile certumque PRÆSIDIUM ADVERSUS omne PECCATUM Brug. 1629. *Latinè, Hispanicè, Flandricè, Gallicè, Anglicè*, multiplici prælo recusum, absque nomine auctoris est *Jodoci ANDRIES Jesuitæ. Alegambe.* p. 280.

XCIII. *Flores PSALMORUM* Tomis duobus, *& sanctos affectus animæ devotæ, cum mediis vivendi in gratia DEI*, Rotomagi. 1619. in 12. subjectis dedicationi litteris S. P. deberi *Stephano BINETO Jesuitæ*, scribit *Alegambe.* Jesuiticæ Bibliothecæ pag. 416.

XCIV. Compendium Ludovici de PONTE, Jesuitæ Hispani, qui de perfectione Christiana libros edidit, aliosque memoratos Alegambe. pag. 317. prodiit, adscriptis litteris auctoris nomen signantibus P. J. D. quas notare Patrem *Joannem DARDE, Jesuitam Germanum* auctor est idem *Alegambe* p. 234.

XCV. Ludovici de PONTE Jesuitæ *Meditationum Breviarium*, edidit *Petrus* XIMENEZ *Jesuita*, nomine suppresso Col. 1623. & 1629. in 8. quod *italicè* transtulit, auctorisque nomine insignitum edidit Romæ 1638. 8. *Ludov. Dulceberius*, itidem Jesuita, teste sæpius citato *Alegambe* p. 404. & 310.

XCVI. De PRÆADAMITIS excusus aliquoties nefarius magis quam ingeniosus liber, quod *Isaaci* PEIRERII sit, ex ipsius recantatione Anno 1655. in 4. excusa, notorium est.

XCVII. PRECUM *familiarium* libellum anonymum edidit Antvverp. 1639. in 16. *Jesuita* Franciscus *ab* HEER *Belga*, quem sicut alios anonymos scriptores Belgas plures omisit *Valerius Andreæ*, sed notavit diligentius *Alegambe* p. 125.

XCVIII. PRECES *ad stationes Passionis, & ad XV. Mysteria B. Virginis, ac septem ejus dolores*, Gandav. 1621. & deinceps alibi recusæ superstitiosissimæ, *Jesuitæ Jodoco* ANDRIES adscribuntur ab *Alegambe*. p. 280.

XCIX. PURGATORIUM *Catholicè assertum, cum invitamentis & methodis suffragandi*. Brugis 1642. 12. eidem *Jodoco* ANDRIES asseritur ab *Alegambe* p. 280. & *Valerio Andreæ*. Bibl. Belg. p. 588.

C. De REFORMATIONE RELIGIONIS *Christianæ, per Ministros, Evangelicos introductâ deliberatio, â Studiosis Danis & Norvvegis proposita Professoribus Academiæ Hafniensis* d. 1. Octobris 1601. absque nomine Auctoris excusa, tribuitur *Laurentio* NICOLAI *Norvvego* Jesuitæ, teste *Alegambe* p. 299.

CI. REFUTATIO *pugnæ oblatæ Catholicis â quatuor Ministris Calvinianis Sylvæ Ducensibus, qui statim â capta per ipsos urbe eò convolaverant* Antvverp. 1630. tacito auctoris nomine fuit edita per *Joannem a* GOUDA *Jesuitam Belgam*. *Alegamb.* p. 247 de eodem v. *Valerium Andream* Biblioth. Belg. p. 510. ubi tamen hoc ejus scriptum haud recenset.

CII. CIII. RELIGIO MEDICI cum ANNOTATIONIBUS L.N.M. Argentorati 1652. in 8. Liber ipse primo *Anglicè* scriptus ab auctore, postea â quodam *Ioanne Meryvveather* latinè redditus, aliquoties anonymus prodiit, donec Leidensis una Editio nomen THOMÆ BROWNE *Angli* subscriptum præfationi exhibuit, cujus etiam habemus Anglicè scriptum librum sub titulo: *Enquiries in tho vulgar Errors*. Lond. 1646. in fol. id est, *Inquisitiones in Vulgi errores*. De quo Viro legi possunt quæ habet Præfatio *Auctoris annotationum* in eundem Libellum doctissimarum, qui cum ipsus etiam initialibus literis solis nomen professus sit, orbis litterarii Civibus plerisque anonymus mansit. Est

autem

autem Eques Generosissimus *Levinus Nicolaus* MOLTKIUS, ut aliunde jam compertum hoc habenti confirmat Auctor Itinerarii Germaniæ Politici Pseudonymus *Constantinus Germanicus* (cujus verum nomen vide inter detectos nobis) pag. 264. & alibi. Eidem *Moltkio* debemus *Conclave Alexandri VII. & alia Historica conjunctim edita.* Sclesvvici 1656. in 8. De ipso libro ita loquitur Dr. *Mollerus* in *Atheismi devicti* præfatione, ubi inter Atheismum foventes etiam hunc numerat. Religio Medici durch Thomas Brune zu Paris/auch in Engeland gedrücket / darinn der Autor in allen Capiteln sich anstellet / als ob er ein guter Christ wäre / am Ende aber eines jeden Capitels solche dubia fürbringet / durch welche alles wieder umbgestossen / und in Zweiffel gesetzet / das er im Anfang geschrieben. Annotator noster nobilissimus, hoc se quoq; animadvertisse, quamvis nullum atheismum se ex ipsius lectione deprehendisse, testatur, suo non minus quam eruditissimorum Virorum testimoniis, ut inter alia verbis sequentibus declarat. *Jam ante mihi innotuerat, lectionem illius libri multos præclaros Viros delectasse, imò occupasse. Non ignorabam librum in Anglia, Gallia, Italia, Belgio, Germania cupidißimè legi. Constabat mihi eum non solum in Anglia, ac Batavia, sed & Parisiis cum præfatione, in qua Auctor magnis laudibus fertur, esse typis mandatum. Compertum mihi erat, multos magnos atque Eruditos Viros censere, auctorem (quantum ex hoc scripto perspici potest) sanctitate vitæ ac pietate elucere. Eum vera, firma, ac generosa fide se scrupulis, quibus interdum conflictatus fuit exolvisse: ejus conatus tendere ad profectum, ad bonam mentem, ad veram non fictam pietatem, ad admirationem Sapientiæ, secretorumque Dei, ad objurgandum cæcum Zelum in Religione Christiana, ad insinuandum studium charitatis & concordiæ, ad irridendum stolida atque absurda atheorum, ad testatum faciendum, non omnes ingeniosos rerum naturalium atque abstrusarum indagatores flagitiosissimi atheismi contagione contaminatos esse. Reperiebam tamen ego, hominem, præsertim si durum ac rigidum (ut nunc mos fert) nanciscatur censorem, in nonnullis reprehensionem mereri: Dubia enim interdum proponit, quæ non resolvit; Scrupulos injicit, quos non eximit. Se difficultatibus nonnullis urgeri fatetur, quomodo illis liberemur silet. Hæc animadvertens annotavi nonnulla ad ea, quæ mihi aut displicebant, aut parum satisfaciebant; ea verò quæ prodesse judicabam, confirmavi testimoniis aut ex SS. Scriptura, aut ex Patribus, aut ex aliis bonis auctoribus depromptis.* Præfationis autem Parisiensis, cujus mentionem facit, initium est tale: *Atheismi suspicione laborantes Medicos, purgaturus hic medendi Artifex, &*

innocentem artem, Apostoli laudibus claram, interque divina charismata annumeratam, à magnis & impudentibus vulgi calumniis vindicaturus, fidem ambiguam non tantum manifestat, verum etiam occupat omnia, quæ contra illam ab Atheis, Turcis, Judæisque opponi posse arbitratus est: & sequentia quæ unà eo tendunt omnia, ut Atheismi non modo crimine, sed omni culpa liberatus Auctor, omnibus quam commendatissimus insinuetur. Quo jure quave injuria judicent alii. Annotationes, de quibus nunc agimus, omninò lectionem multam & eruditionem haud vulgarem arguunt, vide quæ habet huc facientia Francisci Irenæi nomine edito Collegio in Oldenburgeri discursus ad Instrumentum Pacis subjectus Indiculus auctorum. pag. 124.

REMONSTRANTIUM in Belgio Theologorum *defensiones Anonymæ variæ* prodierunt, ex quibus sequentes postea in operibus SIMONIS EPISCOPII Professoris aliquando Leidensis, Amstelodami Ann. 1665. in folio Tomis duobus excusis, denuo exhibitæ, verum auctorem suum professæ sunt.

CIV. *Apologia pro Confessione seu Declaratione sententiæ eorum, qui in fœderato Belgio vocantur REMONSTRANTES, contra* Censuram Leidensium Theologorum 1630. in 4. sine loco impressionis edita, voluminis secundi operum Episcopii pag. 95. & seqq. recusa.

CV. *Responsio ad Libellum, cui titulus* Specimen Calumniarum atque heterodoxarum opinionum, ex Apologia REMONSTRANTIUM excerptarum *per Theologos Leidenses.* Hardervici 1631. 4. Eodem Tomo pag. 229.

CVI. *Vedelius Rapsodus, seu Vindiciæ doctrinæ REMONSTRANTIUM adversus* Nicolai Vedelii *Arcana Aminianismi* 1633. ibid. pag. 32.

CVII. *Martini de ROA de statu animæ purgatæ* librum *ex Italico latinum* fecit, ediditque Viennæ 1633. in 16. nomine suo non adscripto *Jo. BUCCELENUS Jesuita Italus*, teste *Alegambe* pag. 230. ubi & alia ejusdem anonyma memorat.

CVIII. *Alphonsi* RODRIGUEZ *Valesolitani* (fuit enim & alius ejusdem cognominis Segoviensis) uterque Hispanus, ac *Jesuita*, v. Alegamb. p. 19. & seqq. *Exercitium perfectionis & Virtutum Christianarum*, omnium virtutis exercitium strenuè sectaturorum lectione dignum opus esset, nisi tot superstitionibus pontificiis undique scateret. Illud *Hispanicè* primum ab auctore conscriptum, in varias postea linguas est transfusum. *Latina* editio Colon. 1622. in 4. prodiit, nullo interpretis apposito nomine: quem duplicem fuisse tradit

Alegam-

Alegambe p.300.nempe *Ioannem Tannemar*, nescio quem,qui primum,& *Leonardum* CREDER,*Jesuitam*, qui reliquos Tomos transtulerit.

CIX. DE SACRIS ALIENIS NON ADEUNDIS *Quaestiones duæ in usum Praxinque Angliæ breviter explicatæ*, auctore R.P 1607.Audomari, quod à ROBERTO PERSONIO *Iesuita* profectæ essent, suspicatus illicò fuit *Georgius Blavvellus*, uti legere est pag. 3. Quæstionis in eundem bipartitæ. Londini 1609. in 4. excusæ,ubi præterea leguntur hæc verba. *Sed & ei causam arbitratur dedisse* Thomæ Wrighti *sacerdotis* (*sic enim conjectat*) *commentariolum quendam trium puta foliorum, quod aliquot rationum contextu, liberum Angliæ Catholicis ad Protestantium sacra aditum patefecerat. Delatum Romam hunc Argumentorum manipulum* (*ipso tamen, quod maximè intelligi vult, nec authore, nec quidem conscio*) *Tractatu illo, ut videre est, confutatum rediisse. Rogatus,num sacerdotes Angli hoc* Personii *tractatu, ut verâ rei controversæ decisione, vulgò acquiescerent: respondit, nihilo videri minus, in suo quenque sensu abundare.* Unde patet, hoc ipsum etiam scriptum anonymum fuisse, quod cum nesciam quo titulo vel idiomate prodierit, in cap. ultimum,de ignotis scriptis,mentionem ejus differemus. Personio scriptum hoc tribuit expresse *Philipp. Alegambe*, ad nomen ejus Elogium mirificum, & scripta alia anonyma pleraque vel pseudonyma recitans.

CX. SUMMA DOCTRINÆ CHRISTIANÆ *brevis*, continens religionis Christianæ,Pontificiis tamen erroribus inquinatæ,summa Capita,prodiit, ab Ignatio Loyola Jesuita, sectæ fundatore approbata,& Ferdinandi Regis diplomate munita,tacito auctoris Petri Canisii nomine 1554. secundus infelix partus illius Societatis, cujus etiam Compendium *Catechismi* nomine prodiit. v. *Matth.Raderum* in vita hujusce CANISII,& *Alegamben* p.374.

CXI. TESTAMENTUM *Patriarchæ* JACOB, sive *Concionum Tomum Ioannis* SUFFRENI *Iesuitæ*. 1623. editum,anonymis accenset *Philip.Alegambe* in Indice Bibliothecæ Jesuitarum.

CXII. THEOLOGIA GERMANICA prodiit Anonymi,cum Præfatione Hutherini editione Belgica. Eum auctorem notum fuisse *Bezæ* patet ex ejusdem *Epistola* 46. pag.m.213. Gulielmo Gratarolo scripta. In quodam *Fratrum Roseæ Crucis* scripto A.1617. edito. TAULERO adscribitur, & hinc commendatur ibidem Pontificiis primum, tum etiam Reformatis, Anabaptistis & Augustanæ Confessionis hominibus. Exemplar Germanicum SWENCKFELDIUM auctorem præfert. 1541. excusum. Prodiit quoque

latinè Antvverp. 1558. sub nomine *Ioh.* THEOPHILI. Sacerdos quidam ex Teutonicorum ordine, aliquibus dicitur esse auctor ejus. Enthusiasmum promovere, ejusque & libertinismi fundamenta continere dicitur. vide *Ioh. Hornbeck*, in summa Controversiæ l.6. p.385. & seqq. Hæc fere ad me perscripsit humanissimus atque Doctissimus JCtus *Gerhardus* VON *Mastricht*, Professor Electoralis Academiæ Duisburgensis, hujusce mei de anonymis scripti occasione, parario Cive & Amico meo Charissimo Dn. Henrico Brokes J. U. L. mihi conciliatus, cui etiam alia hujus argumenti aliqua debeo, suis locis memoranda.

CXIII. THESAURUS piarum & CHRISTIANARUM INSTITUTIONUM, prius nomine BULLÆ, sine auctoris mentione editarum, cujus sit auctoris, Historia præter morem suum prolixa narrat *Philippus Alegambe* pag. m. 119. sic scribens. *Libellum Sodalitatis*, hoc est, *Piarum & Christianarum Institutionum* lib. III. *in gratiam Sodalitatis B. Virginis Mariæ.* Hic Libellus, cum sub annum M.D.LXXV. primum fuisset editus, sub nomine *Bullæ*, nullius adscripto nomine, sæpiusque annis sequentibus recusus, mox etiam, ne incerto auctore suspectus fieret, per *Ioannem* PERELLIUM, modicè variato titulo, in hunc modum: *Thesaurus piarum & Christianarum Institutionum*, editus prodiisset Ingolstadii, M. D LXXVIII. Dilingæ. M. D. LXXXIII. Mediolani M.D.LXXXVI. & alibi, demum Auctor ejus *Franciscus* COSTERUS librum recognovit, & duobus libris auctum, præfixo nomine suo recudit Antvverpiæ typis Plantinianis, & Coloniæ apud Gosuinum Cholinum, utrobique anno M.D.LXXXVI. additis Academiarum aliquot approbationibus, quæ illum Auctorem esse agnoscunt, iterumque Lugduni, apud Paulum Frellon & Abrahamum Cloquemin M.D.XCIV. præfixa ad Sodalitates Beatissimæ Virginis Mariæ Epistola, suo nomine subscripta, qua suum illis librum offert, explicatque quam habuerit ejus conscribendi occasionem, ut nullus possit ambigere, cujus Auctoris hic partus sit; qui rursum VI. libro auctior Antvverpiæ, Coloniæ, alibi editus est. Hactenus Alegambe, cujus locus hic notari eo magis debuit, quod *Andreas Valerius* & *Franciscus Srvvertus* uterque nihil de hoc scripto, quamvis alia Belgæ illius Jesuitæ scripta recenseant, meminere.

CXIV. THESAURUM SPIRITUALEM *rerum ac documentorum variorum ad societatem Jesu pertinentium* Cracoviæ 1607. item

CXV. THESAURUM PRECUM *ac variarum exercitationum spiritua-*

ritualium, ex variis auctoribus collectum opera PP. Soc. Jesu recenset inter anonyma scripta *Friderici* BARTSCHII Pruteni Jesuitæ, *Alegambe* p. 144.

CXVI. TORTURA TORTI â *Lancelotto* ANDREWS Eliensi primum, dein Wintoniensi apud Anglos Episcopo profectum scriptum conjungi debet cum eo, cui titulus.

CXVII. TRIPLICI NODO TRIPLEX CVNEVS, sive *Apologia pro Juramento fidelitatis, adversus duo Brevia Papæ Pauli V. & recentes litteras Cardinalis Bellarmini ad Georgium Blackvellum Angliæ ArchiPræsbyterum, scriptas.* Liber *Anglicè* primum editus est Londini anno 1607. eum in finem, ut liberaret animos subditorum Pontificiorum opinione falsâ præconceptâ, quasi bona cum pace conscientiarum suarum injunctam ipsis formulam juramenti fidelitatis, ob detectas varias Conspirationes Jesuitarum, aliorumque Catholicorum in Regiam personam, necessariam existimatam, dicere non possent: quamvis Archi-Præsbyter ille hoc ipsum, non obstantibus Papæ brevibus, & Cardinalitiis litteris dixerit, uti patet ex Processu ejusdem impresso Londini 1609. hac inscriptione: *In* Georgium Blackvellum *Angliæ Archi-Presbyterum â Clemente VIII. designatum Quæstio bipartita; cujus Actio prior Archipræsbyteri jusjurandum de fidelitate præstitum, altera ejusdem juramenti assertionem, contra* Cardinalis Bellarmini *litteras continet.* quam *Goldastus* etiam Tomo. 3. pag. 565. Monarchiæ S. Romani Imperii, recusam exhibuit. Liber hic *latinè* mox versus, & refutatus â Cardinale *Rob. Bellarmino* sub nomine *Matthæi Torti*, quod in *Pseudonymis* invenies: *Liber gravissimus & summæ pietatis* dicitur ab *Isaaco Casaubono* appendicis Epistola 106. Profectus autem est, ab ipso Rege Angliæ JACOBO, cujus alia doctissima scripta, tum separatim singula, tum conjunctim unâ recusa Anglicè 1616. & Lat. 1619. utraque Londini, vide in Bibliothecæ Bodlejanæ pag. 263. 264. Vide Colomesium in Clave Epistolarum Casauboni ad p. 833. Nesciens autem ipsius Regis hoc opus esse *Bellarminus*, admodum duriter & injuriosè responderat, unde Rex priorem libellum recudi jussit, auctorem se professus ejusdem, addiditque *Præfationem monitoriam* & *Anglicè* & *Latinè* â se scriptam, qua reprehendit Bellarmini responsionem, & imperat subditis, quæ necessaria videbantur. Itaque nolens etiam latere diutius *Bellarminus Apologiam* eandem denuo edidit suo nomine pariter præfixo, qua & suam, nomine non amplius occultato recusam Responsionem defendere, & Monitoriam Regis Epistolam refellere satagit. Colon. 1610. in 8. quo eodem & *Mart. Becanus* Jesuita Moguntiæ edito libro in 8. refutationem eandem

eandem instituit. Scripserat autem etiam ante contra Bellarmini responsionem Pseudonymam *ἀνωνύμως* TORTURAM TORTI, A. 1609. in 4. *Lancellottus* ANDREWS , Cicestrensi, primum Eliensi, deinde Wintoniensi apud Anglos Episcopatui Præfectus, v. *Colomes.* ad pag. 90. Clavis Epistolarum Casauboni. Ei respondit *Martinus Becanus* Jesuita *Refutatione Torturæ Torti* seu *contra Sacellarium Regis Angliæ , quod causam Regis sui negligenter egerit,* excusa Mogunt. 1610. in 8. & A. 1612. ipso nomine *Lancellotti Andrews* expresso, recusa. Huic oppositus A. 1611. Londini in 8. editus *Elenchus Refutationis Torturæ Torti* pro Reverendissimo in Christo Patre Dno Episcopo Eliense, adversus *Mart. Becanum* , Auctore *Richardo Thomsonio* , Cantabrigiensi. Item *Roberti Burhilli* Angli ibidem eodem anno edita *Responsio pro Tortura Torti* ad *P. M. Becanum.* Opposuit etiam Torturæ Torti se alius Jesuita Græcus *P. Andreas Eudæmon* , *Joannes Cidonius* , libro cui titulus *Parallelus Torti ac Tortoris ejus L. Grestrensis.* Col. 1611. in 8. quem nihil aliud nisi *fœtidissimam convitiorum & impudentissimorum mendaciorum cloacam* esse dicit *Casaubonus* Epistolæ ad *Frontinum Ducæum* pag. 159. ejusdem mendacium impudentissimum de Casauboni Patre suspenso, in specimen Græcæ fidei, Orbi litterato exhibens, *Exercitat. ad Baron* ad Apparatum n. 4. Eum idem modo nominatus *Burhillus* Oxoniæ 1613. in 8. *de potestate Regia & usurpatione Papali*, edito scripto refutavit. Alia scripta ad hanc Controversiam pertinentia plurima, vide apud *Draudium* in Bibliotheca Classica sub titulo, Anglicana, librorum Theologicorum, pag. m. 13. 14. cui omissos plurimos in additamentis Draudianis nostris olim, ubi Deus voluerit, exhibebimus. Vide in *Pseudonymis* ad *Matthæi Torti* & D. *Leidhresserii* nomina quæ notantur.

CXVIII. *Epistola Domini de VILLANOVA Ministri Calviani in Gallia, de sua ad fidem Catholicam conversione, latina* ex *Gallico* edita est 1634. Viennæ, suppresso interpretis nomine, quem habuit *Henricum LAMORMAINI Jesuitam Belgam.* de quo vide Alegamb. p. 176. & Valer. Andr. Bibl. Belg. p. 359. multa ejus scripta recensentes, & tamen *Swertius* hunc auctorem plane omisit.

CXIX. Huc refer, quæ de Auctore libri execrabilis de TRIBUS IMPOSTORIBUS ad *Rhodiani Catalogi* n. 50. disserui.

CAP.

CAP. III.

De Scriptis Juridicis Anonymis detectis.

CXX.

ANIMADVERSIONES *in quadam Capitis primi & secundi SPECIMINIS SALMASIANI, quibus Varii Viri docti ab ejusdem calumniis vindicantur.* Hagæ Com. 1657. in 8. Liber respondens *Salmasio,* super agitata quæstione de *alienatione in mutuo*; creditur ipsius esse consultissimi *JCti VVilhelmi* GOESII, cum ipsius defensio in hoc Libello potissimum suscipiatur, & elogia ejusdem, litteris tum ad ipsum, tum ad alios illius amicos datis comprehensa subjungat, quæ non nisi ejusdem voluntate publicari potuere.

CXXI. COLLEGIUM *reliquorum* IMPERII DEPVTATORVM AD COLLEGIUM ELECTORALE, *de præsenti statu Imperii, Imperatore eligendo, & eligendo scribenda lege,* An. 1657. in 4. annexis aliis, nempe *Serie priorum & posteriorum annexorum Imperio Deputatorum*, ac *Electorum de omnium desiderii sententia,* prodiit scriptum anonymum, lectu planè studiosorum Imperii nostri Juris publici dignissimum. Ejus Auctorem *Philippus Andreas Burgoldensis,* vel, ut in *Pseudonymus* detegemus *Oldenburgerus* discursuum ad Instrumentum Pacis IX. §. 12. pag. 248. hisce verbis detegit: *De Formâ & modo Electionis ac Coronationis consule* Auream Bullam & Pastorii Labores Electorales. *Circa hanc materiam lectu quoque jucundissimum est* Collegium Electorale, *quod* An. 1658. *in electione Invictissimi Leopoldi Imp. prodiit, cujus Auctor à nonnullis creditur esse Dominus FRISCHMANNVS.* Id quod ante me jam ex eodem notavit *D. Geislerus decade* 3. n. 1. exemplorum, suæ de nominum mutatione & anonymis Scriptoribus doctissimæ Differtationi subjunctorum, quæ unica totius hujusce nostræ scriptionis occasio fuit, uti pluribus alias, & in præfatione dictum habemus. Et quamvis annus atque titulus apud hosce ambos nonnihil diversus referatur, ab eo, quem nos ex ipso opere inspecto notavimus, cum tamen aliud Collegium Electorale nullum sciam, omnino idem hocce scriptum ab illis intelligi nullus dubitaverim.

CXXII. COMMUNIUM OPINIONUM JURIS, *sive Receptarum sententiarum Syntagma,* Tomis quatuor in folio Augustæ Taurinorum A. 1595. à

Leandro GALGANETTO JCto Collensi, ac postea Judice Appellationum ac Nullitatum â Curia Romana constituto, editum memorat in Apibus Vrbanis *Leo Allatius* ad nomen Galganetti illius. Hoc opus mihi quidem hactenus videre non contigit; neque *Draudius* illud inter suos Opinionum communium scriptores pag. 675.676. aut Receptarum sententiarum auctores p.820. recenset. Habemus autem alium Francofurti 1584. editum ejusmodi *Thesaurum*, quo variorum Doctorum antea sparsim edita illius argumenti scripta in Alphabeticum Ordinem *Tomis duobus* digesta sunt, quibus *tertium* separatim excusum *Antonii Gabrielis Opiniones* continentem, succenturiandum esse titulus monet. Illud igitur Opus Galganetti forte cura recusum & aliis accessionibus auctum esse, fortasse non injuria quis exinde suspicetur.

CXXIII. CORPORIS JURIS RECONCINNANDI *ratio*, triennio ab hinc foliis paucissimis in 12. sine auctoris, loci, vel typographi mentione prodiit excusa: quam simul ac legi, statim ejusdem auctoris esse suspicatus sum, qui *Methodum novam discendæ docendæque Jurisprudentiæ* anno superiori 1668. dederat, hasce litteras loco nominis auctoris sui præferentem. G.G.L.L. Ex quibus, addito quod §. 49. *artem* suam *combinatoriam* citat, illicò colligebam auctorem *Gottfredum Guilielmum* LEIBNUZIUM Lipsiensem, cujus *de arte combinatoria* dissertatio planè doctissima Lipsiæ 1666. in 4. edita prostat. Postmodum idem confirmavit auctoritate sua Excellentissimus illius Academiæ Professor modo laudatus, *Frid. Geisler* l.c. decad.2 n.9. Consilium ipsum quod attinet, quamvis de eo nos vult sententiam auctor §.153. continere, donec opus promissum introspiciatur, quod maturaturum se pro virili pollicetur §.155. non possum tamen non summatim hoc loco maximopere comprobare. Siquidem hac ratione quantum in connexione titulorum, & eorum serie memoriter ediscenda ac retinenda tœdii devoratum est hactenus Jurisconsultis (quorum adeo præcipuos multos scio nunquam â se potuisse impetrare, ut memoriæ mandarent seriem tot titulorum, quam inter ingruentia subinde negotia publica, peregrinationesque, aut alia majoris momenti avocamenta, se nullo modo conservaturos esse prævidebant) Illud imposterum Juris nostri cultores lucri facere, bonasque horas melius collocare poterunt. Nec illius executio nimis operosa videtur. Siquidem absque describendi labore, duobus tantum exemplaribus Corporum Juris ejusdem editionis Gothofredianæ (cui alligaturum se profitetur Auctor) in eas quas voluerit ipse partes dissectis, & super aliis Chartis, ea qua ipse ordinaverit serie, iterum conglutinatis, ordo

sibi

ſibi conſtabit. Quidquid autem notarum aut monitionum ſuperaddi placuerit, illud margini novæ chartæ, cui ſuperglutinata ſunt illa fragmenta, deinceps inſcribi poterit. Duo vero cur debeant eſſe exemplaria facile patet, quoniam altera cujusque folii pagina per ejusmodi ſectionem & conglutinationem perit, quæ per ſecundum ejusdem editionis exemplar debet reſarciri.

CXXIV. DEDVCTIO DIFFICVLTATIS, *quæ eſt inter religioſos B. Mariæ de Dunis, & Dn. Principem Orangiæ, occupantem bona dicti Monaſterii, ſita in territorio Hulſtienſi.* Libellus eſt in 4. impreſſus, ſine auctoris aut typographi nomine, & conſcriptus ab *Adriano* MVELMANNO Flandro Monacho Cœnobii illius, cujus & alia ſcripta recenſentur â *Carolo Viſch. Bibliotheca Ciſtercienſis* pag. m. 6. Eum Auctorem neque *Valerius Andreas* in *Bibliotheca Belgica* ſua, nec *Franciſcus Swertius* in *Athenis Belgicis* memorant.

CXXV. *DEFENSIO REGIA pro Carolo I. ad sereniſſimum Britanniæ Regem Carolum II.* nunc non ſine reſtitutionis inopinatæ, ſed notorio jure debitæ, divino miraculo regnantem ſcripta A. D. 1650. ſumptibus Regiis & alias deinceps variis typis atque formis recuſa, quod ab Incomparabili Viro *Claudio SALMASIO* profecta ſit, cum alias, tum ex nefarii *Miltoni reſponſione*, ipſo illo anno eidem oppoſita, nec non exemplaribus ſub auctoris nomine impresſis, ac denique ex ejusdem *poſthuma Reſponſione*, ſub ipſo auctoris nomine, Londini 1660. in 8. edita, notius eſt, quam ut indigeat probatione, vide *Salmaſii Vitam* præfixam, cum operum Catalogo, ab *Antonio Clementio Zirizæo* Epiſtolarum ipſius Editioni ultimæ Batavæ, nec non apud *Lorenzo Graſſi* in Italis Elogiis litteratorum. part. 2. pag. 209. Eum ut diſertum alioquin, ita cauſæ tantæ non ſatis dignum Patronum aliqui crediderunt; utpote aliorum potius litterariorum monumentorum, quam Practicæ Philoſophiæ, Jurisque naturæ, Gentium atque Anglicani, peritiorem. Vnde cum ab aliis, tum â ſummo Viro *Bœclero in Grotium de Jure belli ac pacis* commentante, aliquoties carpitur. v. gr. ad lib. 2. c. 14. in pr. *Intolerabili importunitate dicitur in defenſione Regia egiſſe, de promiſſis contractibus & juramentis Principum* ad l. 3. c. 4. §. 1. *In explicanda licentia nemo diſſolutius & magis temerè verſatus eſt*, *quam* Salmaſius in Defenſione Regia, *& hoc evenit ex eo*, *quod non erat aſſuetus modo tractandi ejuscemodi Quæſtiones Practicas.* De *Salmaſio* plura vide in *Pſeudonymis* noſtris ad *Alexium à Maſſalia, VVallonem Meſſalinum, Simplicium Verinum, & Fr. Francum.*

CXXVI. EXERCITATIONES XII. *quibus Severini de* MONZAMBANO (de quo vide in *Pseudonymis* suo loco) *ad modum promulsidis, Tractatus de* statu Imperii Germanici *discutitur, & quædam Chresimo, plura Obelo notantur.* Cis Veronam apud Severum Miposycophantam 1668. excusæ, doctæ sunt & lectu non inutiles, jus publicum Imperii nostri curantibus. Eas Viri jam alias clarissimi, doctissimis scriptis plurimis noti *Martini* SCHOCKII putat esse Burgoldensis ad Instrumentum Pacis part.1disc. 2.§. f.p.289.

CXXVII. JURIS & JUDICII FECIALIS sive *Juris inter gentes*, & *Quæstionum de eodem explicatio*, opera R. Z. *Autoris Elementorum Jurisprudentiæ* Lugd. Bat. 1651. in 12. Liber elegans & doctus RICHARDI ZOUCHÆI, cujus *Elementa Jurisprudentiæ* Hagæ Comitis 1659. in 12. & Oxoniæ 1650. in 4. excusa, nomine ipsius præfixo habemus: in quibus hoc apprimè laudandum est, quod totius juris institutiones nobis dare, adeoque materias omnes, licet admodum & fortè nimis adeo succincte, complecti conatus est, cum hactenus omnes fere systemata vel compendia tradentes, omiserint Materias præcipuas multas, sanè Institutiones Imperatorias paucissimas exhibere pateat. *De Jure Feciali* Libellus etiam *Germanicè*, nescio quo Interprete 1666. Francofurti excusus est, sub titulo **Allgemeines Völcker-Recht/wie auch allgemeines Urtheil und Ausspruch aller Völcker.** vide Geisler. Dec.4 n.9.

CXXVIII. GLOSSA CORPORIS CANONICI cui debeatur non omnibus constat, quandoquidem nomen auctoris non æque ac Glossatoris Civilis, primarii *Accursii* præfigi solet editionibus Corporis Glossati. Hoc itaque memoriæ prodidit post *Abbatem Urspergensem* (quem esse *Conradum à Lichtenave* infra, ubi ad Historicos perventum erit, indicabimus pluribus) *Albertus Crantzius* Saxoniæ lib. 8. c. 27. hisce verbis : *Quo tempore* (circiter An. 1269) *floruit Johannes SEMECA Theutonicus, insignis Juris Doctor, qui Herculea audacia primus aggressus est glossare Decretum, quod ante eum nemo, & post eum excellentius nullus facere potuit : Præpositus S. Stephani Halberstadensis, qui Clementi IV. summo Pontifici, tum per Germaniam sicuti Galliam decimas à Clero in redemptionem terræ sanctæ exigenti, appellationem opposuit : quem pro sua, ut dicebat Papa, temeritate excommunicavit privavitque Præpositurâ, &c.* vide Vitam ejus, primo loco inter JConsultorum Vitas â *Melchiore Adami* descriptas. Eas glossas, auxit postea *Bartholomæus Brixiensis*, de quo vide *Valent. Forsteri* Historiam Juris Civilis libro 3.cap.17.

CXXIX.

CXXIX. *JCTUS VERUS & personatus, ad Illustrissimum Baronem Borneburgium, in qua dissertatione quædam maximè circa ipsa Jurisprudentiæ fundamenta vulgo ignota, vel neglecta vel errata proponuntur & expenduntur.* Auctore J.L.P. Norimbergæ. 1664. Ea dissertatio jucundissima est, & utilissima lectu illis, qui non umbratilem sed solidam Jurisprudentiam sectaturi sunt. Literas autem præfixas, amici quidam interpretati mihi sunt initiales, *Joannis Ludovici* PRASCHII, Ratisbonensis. Laudat Auctor cùm in opere ipso, tum in ejusdem præfatione subinde summum JCtum, *Joannem Ottonem Taborem*, ut Præceptorem, imò ut Socerum suum.

CXXX. *MARE LIBERUM, sive de Jure quod Batavis competit, ad Indicana Commercia Dissertatio.* Lugd. Batav. 1609. in 8. *Hugoni* GROTIO Fisci Advocato, auctori adscribit in exemplari meo manus p. m. Proavi mei *Vincentii Molleri*, Consulis olim hujusce communis Patriæ nostræ; Id quod unà deinceps alii plures testimoniis locupletissimis probavere. vid. *Valer. Andream Bibliotheca Belgica* pag. m. 397. *Franciscum Sweertium* in *Athenis Belgicis*. pag. 352. ubi miror utrumque in 4. editum hoc opusculum testari, cum tamen editio mea illius anni sit in forma, quam vocant octavam. Ei opposuit *Seldenus Mare Clausum*. Londini 1635. in fol.

CXXXI. *METHODUS NOVA discendæ docendæque JURISPRUDENTIÆ, ex artis didacticæ Principiis in parte Generali præmissis, experientiæque luce*, auctore G.G.L.L. Francof. 1668. in 12. Liber omninò legendus iis, qui Jurisprudentiæ student incrementis procurandis, qualia multa promittit auctor, cujus consiliis multum vel ipso conatu laudandis, non tamen per omnia probandis, partite examinandis locus hic non est accommodatus: erit autem in parte secunda *Juris-Consulti nostri*, Deo volente brevi publicanda, cujus vide sub finem *Pseudonymorum* nostrorum Sciagraphiam Auctorem supra n. CXXI. deteximus, doctissimum *Gottfredum Gulielmum* LEIBNUTZIUM Lipsiensem.

CXXXII. *MANIFESTUM, sive Deductio Serenissimi Principis ac Domini Caroli Ludovici Comitis* PALATINI *Rheni ad S. Romanam Cæsaream Majestatem, continens jus successionis in Electoratu* A. 1637. in folio publicatum, conscripsit, uti compertum habeo ex amicorum meorum intimi (cujus dono exemplar illius Manifesti, præscripto ipsius manu nomine Auctoris, possideo) speciali relatione, *Joannes Joachimus à* RUSDORF. Nobilis Bavarus, Consiliarius

rius Archi-Palatinus, cujus ipso auctoris nomine præfixo extant *Vindiciæ Causæ Palatinæ*, seu *Assertio & Deductio Juris inviolabilis successionis, Serenissimi & Celsissimi Principis Caroli Ludovici, Comitis Palatini ad Rhenum &c.* in *Electoratum & Comitatum Palatinum* 1640. in fol. cui peculiarem Refutationem opposuit *Joannes Abelzreiter*. Plura vide in *Pseudonymis*, ad nomina *Hippolithi à Lapide* & *de Valle Quietis*.

CXXXIII. Vindiciæ quorundam Electorum, Principum & Statuum, nec non immediatæ Nobilitatis S. *Romani Imperii, contra PALATINUM VVILDFANGIATUM, mancipatum aliasque violentias*. A. 1665. editæ fuere in fol. & 4. Quibus illicò fuit opposita.

CXXXIV. Justitia Causæ PALATINÆ, sive Defensio Juris Regalis Palatini in homines proprios, nec non effrænata convitiandi audacia scriptoris Vindiciarum CONTRA VVILDFANGIATUM in fol. Cui successit â partibus adversis aliud scriptum, hoc titulo:

CXXXV. Vindiciæ à Fœderatis Electoribus, Principibus, Statibus, & immediato Equestri ordine, PALATINO VVILDFANGIATUI pridem oppositæ, denuo assertæ, & à Convitiis, Corruptelis, Calumniis Maledici & Contumeliosi Scriptoris, qui defensionem Juris Regalis in homines proprios emisit, vindicatæ. Moguntiæ, cum antea excusa in 4. tum recusa 1669. in fol.

Horum Scriptorum prius atque posterius â litteratissimo p. m. Viro *Johanne Henrico BOECLERO*, medium â Consultissimo Dn. *Johanne Friderico* BOEKELMAN Professore tum temporis Heidelbergensi, nec non Dicasterii Electoralis Palatini vice Præside, & Consiliario Electorali intimo, profectum esse, fama confestim rumore non inconstanti spargebat, addens ipsum Serenissimum Electorem Palatinum, non modo relegisse pro se scripta, sed marginalibus subinde notis etiam auxisse, quod uti pro certo affirmare non possum, ita quo lubentius credam, nota Magni illius Principis eruditio summa & vigilantia facile persuadet. De Dn. Bokelmanno testem etiam dare possum *Burgoldensem* ad Instrum. Pacis part. 1. disc. 23. p. 421. De Boecklero, *Sarckmasium*, in Judiciis suis, per alios variè judicatis, de quo vide in Pseudonymis suo loco, Is adeò malè defensam â Boeclero causam esse sentit, ut ipse, quanquam sero maluerit se ea defensione abstinuisse. *Burgoldensis* ea de controversia Judicium extat. Ad Instrum. Pacis part. 1. discussu 25. sub finem membri 2. pag. 439. tale. *Bene interim est, quod in hac VVildfangiatus controversia Rhetorica sit à Logica*

gica victa, id est, quod Orator Vindiciarum Justitiæ Causæ Palatinæ, robustissimas ac firmissimas rationes verborum suorum mellitis globulis convellere non potuerit. Autor vindiciarum, quisquis tandem ille sit, (num Argentinæ an alibi degat, inquirere non vacat) scriptor sane est accurati Judicii, & qui Curtii atque Taciti stylo elegantissimo huic causæ, quantum in se quidem fuit, inservíit. Thesin tamen non rectè ad hypothesin accommodasse videtur, dum ex Principiis Juris naturæ VVildfangiatus causam oppugnare conatus est, cum tamen satis ex Jure notum sit, tales servitutum Species esse præter naturæ Jura inductas, ac ex principiis juris planè extraordinariis resultare. In reliquum ignoscat Autor ille doctissimus pariter ac eloquentissimus, quod proverbium illud: Logica est â Rhetorica victa, (olim in Ducem Brunsuic. & Episc. Halberstadensem â vulgo jactitatum) ad hocce negotium, citra omnem tamen injuriam transferre haud fuerim veritus. Illud sanè Judicium eventus comprobavit, ut patet ex *actu Compromissi*, *Laudoque* in ea causa Heilbronnæ d. $\frac{7}{17}$. Februarii 1667. â Serenissimorum ac Potentissimorum Regum Arbitris delegatis publicato.

CAP. IV.

De Scriptis Medicis Anonymis detectis.

CXXXVI.

ISAGOGE *ANATOMICA Anonymi Philosophi antiquissimi* Græca, quam *Petrus LAVREMBERGIVS* â se versam, edidit ex Bibliotheca sua Hamburgi 1616. in 4. Gr. L. & Senatui Reip. Hamburgensis dedicavit. & ex tessellis *Aristotelicis* compactum esse opus ab ipso Petro Laurembergio, ex amicorum meorum aliquibus accepi, & studiosius cum Aristotelis de partibus animalium aliisque scriptis conferens illud opusculum, rem ita se habere, centonemque Aristotelicum nobis pro peculiari veteris auctoris scripto venditatum deprehendi, quod examinantibus mecum manifeste patebit. De hoc scripto plura dicturum se promisit mihi Doctissimus & Excellentissimus Civis ac amicus meus *Martinus Fogelius* Phil. & Med. D. in *Historia Physicorum*, quam prœlo tenet paratam.

CXXXVII. EPISTOLA AMICI AD AMICVM, qua examinatur *DISPVTATIO* inauguralis *Andreæ Cassii* Hamburgensis, Groningæ habita, *contra Triumviratum intestinalem* cum suis effervescentiis. Amstelodami 1668. in 4. conscripta est ab Amico meo b. m. charissimo candidissimoque *Matthia*

PAI-

PAISENIO, Med. Dr. dum viveret doctissimo, quem utinam nobis adeo maturè fata non abripuissent, haberem etiamnum, cum quo sæpissimè vacuas horas non inerudito fallerem otio. Interim memoriam illius, cujus præsentiam *O Superi* denegastis, quoad vixero, *semper acerbam,*

Semper honoratam, quia sic voluistis, habebo.

Et sanè huic omnino dandum illud etiam putavi, ut binorum saltem foliorum Epistola, quandoquidem alia majora, quæ ab ejusdem industria doctrinaque non vulgari expectabamus, immatura mors intercepit, hic memoretur, Eam Inaugurali suæ Lugduno Batavæ habitæ *disputationi de Vitiis humorum* longè doctissimæ, quam per Cassianam disputationem indigne habitam credebat, defendendæ scriptam ipse mihi pro familiaritate, quam colebamus unà, fassus est, atque donavit.

CXXXVIII. ENCHIRIDION MEDICUM, Genevæ sine auctoris nomine cum *Calmetæi Chirurgia*, editum. *Joannis* FERNELII esse, cujus alia scripta Medica plura, nomine ipsius insignita doctissima habemus, auctor est *Scavenius* n. 80. vide *Lindanum* pag. m. 352.

CXXXIX. HORTI ACADEMICI LUGDUNO BATAVI *Plantarum Catalogum* quo is instructus fuit A. 1635. Præfecto ejusdem Horti *D. Adolpho Vorstio*, Medicinæ & Botanices Professore, unà cum Indice plantarum indigenarum, quæ prope Lugdunum in Batavis nascuntur. Lugd. Bat. 1636. in 24. editum ab *Henrico* KRALITZ confectum, *Scavenius* n. 66. testatur.

CXL. LUMEN CHYMICUM absque auctoris SENDIVOGII nomine aliquoties editum, vide in *Rhodianis* num. 56. & in *Scavenii* Catalogo num. 90.

CXLI. *Chymicos* PARACELSISTAS seu *Theophrasti Paracelsi Sectatores*, & in specie *Joannem VVierium*, cujus opera conjunctim, Amstelodami 1660. in 4. nuper iterum prodierunt, oppugnavit quidam anonymus J. G. P. cui apologiam peculiarem opposuit *Gerardus Dorn*, sive *Dornæus*. Ejus chymica scripta plurima habentur, hæc autem apologia *artificio* ejusdem *Chymico* 1598. in 8. edito juncta est, hac inscriptione: *Veneni quod (nescio quis)* LEO SUAVIUS *sub* J. G. P. *velamine tectum in Theophrasticos evomere conatur, proprium in pectus ejus, per* Gerardum Dorn, *Apologetica Retorsio*, de qua vide Librum Apologeticum *Joannis VVierii*, operum ejus pag. 623. & 624. ubi eidem se opponit, deque operis auctore sic scribit. *Has autem litteras* J. G. P. *mihi explicuit Illustrissimus Princeps Chabaneus Joannes Vidamnus Carnutensis, Philosophiæ abstrusioris inda-*

indagator solertissimus, & pietatis eximiæ Vir, nomenque reddidit, nimirum Joannes GORCTIUS Parisiensis, cujus aliud ullum scriptum, nunquam me vidisse memini. *Leonis Suavii* verò *Compendium ex optimis quibusque Theophrasti libris, cum scholiis in libros quatuor de vita longa, vitaque Paracelsi, & Catalogo ejus operum*, Basileæ 1568. in 8. editum memorant *Draudius* Bibl. Clasicæ p. m. 992. *Gesnerus* pag. m. 449. & *Lindanus* p. 444.

CXLII. PHYSICÆ RESTITUTÆ Enchiridion Anonymi in 24. 1657. Rotomagi prodiit. Eum in sua, lectione Philosophorum Christianorum omnium dignissima dissertatione, *de Vera Philosophia* (cujus editionem hic Hamburgi factam, industriæ curisque Dn. *Joachimi Henningii* Gustroviensis, Sub-Rectoris dignissimi debemus) *Henricus Ernstius* §. 82. pag. 156 citat, additque *Qui elegantissimus scriptor creditur esse, Joh. SPAGNETUS (d' ESPAGNET) Præses Parlamenti Burdegalensis : ut ex anagrammate colligi potest*, penes nos unda Tagi. Quod quidem Anagramma in exemplari, quo ipse sum usus, non huic tractatui, sed eidem adjuncto Chymico alii opusculo præfixum erat, cui titulus.

CXLIII. *ARCANUM HERMETICUM, in quo occulta naturæ & artis circa LAPIDIS PHILOSOPHORUM materiam &c. fiunt manifesta.* Prius verò Enchiridion aliud anagramma præferebat, idem nomen figurans: nempe *Spes mea est in agno.* Utriusque editionem Parisinam 1638. duplicem *Borellus Biblioth. Chymicæ* pag. m. 82. recenset, addens posterius opusculum â quibusdam non *Spagneti*, sed Equitis cujusdam IMPERIALIS esse perhiberi, quod tamen ipse non credat: adde eundem pag. 13. Doctissimus Kiloniensis Academiæ Professor *Morhofius* in Epistola sua *de Metallorum transmutatione* nuper edita pag. 142. & 143. sic habet. Arcanum Hermeticæ Philosophiæ, *opus quod* Enchiridio Physicæ Restitutæ Spagneti *additur*, *eleganter scriptum est, & genuinum se facile ipso habitu ostendit. nec leve argumentum est, quod ab anonymo* Philaletha, *quem verum hodie vivere possessorem, è relatione Illustris Viri, scio, aliquoties ejus mentio fiat, qui interdum, ubi non nominat, integros ex eo periodos exscribit. In utroque verò ita sibi respondet dictio non inculta, ut ab uno auctore omnia profecta quis existimare possit. Nam* Spagnetum *non esse auctorem* Arcani Hermetici, *sed editorem tantum*, Borellus in Bibliotheca *sua prodidit.* Anonymus *vero* Nobilis Galli, non Spagneti *nomine eum citat. Est verò is, qui se* Philalethen *vocat, gente* Anglus, *de quo hæc mihi Londini narravit Vir illustris & fide dignissimus, qui & ipse Virum hunc benè novit.* Sequitur Historia prolixior, quam ut huc transscribi debeat, cum ipsa

F Episto-

Epistola lectu jucundissima, multaque alia scitu non inutilia continens, & ob molem exiguam facile parabilis passim extet.

CXLIV. SCHOLA SALERNITANA, id est, *Conservandæ bonæ valetudinis præcepta*, de qua *Antonius Musa Brasavolus* Ferrariensis (de quo vide *Schenkium* Bibl.Med. pag.62. & *Lindanum* pag.47.48.) *Vulgatus Salernitarum de tuenda Valetudine libellus, his qui legunt non parum utilitatis præstat, illisque multo majorem, qui libelli præcepta observant*: JOANNI DE MEDIOLANO, nescio cui, vel quando florenti, adscribitur â *Lindano* pag. m.383. ubi varias ejusdem libri editiones enarrat, omissa tamen ea Joannis Curionis 1594. in 12. cui jam pleraque scriptorum illorum, quæ ultimæ Roterodamensi 1649. accessisse memorat, erant adjecta. Huic editioni, quemadmodum & omnibus hactenus mihi visis, nomen auctoris deest. Quod ex *Quenstedio de Patriis illustrium Virorum*, idem cum eo, quod ex *Lindano* retulimus annotavit. Dn. *Geislerus* dec.1. n.10. ubi vide quæ præterea de varietate Codicum, numeroque versuum inæquali, in variis exemplaribus, memorat. De Moraviano Codice jam ante retulerat *Paulus Colomesius*, in Gallicis suis Collectaneis singularium, post ejusdem *Cimelia litteraria* subjectis pag.107. Incidit nuper in manus meas, cum aliis vetustis libellis aliquot, scriptum foliorum paucorum, versibus item, sed Rophaticis, sive Leoninis conscriptum & Germanicis aliis redditum, cui titulus est: *Regimen Sanitatis Anglorum Regi ex Parisiensi Gymnasio transmissum*. Subscriptio finalis sic habet: *Expressa sunt hæc in florentissima urbe Brunsuigio per Joannem Dorn; imposita suprema manu quinto iduum Junii Anno Christi Millesimo quingentesimo nono*. Cujus multi versus cum aliis Scholæ Salernitanæ conveniunt. V.gr. Principium est. *Anglicorum* (E. Anglorum) *Regi conscripsit*
Schola solennis,
Ad regimen vitæ præsens hoc Medicinale.

De Schole tho Paris heft geschreven und gesandt
Dem Edelen Konninge van Engelland
Dith gegenwardige Arstedie Bokelien
Wu de Minske schal regiren dat levent sien.

Si vis incolumem, si vis te reddere sanum,
Curas linque graves, irasci crede prophanum.

Mit

Wiltu hebben dienes Herten gesunth
Wiltu starck sien und unverwunth/
Weß frölick/Thorn lat vor by gan
Grote Sorge schaltu fahren lan.

Unde patet aut hunc anonymum *Johannem Mediolanensem*, aut illum huncce deplumasse, qua de re nihil definiverim, cum nondum mihi vel de *Joannis Mediolanensis* illius, vel de hujus anonymi ævo satis constet.

CAP. V.

De Historicis anonymis detectis.

CXLV.

ABBATIS URSPERGENSIS (Monasterii ad Mindulam in Augustana diœcesi, media via fermè, Ulmam Augusta tendentibus siti) *Chronicon* à Belo usque ad Friderici II. annum nonum, qui erat Christi 1229. aliquoties editum absque auctoris sui nomine primitus fuit. Nimirum A. 1515. à Peutingero JCto. Iterum anno 1537. Argentinæ, cum Paralipomenis, sive continuatione ad eum usque annum. Imo & triennio post iterum, ibidem Anno 1540. cum *Philippi Melanchthonis* Præfatione. Postremo *Petrus Perna* castigatius idem opus edidit, & auctori suo primus asseruit, teste *Simlero* in Gesneriana Bibliotheca pag. m. 143. Is vero est CONRADUS ex nobili familia à LICTHENAVE. De ipso opere vide multa apud *Vossium* de Historicis Latinis lib. 2. c. 57. p. 460. *Bellarm.* de Script. Eccles. ad A. 1215. & nuperrimos, Excellentissimum Dn. *Thomasium* de plagio literario §. 585. & seqq. ubi à plagii crimine absolvit innocentem, & alios de hujusce auctoris scripto judicantes plurimos adducit; quibus adde, si lubet, allegatos à *Joh. Gottfried Oleario*, abaci Patrologici pag. 115. & *Francisco Irenico*, sive *Oldenburgero*, indiculi Collegio suo ad Burgoldensem suffixi principio: nec non *Popeliniere* in Gallica sua Historia Historiarum lib. 8. p. 473.

CXLVI. ANNALES *congregationum Beatissimæ Virginis Mariæ collectæ ex annalibus societatis Jesu.* Burdigalæ 1624. in 8. additis saltem in calce dedicationis literis. J. H. B. S. J. edidisse *Johannem Hieronymum* BAJOLUM è Soc. J. memoriæ prodidit *Alegambe* Bibl. Jesuit. p. 350.

CXLVII. BIBLIOTHECÆ CHALCOGRAPHICÆ continuatio quarta, cum auctorem nullum præferat, cui debeatur indicat Valentinus Henricus *Voglerus* Professor Inclytæ Academiæ Juliæ, quæ Helmestadii est, summopere φιλόϐιϐλος, in sua rei librariæ studiosis omnibus commendanda maxime *Introductione universali in notitiam* cujuscunque generis bonorum *scriptorum* Helmest. 1670. in 4. excusa cap. 4. p. m. 18. Qui utinam *Labbei* Bibliothecam Bibliothecarum habuisset, ex illa magnis accessionibus opus hoc suum augere potuisset, quamvis præter Labbeo memoratos ultra centum jam habeam mihi notatos alios, utrique omissos. Sed jam verba notemus ipsius Vogleri, quæ talia sunt: *Joannes Jacobus* Boissardus *Vesontinus scripsit vitas doctorum virorum, plerorumque quidem recentissimi ævi, quorundam etiam antiquiorum. Et quidem opus illud in quinque partes distributum est, cui additæ sunt imagines ad vivum expressæ à Joanne Theodoro* de Bry. *Inde postea vitis à* Boissardo *conscriptis planè omissis, nata sunt*; Bibliotheca Chalcographica illustrium virtute atque eruditione in tota Europa clarissimorum Virorum. *Singulis imaginibus addita sunt singula disticha; quæ interdum quidem arguta & elegantia, complura verò nullum sapiunt ingenium.* Huic Bibliothecæ Chalcographicæ sextam partem *adjunxit* Sebastianus Furtius: *& postea* tres alias *partes* CLEMENS AMMONIVS, *quamvis ejus nomen continuationi quartæ, sive parti nonæ non sit adscriptum, gener illius* de Bry. *Qui* Ammonius *præfat. secundæ continuationis pollicetur perfectum opus, in quo secundum cujusque Facultatis seriem, omnium ætatum sapientum vitas & imagines sit exhibiturus. Sicut autem in prioribus Chalcographiæ partibus, sic in omnibus quoque continuationibus adjecta sunt disticha, ejusdem cum istis notæ ac qualitatis. At imagines in universum omnes perquam elegantes sunt, ita ut sculptorum artificium inde imprimis orbi commendetur.*

CXLVIII. Christophori BOSSI Relationem de CONCINCINA Viennæ 1633. in 4. latinè proditam, Interpreti non nominato, *Joanni* BVCCELENO *Jesuitæ Brixiensi Italo* deberi, testatur *Alegambe* p. 230.

CXLIX. Narrationem de Vita & morte Frederici Cardinalis BORROMEI *Archi-Episcopi Mediolanensis* brevem sed elegantem, Mediolani 1632. in 12. publicatam, auctore non nominato, *Octavio* LANZAVECCHIA *Italo Jesuita* scribit Alegambe p. 36.

CL. Nomenclator Sanctæ Romanæ Ecclesiæ CARDINALIUM, qui ab Anno Christi millesimo quippiam commentati sunt, seu ab eo tempore, quo Pontificis electione

electione ad eos tantum ob Romani Cleri multitudinem revocatâ, maximus illis honor (qualem videmus) haberi cæptus est. Accesserunt ad calcem Pontificum & Cardinalium Epitaphia supra ducenta, quæ Alphonsi Ciacconi *libro de Pontificum gestis apposita interseri pretium operæ est.* Tolosæ apud Dominicum de la Case, anno Domini 1614. in 4. En ce livre est aussi faite mention de plusieurs Cardinaux François & de leurs escrits. Verba sunt *André du Chesne* Bibliotheque des auteurs de l'histoire & Topographie de France c. 15. pag. 158. 159. Hocce Anonymum scriptum paucis fortasse cognitum, attamen satis memorabile auctori suo asseruit *Paulus Colomesius* in adjuncta opusculis suis ultrajecti 1669. editis, Congerie rerum singularium, sive ut ipse Gallicè inscripsit Recueil de Particularitez fait l' an. M.DC.LXV. pag. 104. & 105. hisce verbis. M. Hardy *Conseiller au Chatelet me fit voir à Paris sa Bibliotheque, qui est remplie d' un grand nombre de livres Latins, Grecs, Hebreux, & Arabes, Il me montra* des Heures à l'usage de la Princesse de Guimenè, Hebraiques & Françoises, *& m' apprit. qu'* Henry Lovis CHASTAIGNER de la ROCHE-POZAY, *Evesque de Poitiers avoit fait un livre* De Scriptis Cardinalium, pour *tacher di estre de leur nombre, ce qui ne luy reussit pas. Quelques jours aprés, me trouvant chez le Pere Jacob, à l' Hotel de M. le Procureur General, il me mit en main le livre de cet Evesque, qui est imprimé sans nom d' Autheur.* Id est, ut in gratiam eorum qui Gallici sermonis Venerem haud gustarunt, ea vertam. *Dn. Hardy,* Consiliarius, Parisiis mihi monstravit Bibliothecam suam instructam magno numero librorum Latinorum, Græcorum, Hebræorum & Arabum. Idem ostendit mihi *Horas*, quibus usa fuerat *Principissa de Guimene Hebraico-Gallicas*, narravitque mihi *Henricum Ludovicum Castaigner de la* ROCHEPOZAY *Episcopum Pictaviensem* composuisse librum *de Scriptis Cardinalium*, hoc fine ut ipse reciperetur in eorundem numerum, id quod ei non successit. Interjectis aliquot diebus, cum essem apud Patrem Jacobum in ædibus Domini Procuratoris Generalis, ille mihi tradidit in manus librum hujus Episcopi, impressum absque nomine Auctoris. Huc usque *Colomesius*. Memini Luteriis alicubi vidisse librum eundem impressum in Augustæ Picto num 1616.

CLI. CATALOGUM TESTIUM VERITATIS sæpius editum, ex literis M. Fl. addita patria Illyrici præfixis editionis Genevensis 1608. in fol. præfationi â *MATTHIA FLACCIO Illyrico* profectum esse, jam antè multis est divinatum atque indicatum. Illud in vulgus arbitror minus innotuisse, quod *Melchior Adami* in vita ipsius, quæ extat in Vitis Theologorum Germanorum

pag. 475. de hoc ſcripto commemorat. Hujus proinde verba ipſa appono. *Tertium locum*, inquit, *ex ſcriptis* Flaccii *facile obtinet* Martyrologium *illud : quod hac occaſione compilatum ferunt. Contexuit* Abbas Joannes Tritthemius Catalogum Auctorum. *Hunc cum vidiſſet* Flaccius , *temperare ſibi non potuit, quin diſſimulata perſona & habitu, aliquot in Germania Monaſteriorum Bibliothecas perluſtraret : quos commodè poſſet Hiſtoricos clam aufferret, atque iſto adminiculo librum, qui* Catalogus Teſtium Veritatis *indigitatur, conſcriberet.*

CLII. CHRONOLOGIAM quæ paſſim in folio patenti per Germaniam circumfertur, oppreſſo ſuo nomine ſcriptam à *Joanne* HASIO *Belgâ Jeſuita* memorat Alegambe p.249. ubi & alia ejuſdem ſcripta memorat , unà cum *Valerio Andrea*, Bibliothecæ Belgicæ pag. m. 512. & *Swеertio* p. 434. qui tamen Chronologiam non tangunt.

CLIII. *Annotationes Marginales ad* CIACCONUM *& Collationes* Ciacconianæ *Hiſtoriæ cum* Baroniana , ſuppreſſo tamen nomine publicavit *Cæſar* BECILLUS *Urbinas* , cujus etiam alia ſcripta recenſet in apibus Urbanis *Allat.* 65. laudat eum Victorellus in addit. ad Ciacconum.

CLIV. ELOGIA *ad Imagines ſanctorum Virorum & fœminarum* EREMICOLARUM ſcripſiſſe *Joannem* RISERIUM *Jeſuitam Belgam* oppreſſo ſuo nomine, teſtantur *Valer. Andreæ.* Bibl. Belg. pag. m. 542. & *Alegambe* Bibl. Jeſuit. p. 270. *Swеertius* hunc planè omittit, quem anno 1572. natum adeoque ante conditum ejus librum non modo floruiſſe, ſed jam defloruiſſe teſtantur reliqui.

CLV. EPHEMERIS EXPEDITIONIS Maximiliani *Ducis Bavariæ in Auſtriam & Moraviam*, *à Jacobo* KELLER *Jeſuita* conſcripta memoratur inter anonymos Catalogo ab *Alegambe* adjectos Bibliothecæ Jeſuiticæ p. 448. cujus in ipſo tamen opere mentio nulla fuerat facta, licet alia ſuppreſſo nomine ejuſdem auctoris ſcripta pag. 204. recenſeantur.

CLVI. *Geſta* FRANCORUM *& aliorum Hieroſolymitanorum ab* anno M.XCV. ad M.XCIX. ſcriptore anonymo. Monſieur Bely Conſeiller & Advocat du Roy au Siege Royal de Fontenay le Comte en Porton a un exemplaire de cette Hiſtoire eſcrit a la main , ſous le nom de *Petrus* STUDEBOJUS *Ciuriacenſis* , le quel eſt meſme beaucoup plus ample que l' imprimé: verba ſunt *Andreæ du Cheſne* Bibliothecæ Gallicè ſcriptæ Hiſtoricorum & Topographorum Galliæ part. 1. c. 7. pag. 49. & 50.

CLVII. Sub

CLVII. Sub *Anonymi Monachi Benedictini* nomine Col. 1562. excusam esse AIMONII Monachi Floriacensis, quem alii malè *Ammonium* aut *Annonium*, *Armonium* vel *Haimonium* vocant, Historiam de rebus, Origine & gestis FRANCORUM, tempore Caroli M. scriptam à cap. 54. libri 4. ad finem usque libri ultimi quinti: seu ab anno 741. ad 829. cum tamen antea Parisiis 1517. & Lugduni imo & Parisiis 1567. extarent sub vero auctoris nomine isti libri integri excusi, scriptum reliquit in Apparatu suo sacro *Possevinus* pag. 28. De illo *Aimonio* vide prolixè disserentem *Vossium* de Histor. Lat. lib. 1. cap. 34. p. 308. & seqq. quibus adde *Bellarminum* de script. Eccles. ad A. C. 873. *Zeiler* de Histor. p. 6. part. 1. *Olearium* Abaci Patrologici pag. 11. & quæ in *Pseudonymis* ad hoc nomen monebimus.

CLVIII. *Rerum* in *GALLIA OB RELIGIONEM GESTARUM libri tres*, *Regibus* Henrico II. Francisco II. & Carolo IX. 1570. in 8. editi & ab anno 1557. ad 1561. historiam illam pertexentes, quibus deinde sequenti anno successerunt II. *Partis Commentariorum de statu Religionis & reip. in Regno Galliæ lib. 3.* Carolo IX. Rege, quibus continuatur præcedens historia libro quarto, quinto & sexto, nec non *III. Partis Commentariorum &c.* libri VII. VIII. & IX. ad tertii usque Belli Civilis Gallici finem, postremo Pacis edicto conclusum Carolo IX. Rege, eodem anno 1571 eadem forma, quæ octava vulgo dicitur, excusi, ac demum *IV. Partis Commentariorum &c.* libri X. XI. & XII. Carolo IX. Rege usque ad illius obitum. anno novissimi temporis 1575. Ejusdem libri *editio alia* itidem in 8. & absque Loci, Typographique nomine facta anno, ut habet titulus, ultimæ Dei patientiæ 1577. quæ *priorum trium partium quarta*, *posterioru sive quartæ* verò *secunda* dicitur, addita denovo *V. Parte*, quæ libris tribus, annorum 1574. 1575. & 1576. Historiam sub Henrico III. Rege complectitur, & impressa scribitur, Lugd. Batav. 1580. per Johannem Jucundum. Hosce libros *Francisco HOTOMANNO* JCto celeberrimo ex ignoti cujusdam, in sui exemplaris frontispicio reperta scriptura dubia tribuere velle videtur Consultissimus Dn. Fridericus *Geisler*. dec. 3. n. 3. exemplorum dissertationi suæ de mutatione nominum adjectorum. Sed hac in re non tam facile illi subscripserim, quandoquidem hujus historiæ stylus haud videtur esse Hotomannianus; quin potius credo hac in parte *Andreæ Quercetano* vel à *Quercu* (sive *Andre du Chesne*) in Bibliotheca sua Gallica scriptorum ad historiam & Topographiam Galliæ pertinentium part. 1. cap. 10. pag. 92. auctori JOHANNI SERRANO eos libros tribuenti. De Gallicis aliis ejusdem Argumenti

ano-

anonymis libris, qui à Plateano conscripti creduntur vide suo loco in Gallicis Anonymis cap.14.

CLIX. *Quatuordecim Tabulæ GENEALOGICÆ, quibus exhibentur Præcipuæ Familiæ hodiernorum Principum Imperii*, Editio tertia prioribus longè auctior & correctior. Tubingæ impensis Johan. Georg Cottæ, Typis Johan. Henrici Reisi Ann.1670. eas RAUSCHII nescio cujus esse, in Præfatione ad Limnæum enucleatum, memorat *Philippus Andreas Oldenburger*. modo ne sit error ab eodem in Typographi nomine transcribendo commissus.

CLX. *Epitome rerum GERMANICARUM ab anno 1617. ad annum 1643. gestarum* anno Æræ Christianæ 1643. in 16. prodiit, liber ut mole exiguus, ita rerum pondere magnus, nisi quod periodis justo longioribus & intricatis constructionibus subinde stylum obscurat, illud *Horatianum* in se verum expertus

brevis esse laboro

Obscurus fio. Cæteroqui libellus valdè prudenter & cum judicio confectus. *Autor hujus Epitomes nondum constat. Compendium autem illud est paulo obscurius* ait: *D. Hildebrand*.in Hist. Imper.Rom.Germ. sect.3. de scriptor. privatis juris publ. *Auctor* inquit *Oldenburgensis* ad Instr. Pacis p.1. disc.1. p.76. *uti ex literis Magnifici & Nobiliss.* Dn. Myleri ab Ehrenbach, *Consiliarii VVirtemberg, accepi, est* PAPPUS *Constantiensis Cathedralis Ecclesiæ Decanus, Vir eruditissimus, qui tamen dum nimiam brevitatem sectatur, non raro intellectui rerum tenebras inducit: Non vero negandum, plurimum pretii esse in parva ista mole, quæ tamen lectorem desiderat, qui jam historiam tricennalis belli habet præcognitam.*

CLXI. HISTORIA GERMANORUM Tubingæ 1525. edente *Gaspare Churrero* prodiit, qui nil aliud tum temporis de auctore illius sibi constare professus est, nisi quod Monachus esset Herveldensis. Duodecennio verò post, Anno 1537. editio ibidem altera nobis exhibita, nomen LAMBERTI SCHAFFNABURGENSIS adjecit, uti refert Clariss.Dn. *Thomasius* de plagio litterario §. 589. ubi vide notantem aliqua notatu digna, quibus addi possunt, quæ habet *Vossius* de Histor.Lat.lib.2.c.47.p.383.& seq ibique citati. *Jo. Hallervordus* Spicilegii de Historicis Lat.pag.123. Historiam hancce Germanicam, sive Chronicon universale primum ex Bibl. Augustiniarum Wittebergensi vulgavisse *Sercerium* refert. Editionem ejusdem Tubingensem A.1533 in 8. memorat *Draudius* Bibl.Class. pag. m. 1122. nescio num satis verè. *Francofurti* apud Wechelios, cum aliis Germanicarum rerum scriptoribus tribus. *Turpino*

Regi-

Reginone & *Sigeberto* editam scio. Eum *insignem & veracem Historicum* testatur *Bellarm.* de script. Eccl. ad A. 1077. Unde frustra Coloniensis defensor Juris coronandi adversus Amplisf. Dn. *Conringium* ejus fidem audet in dubium vocare: rectèq; Dn. Conringius p. 9. assertionis suæ pro Coronandi Jure Moguntino cōpetente, scriptorem illum vocat non modò, *pro illis temporibus, prudentem, peritum & disertum* (quod jam ante l. c. *Vossius* ex *LIPSIO* & *Barthio* probaverat) sed præter hoc *candidum* esse affirmat. De exacta Chronologia ejusdem videatur *Popelinere* in Historia Historiarum Gallica lib. 9. pag. 469.

CLXII. De HENRICI IV. Imperatoris bello contra Saxones, libros tres Anonymos, Vir de Historia publicoq; Jure Germaniæ meritissimus *Melchior Goldastus RUPERTO Præposito Goslariensi* adscripserat, quam tamen suam sententiam retractavit, additis erroris sui causis in *Apologia pro Henrico IV.* Cæsare, Hanoviæ 1611. in 4. edita, junctaq; eodem anno excusæ *Apologiæ pro Imperio* contra Pontifices, ut adeo verè adhuc anonymus auctor ille maneat.

CLXIII. Arcana Dominationis HISPANICÆ, auctore J. L. W. Lugd. Batav. 1653. in 12. citantur sub nomine Weidneri à *Burgoldensi* vel *Oldenburgero*, discursu I. in Instrum Pacis pag. 84. Eum Weidnerum prænomine *Johannem Leonhardum Palatinum*, scholæq; Heidelbergensis Rectorem fuisse disco ex *Dn. Geislero*, dec. 3. n. 6.

CLXIV. Gloria S. IGNATII fundatoris societatis Jesuiticæ Cracov. 1622. in 8. & Vilnæ. 1624. in 12. nec non Antverp. 1628. in 24. excusam, occultato suo nomine scripsit *Nicolaus LANCITIUS. Jesuita Rhutenus*, teste *Alegambe* p. 354. addente, translatum in belgicam linguam hunc libellum *Joanni Eusebio Nierenberg*, Hispano Jesuitæ materiam suggessisse Hispanicæ scriptionis ejusdem argumenti.

CLXV. Honor S. IGNATIO DE LOYOLA, Societatis Jesu fundatori, & S. Francisco Xaverio Indiarum Apostolo, per Gregorium XV. inter Divos relatis, habitus à Patribus domus Professæ & Collegii S. J. d. 24. Julii 1622. Antverpiæ in 8. editus à *Michaële GRISIO Jesuita Belga*, sine nominis sui mentione, quare cum aliis anonymis plurimis à *Valerio Andreæ* in sua Bibliotheca Belgica tacetur; memoratur autem ab *Alegambe* pag. 344. qui etiam alias illo fertilior est in bene multis.

CLXVI. Catalogum quorundam de SOCIETATE JESU, qui pro fide vel pietate sunt interfecti ab A. 1549. ad A. 1603. Neapoli & Cracoviæ 1606, absque suo nomine publicavit *Joannes CAMEROTA* Jesuita Neapolitanus, *Alegambe* pag. 232.

CLXVII. LARVA DETRACTA, hoc est: *Brevis expositio Nominum, sub quibus scriptores aliquot Pseudonymi, recentiores imprimis, latere voluerunt.* Veriburgi 1670. in 12. nullo auctore praescripto prodiit. Eam esse partem posteriorem doctissimae Disputationis de Nominum mutatione, quam Consultissimus Dn. Frid. *Geisler* Juris Dr. & Professor P. Lipsiae 1669. d. 29. Aprilis habuit, ac anno 1671. auctiorem iterum exhibuit in 4. conferenti patebit. Haec ipsa Larva detracta, sine auctoris, ut audio, voluntate sic separatim, & ἀνωνύμως excusa, praebuit mihi ansam totius hujusce Syntagmatis concinnandi atq; edendi, dum Amicus aliquis à me petit, ut Auctori Excellentissimo, quos haberem auctores ejus generis cognitos, communicarem, mihi verò collectanea mea relegenti, ea, quam vides, B.L., copia scriptorum sese obtulit, quam alteri ordinandam & instruendam transscribere non omninò sustinebam aut audebam.

CLXVIII. Relationem MARTYRII Patrum Rocchi Gonzalez, Alphonsi Rodriguez & Joannis de Castillo, *societatis Jesu, qui* A. 1628 *in Vruay Paraquariae Provincia passi sunt, à Francisco CRISPO Jesuita Hispano Hispanicè* scriptam, Viennae, 1631. in 16. Latinè publicatam, esse interpretis Henrici *LAMORMAINI* Jesuitae Belgae, nomen suum occultantis, memoratur ab Alegambe p. 175. quem citat *Valerius Andreae* p. 359. de eodem agens.

CLXIX. Succinctam Narrationem vitae & mortis trium sanctorum MARTYRUM. Pauli, Johannis, & Didaci *Japonum ex societate Jesu*, tacito nomine suo edidisse *Antonius COLAZUS Jesuita Lusitanus* memoratur ab eodem *Alegambe* p. 37.

CLXX. MAXIMILIANI PRIMI res gestas, novo scribendi genere, modò sententiis metro illigatis, modò in diffusius dicendi genus affine Epidictico sparsis explicatas, edito Ingolstadii 1631. in 8. libello anonymo, ejusq; auctario Monachii 1639. per *Jacobum BALDE Jesuitam Germanum* Electoris Bavariae concionatorem, auctor est *Alegambe*, p. 193.

CLXXI. Narratio Publicae Laetitiae, qua NATALIS Serenissimi Principis Hispanorum Balthasaris Caroli Dominici *Mediolani celebrata* A. 1630. absque auctoris nomine conscripta est & publicata per *Jesuitam Italum, Emanuelem THESAURUM*, ut docet *Alegambe*, p. 103.

CLXXII. OSSUNIANA CONJURATIO, liber à *Bartholomaeo TORTOLETTO Veronensi Theologo* confectus, inscio autem auctore, sine loci & impressoris mentione Venetiis impressus, mutato etiam titulo, quem auctor *Motus Ossuniani Neapolitani Historiam* fecerat, memoratur à *Leone Allatio* in Apibus Urbanis *p. 59.*

CLXXIII. PRATUM SPIRITUALE v. in Pseudonymis *JO Moschus.*

CLXXIV. *Amadeus Pacificus sive De Eugenii IV. & Amadei SABAUDIÆ Ducis, in sua obedientia nuncupati Felicis Papæ V. controversiis commentarium, in quo continetur accurata concilii Basileensis Historia* Taurini 1624. in 4. & Paris. 1626. scriptus liber à *Petro MONODO Jesuita Allobroge*, & exscriptus penè ad verbum ab *Abrahamo Bzovio* ad calcem voluminis XVII. annalium Ecclesiasticorum memoratur ab *Alegambe* p. 388.

CLXXV. Ad TRISTANI CHALCHI Mediolanensem Historiam recensitam & recusam A. 1627. Mediolani, *additas Epitomes, notas, indicesq;*, separatim etiam excusos, Auctore semper occultato, *Joannis Guilielmi GALAVERONI Jesuitæ Pedemontani* esse scribit *Alegambe* p. 247.

CLXXVI. VITA B. ALOYSII GONZAGÆ Societatis Jesu ex Italico *Virgilii Cesarii Latinè* conscripta & Col. 1608. sine nomine Interpretis edita quòd sit *Joannis HORRION Jesuitæ Belgæ*, memorat *Alegambe* p. 251. Eumq; hac vice exscribens, non tamen addito, quod anonymum sit hocce scriptum., *Valer. Andreæ*, pag. 518. *Swertio* etiam hunc omittente.

CLXXVII. VITA BEATI JOANNIS DEI fundatoris fratrum Misericordiæ, ex Italico *Latine* versa, interprete *Andrea COBAVIO Carniolo Jesuita*, nomine ipsius haud adjecto publicata fuit, ut refert *Alegambe*, p. 26.

CLXXVIII. VITA B. MARIÆ Iprensis edita Duaci 1618. in 8. *cum sanctis ordinis Prædicatorum in Belgio ab Hyacintho Choquetio* Flandro, *THOMÆ CANTIPRATENSI Brabantino*, quem alii *Henricum*, alii *Wilhelmum* prænomine, non nulli cognomine *Apiarium* à scriptis libris de Apibus mysticis (de quo v. supra cap. 2. n. 19.) vocant, vid. *Thomasium* de plagio litterario §. 189. *adscribitur à non nullis, neq; stylus dissentit*, inquit *Valerius Andreæ* Bibl. Belg. pag. 833. & *Voss.* de Histor. Lat. lib. 2. c. 60. p. 488. adde *Swertium* pag. 692.

CLXXIX. Corona anni Mariani h. e. VITÆ XII. Sodalium Marianorum Græcii 1636. in 12. à *Leonhardo BACHIN Germano Jesuita Græciensi*, absque nominis sui mentione conscripta fuit & publicata, narrante *Alegambe*, p. 300.

CLXXX. VITAS illustrium MEDICORUM absq; nomine Auctoris Argentorati A. D. 1571. prodiisse, easq; à *Casparo PEUCERO* Medico conscriptas esse *Gesnerus* in Bibliotheca scriptum reliquit, & ex eodem *Melchior Adami* pag. m. 390. in vitis Medicorum Germ. ubi sibi visas easdem haud esse fatetur: quod ipsum etiam unà profitentur *Schenkius* in Bibliotheca sua Medica,

quam Biblia Jatrica inscripsit pag. m. 183 & *Vogler us* cap. 8. Introductionis in notitiam scriptorum pag. 46.

CLXXXI. VITA S. NORBERTI, quæ vulgo circumfertur absq; scriptoris nomine, falso creditur esse *Hugonis Floreffiensis*, Monachi Præmonstratensis, quem tamen constat integro seculo post sanctum huncce demum vixisse. At, Vita *S.* Norberti à coætaneo ejusdem est conscripta, qui ut in eadem habetur, aut vidit ea, quæ de ipso scripsit, aut audivit à veris relatoribus, qui viderunt. Alii itaq; HUGONI *Cameracensi*, qui B. Norberto in Præmonstratensi Ecclesiæ præfectura succesit, eam attribuunt. Et verius fortasis: nisi quod contra facere videatur, eum cap. 13. piæ & sanctæ conversationis hominem vocari, cujusmodi Elogium sibi utiq; Vir modestissimus non videtur attribuisse. Certè Phrasis seu dictio, itemq, Vocabula Gallica, quibus is auctor passim utitur, ipsum natione Gallum fuisse commonstrant. Hæc fere totidem verbis apud *Aubertum Miræum* in Chronico Præmonstratensi ad A. C. 1134. *Compendium Vitæ & Instituti S. Norberti Fundatoris ordinis Præmonstratensis Italicè scriptum* â Cornel. *Hagnereccio Belga Canonico* ejus ordinis Romæ 632. in 8. excusum memorat Leo Allat. apum Urb. pag. 76.

CLXXXII. VITA S. PAULINI ab *Heriberto Rosweido* vulgata sine nomine auctoris, *Francisco* SACCHINO, *Italo Jesuitæ* adscribitur apud *Alegamben*, pag. 134.

CLXXXIII. VITA PINELLI in Latinum sermonem translata memoratur inter libros anonymos *à Scavenio* num. 49. Eam haud memini vidisse, puto tamen esse *Nicolai Pinelli* illius, cujus habemus *additamentum* ad *Onuphorum Panvineum de Ludis Circensibus & Triumphis*, Patav. 1642. in fol. excusum, eamque *ex italica latinam factam* esse â LAURENTIO PIGNORIO, cujus alia scripta doctissima possidemus.

CLXXXIV. VITÆ RELIGIOSORUM *plurimorum sanctitate illustrium domus VILLARIENSIS in Brabantia*, scriptæ non præfixo auctoris nomine in eadem domo, Mss. conservantur, & debentur JOANNI DE LOVANIO, vulgò PRÆCURSORI dicto, de quo vide plura penes *Carolum Visch* Bibliothecæ Cisterciensis pag. m. 229. adde *Valer. Andreæ* pag. m. 529.

CLXXXV. *Rosa cælestis recens patefacta, contra grassantem Pestilentiam* salutare Remedium, seu SANCTÆ ROSALIÆ Siculæ Virginis brevis VITÆ enarratio, ex iis, quæ Romæ typis evulgata fuerant de eadem, confectum, literisq; F.S.E.S.J.C. Præfationi solummodo subjectis. Cracoviæ 1630. vulgatum à *Friderico* SZEMBEK, *Polono Jesuita*, memoriæ prodidit *Alegambe* p. 144.

CLXXXVI.

CLXXXVI. *Sanctis menstrui per singulos anni dies cum imaginibus, quibus a tergo VITA cujusq; SANCTI compendio describitur*: liber à *Guilielmo* PFEFFER & *Andrea* BRUNNERO *Jesuitis Germanis*, opera collata conscriptus, memoratur ab *Alegambe* p. 370 v. quæ in Theologicis de *Fastis Marianis* ex eodem notavimus n. 73 quem librum eundem cum hocce fortassis esse suspicor.

CLXXXVII. VITAS SANCTORUM à PETRO RIBADENEIRA Jesuita scriptas *Hispanicè* Latinas fecit, & nomine suo non expresso Colon. 1630. in fol. edidit, *appendice vitarum* Caroli Borromæi, Ignatii Francisci Xaverii, Philippi Nerei, Francisci Borgiæ, Aloysii Gonzagæ, Stanislai Kostkop: subjecta, *Jacobus* CANISIUS, *Jesuita Belga*, testantibus *Alegambe* p. 192. 193. *Valer. Andrea* p. 105.

CLXXXVIII. *Conjurationem Alberti Friedlandiæ Ducis* (notioris sub nomine WALENSTAINII) Germanicè auctoritate Cæsarea vulgatam *latinitate donavit*, nomine suo non adjecto, Viennæ Austriæ 1635. *Albertus* CURTIUS *Jesuita Monacensis*, idq; Cæsare sic volente, ut scribit *Alegambe* pag. 9.

CAP. VI.

De Scriptoribus Philosophicis & imprimis Theoreticis Anonymis detectis.

CLXXXIX.

THeoriam *Corporis animati, seu Disputationes de Triplici anima, & plures de universa Philosophia Theses perdoctas* Dilingæ & Ingolstadii disputatas, suppresso nomine refert editas à *Christiano* BAUMAN *Jesuita Germano*, sæpe laudatus *Alegambe* pag. 72.

CXC. *ARISTOTELIS VERSIONEM vulgatam Latinam*, quam habemus antiquissimã, & olim in scholis solam usitatam, THOMAE CANTIPRATENSI, Brabantino, de quo cap. 2. n. 19. & c. 5. n. egimus, adscribi testatur *Vossius* de Historicis Lat. l. 2. c. 60. p. 488. & pluribus *ex Trithemio, Leandro Alberto, Jo. Aventino. Valerio Andreæ* Bibl. Belg. pag. m. 833. quibus adde si lubet *Gesnerum*, *Bellarminum* de Scriptoribus Ecclesiasticis ad An. 1265. pag. m. 51. ubi in gratiam S. Thomæ Aquinatis, cujus hic auditor fuit, eam versionem susceptam addit. Judicium de eadem occasione Politicorum librorum datum Viri κατ' ἐξοχὴν docti Hermanni *Conringii* c. 9. pag. 644. Introductionis in Aristotelis Politica tale extat, etiam hic legi dignum. *Ante hosce quadringentos annos latinè ver-*

tit ex Græco codice Politica hæc noſtra, ut alia Ariſtotelis pleraq;, inductus à Thoma Aquinate Thomas Cantipratenſis *homo Brabantinus, ſive quis alius eſt veteris translationis Auctor. Etiam ille vero eosdem librorum defectus aliquot, easdem lacunas, eandem librorum pravam diſpoſitionem invenit; ceu ipſa verſio docet. Quinimo annotavit extremo translationis fine, ſe reliquum hujus operis à ſe ſtudioſe conquiſitum, nondum inveniſſe, uſus tamen ille eſt codicibus melioris notæ. Vnde* Petrus Victorius *Proœmio ad Lectorem commentationum ſuarum ita ſcriptum reliquit*: Non puto me alieno loco meminiſſe incommodi, quod ab incuria hominum accipiunt monimenta veterum ſcriptorum: cum intelligi poſſit, me nulla alia re tantopere adjutum in tollendis mendis, partibusq; quibusdam inſtaurandis horum librorum, & cum olim ipſos emendare ſtudui & nunc cum eosdem declarationibus meis explicare conatus ſum, quàm à veteri illa tralatione. Quoscunq; enim calamo exaratos codices indagare potui, cunctos deteriores, mendoſioresq; inveni, quam fuerit exemplar, quo illa uſa eſt.

CLXXXXI. *Tractatus de bonis ARTIBVS*, Dilingæ 1616. in 4. nec non

CLXXXXII. *Caſtigatio Philoſophica malarum ARTIVM*, ibid. 1617. in 4. ſine auctoris nomine impreſſi libri *Georgio STENGELIO Auguſtano Jeſuitæ* adſcribuntur ab *Alegamb.* Bibl. Jeſuit. p. 159.

CLXXXXIII. *CARTESIVS cum ſua naturali Philoſophia, à Mechanicis everſus*, libellus apud Batavos nuper in 12. ſine auctoris mentione publicatus, auctorem habere Virum ſcriptis plurimis, adſcripto ſuo nomine divulgatis Clariſſimum *Joannem Amos* COMENIVM, perſcribitur ad me à laudato ſuperius Viro Ampliſſimo & Amico meo ſummo *Gottfried Mellem*, Conſiliario Medicoq; Principali Neoburgico.

CLXXXXIV. *DOXOSCOPIÆ PHYSICÆ Minores* Joachimi Jungii *Lubecenſis*, ſive *Iſagoge Phyſica* Doxoſcopica, *in quâ præcipuæ opiniones in Phyſica paſſim receptæ, breviter quidem, ſed accuratiſſimè examinantur, ex recenſione & diſtinctione* M. F. H. *cujus annotationes quædam accedunt.* Hamb. 1662. in 4. ab alias jam laudato Amico meo honoratiſſimo, Philoſophiæ pariter ac Medicinæ Doctore doctiſſimo MARTINO FOGELIO Hamburgenſi, diſcipulo *Jungii* illius Philoſophi b. m. ſummi, ex ſchedis ejuſdē collectæ, ordinatæ, editæq; ſunt, ac illuſtratæ, labore quamvis ob accurationem, uti ex univerſi operis partibus ſingulis patet, ſummam ubique curioſè obſervatam, ſatis magno, attamen utiliter collocato: quem utinam aliis etiam ſchedis ejuſdem Philoſophi accuratiſſimi reliquis adhiberent ſuperſtites illius diſcipuli, ne meditationes illæ in omni ſcientiarum genere ſubtiliſ-

ſimæ

tisſimæ (quarum vel ſola enumeratio in *memoria Jungii* per eundem Dr. *Martinum Fogelium* Hamb. 1657. ad tumulum ejuſdem erecta, & in 4. excuſa ſcientiarum emendationi atq; augmento ſtudentibus quibuscunque ſalivam moveat) tandem ingenti cum totius Philoſophiæ jactura nobis à blattis atq; tineis, aliove quodam infortunio, quod abominor, ſurripiantur. Extat etiam præfixis litteris iiſdem M F.H. *Manuductio brevis ad Linguam Latinam* 1662. in 12. excuſa, ſed quam non hujus, ſed M. *Friderici Hofmanni* ſcholæ Hamburgenſis, dum vita manebat, collegæ eſſe, ſubſcriptio præfationis indicat.

CLXXXXV. ENCYCLOPÆDIAM explicatam, defenſamq; centum Philoſophicis aſſertionibus à Clemente de Clementibus Romæ 1624. in folio editam, ſine auctoris nomine, *Leoni SANCTIO Jeſuitæ Senenſi* tribuit *Alegambe* p. 300.

CXXXXVI. LOCORUM COMMUNIUM Typum in Hollandia ſine auctoris mentione excuſum, commendat & *Jacobo CUJACIO* imputat *Bartholomæus Keckermannus*, conſilii Logici de Locis communibus faciendis, cap. 5.

CLXXXXVII. De arcanis NATURÆ DEFECTIBUS judicium Dilingæ 1617. in 4. tacito judicantis nomine impreſſum, nec non

CLXXXXVIII. Bonorum quorundam NATURÆ EFFECTUUM declarationem ibidem eodem anno in 4. publicatam: utrumq; ſcriptum uni *Georgio STENGELIO*, *Jeſuitæ Auguſtano* acceptum fert *Alegambe* pag. 159. quemadmodum &

CLXXXXIX. PERIPATETICÆ & Philoſophicæ Doctrinæ comparationem in 4. pariter eodem anno, ibidem proditam.

CC. PERIPATI Chriſtiani effata partibus tribus defenſa à Carolo Roberto *Academiæ Partheniæ Principe, pro Philoſophica Laurea ſuſcipienda, in Collegio Romano* S.J. Romæ 1631; idem *Alegambe Alexandro GOTTFREDO Romano Jeſuitæ* reddit, alias defenſori fortasſis imputata pag. 12. ſimiliter,

CCI. *Summam Quadripartitam QUÆSTIONUM, Philoſophicarum, quas pro laurea diſputandas propoſuit in Collegio Romano* S. J. Jo. Ambroſius Spinola, idem pag. 360. ſuo *auctori Oddoni de COMITIBUS Jeſuitæ Romano* Ducis Polenſis filio vindicavit. Item

CCII. *QUÆSTIONES definitas ex Triplici Philoſophia, Rationali, Naturali, Morali, Parmæ diſputatas ab* Octavio Farneſio, ibidemq; excuſas 1619 in fol. *Dario TAMBURELLO Jeſuitæ Italo* reſtituit, idem *Alegambe* p. 89. Unde patet, quomodo apud ipſos etiam alienis laboribus lauream impetrent favorabiles ipſorum Candidati.

CCIII.

CCIII. *MODUS utiliter STUDENDI, Latinè* atq; etiam *Italicè* prodiit, auctore *Francisco SACCHINO Italo Jesuita* non adscripto, teste *Alegambe* pag. 134.

CCIV. *THEOREMATA mille ex universa Philosophia*, Mediolani 1610. in 4. impressa, sine auctoris nomine, *Thomæ BISDOMINI, Jesuitæ Itali* esse perhibentur ab eodem superius laudato *Alegambe* pag. 432.

CAP. VII.

De Scriptoribus Anonymis Mathematicis & Astrologicis detectis.

CCV.

APELLES POST TABULAM, h. e. *Epistolæ aliquot de maculis solis & faculis, datæ ad Cl. V.* Marcum Velserum, *quibus judicium aliorum de re nova & insolente explicaret*, Augustæ Vindel. 1612. in 4. editæ recensentur inter scripta anonyma *Christophori SCHEINERI Jesuitæ Germani* ab *Alegambe* pag. 77. Ejusdem tamen tituli scriptum GALILÆO de GALILÆIS acceptum fert *Scavenius* num. penultimo sui Catalogi. Equidem memini vidisse dissertationem anonymi de maculis in sole Lugd. Bat. 1612. excusam, De *Scheinero* sic habet in apibus urbanis *Leo Allatius* pag. 68. Christophorus Scheiner *Societatis Jesu Sacerdos Theologus, sacræ linguæ & scientiarum Mathematicarum Ingolstadii & Fryburgi Brisgojæ Professor, admirabile de* solis maculis & Faculis *Phænomenon primus invenit Ingolstadii anno Christi 1611. mense Martio, ut idem met fatetur in volumine magno, quod* Rosæ Ursinæ sive Solis *titulo præsignivit ad Lectorem libr. 1. atq; 3. passim, quas etiam primus sub* Apellis *nomine* post tabulam latentis, Marci Velseri II. *Viri Augustani liberalitate in publicum edidit Augustæ Vindelicorum an. 1612. Non. Jan. perscriptis tribus ad eundem Velserum Epistolis, itemq; Idibus Septembris anno eodem missis ad eundem aliis Epistolis, cum observationum Iconismis; macularumq; delineationibus.* Epistolæ *hæ* manuscriptæ *una cum aliis multis, post mortem* Velseri *pervenere in Bibliothecam Archiepiscopalem Mediolanensem, ut mihi relatum est, in qua etiam nunc dicuntur asservari.* Ab eodem *Leone Allatio* postea in scriptis Galilæi p. 118. recensetur *Istoria & Dimonstratione intorno alle Macchie Solari & loro accidenti composte in tre lettere scritte al Sigr.* Marco Velsero à Roma 1613. in 4. adduntur tres *Epistolæ de Maculis solaribus ad* M. Velserum: sed pag. 119. resolvit hunc

hunc nodum, addens de GALILÆO: *eum alienos sibi labores furto assertos, ut Telescopii inventionem & sidera Medicæa, parum cautè divertisse, multi & voce & scripto palàm professi sunt, &c.* addit tamen alia, quæ ipsum nihilominus egregium Mathematicum fuisse probant.

CCVI. BACULI ASTRONOMICI, *vulgo Jacobi, descriptio* JO. SPAN cujus sit, vide infra n. 214. ad tit. *Cœlestis Globi Compositio.*

CCVII. Tabulæ annorum expansorum pro CHRONOLOGIA ECCLESIASTICA, Viennæ 1634. sine scriptoris nomine sunt editæ ab *Henrico* PHILIPPI, *Jesuita Belga*, teste *Valerio Andreæ* Bibl. Belg. pag. 365. & *Alegambe* p. 176. ubi uterque scripta ejusdem auctoris Theologica & alia varia enumerat. *Franciscum Swertium* autem hujus auctoris mentionem omninò nullam facere miror eo parcius, quod idem in aliis multis jam habeo deprehensum.

CCVIII. De CIRCINO PROPORTIONIS opuscula Mathematica anonyma *Nicolaum* FOREST, *Jesuitam Gallum* edidisse, notat idem ille jam sæpe nobis in partes vocatus *Alegambe* Bibl. Jesuiticæ pag. 353.

CCIX. Disputatio Astronomica de tribus COMETIS anni 1618. habita in Collegio Romano, Romæ 1619. in 4. auctori, quem nullum præfert, Mathematico summo *Horatio* GRASSO *Jesuitæ Italo* adscribitur ab *Alegambe* p. 189. vid. infr. n. 218. illius opticam *Disputationem anonymam*, & in *Pseudonymis Lotharium Sarsum*.

CCX. Auctor libri, *de DISQUISITIONIBUS* perhibetur *Christophorus* SCHEINER *Jesuita*, scribit *Henr. Ernstius* lib. 2. obs. variar. c. 36. quod legens quales illæ forent disquisitiones, nullo modo potui divinare, donec apud *Alegamben* p. 77. & *Leonem Allatium*, in Apibus Urbanis pag. 68. enumerata hujus Jesuitæ Germani Mathematici summi scripta vidi, in quibus inveniuntur *Disquisitiones Mathematicæ de controversiis & novitatibus Mathematicis*, ubi expendit usitata hactenus mundi systemata, & Copernicanum validè impugnat. Ingolstad. 1614. in 4.

CCXI. *Ars GEOMETRICA, in gratiam suorum Auditorum* conscripta à J. à. F. M. P. P. anno 1652. in 8. auctorem habet Dn. Affinem meum honoratissimũ, & quod etiã me tacente jam omnis orbis litteratus novit, Philosophum summum, *Joannem à* FELDE Matheseos Professorem Publicum olim Helmestadii, ac Philosophiæ primo, deinde & J. U. Doctorem, & Consiliarium Anhaltino Servestanum, cujus *Elementorum Juris* partem alteram editam 1664. in 4. habemus, alteram autem promissam, eò avidius expecto, quo minus illæ privati juris materiæ solidum adhuc Philosophum, ex naturæ fontibus easdem methodicè demonstrantem invenerunt, quoq; certior aliis multis ipse sum, ab

eodem & hanc partem jam olim consummatam esse, utpote cujus pleraque auditoribus suis olim, & inter eos etiam mihi abhinc annis ferè 15. prælegit. Ejusdem *in Grotium notas* secunda vice Jenæ 1663, in 12. *cum responsionibus ad Grasvvinkelii stricturas* habemus, unde patet quod *Bæclerus* vere dixerit ad l. 2. Grot. c. 12. §. 28. *Grasvvinkelius omninò Feldeno insufficienter ad pleraq; & frigidè respondet.* Tenemus & ejusdem *Analysin Politicorum Aristotelis, succinctam at solidam*, quam tamen etiam accuratiorem promissam, ab eodem aliquoties recordor. Præterea *de Enunciationibus & Syllogismis tum absolutis, tum modalibus tractatum* 1642 in 12. *Logicamq; disputationem de Analysi Euclidea* doctissimam, nec non alias Philosophicas partim & Juridicas habemus. Sed ut ad Mathematica revertar, ex iis *Compendium Sphæricæ* nomen auctoris præferens Helmœstadii 1658. in 8. excusum est. *Geometriæ* verò Exemplar ex dictantis ore exceptum â filio ipsius, auctiusq; redditum cum impresso contuli, in ejusdem prædio Neukirchen docentem Jura præcipuè & Politicam Philosophum & JCtum summum audiens. Eum nunc aliquot jam abhinc annis, præter Juridica Philosophicaque studia, quibus hactenus occupabatur, Theologicis etiam multum vacare, lætus ex eodem abhinc triennio, & quod excurrit, Legatum Illustriss. Principis Zervestani agente, ac postmodum etiam ex aliis, non sine lætitia, cognovi: quippe cum hæc sola studia homine tam exacto solidoque judicio, quale Vir ille demonstrandi peritissimus suis meditationibus adhibet, verè digna censeri possint.

CCXII. GEOMETRIA *Restaurata* sine nomine excusa prodiit, ejus auctor est P. SANTIN, Romæ Matheseos Professor., testante *Scavenio* n. 69. Hanc refutat liber alius inscriptus *Petri Pauli Caravagii Rimæ detectæ in Geometria malè restaurata* ab A. S. L. Mediolani 1650. in 4to.

CCXIII. GEOMETRIÆ EMPIRICÆ *Joachimi* JUNGII, Ph. ac Med. D. & Gymnasii Hamburgensis olim Rectoris, Hamb. 1649. in 4. editæ, ut mole parvæ, sic ordine ac soliditate magni æstimandæ *præfationem* solis J. A. T. literis subscriptam *Joannis Adolphi* TASSII, Matheseos in eodem nostro Gymnasio patrio Professoris Publici esse scio.

CCXIV. *Cœlestis* GLOBI *compositio* J. S. auctore, cum ejusdem *Tabula stellarum fixarum verificata* ad Annum C. 1550. pag. 249. & seqq. *Cosmographiæ Appiani* & aliorum Antvverpiæ in 4. 1548. editæ legitur, quam esse *Joannis* SPANGENBERGII *Herdesiani*, apud Nordhusanos verbi divini Ministri colligo ex eo, qui in eodem volumine p. 348. habetur, Tractatu, *de Fabrica Baculi Astronomici, vulgo Ja-*

go Jacobi dicto, ubi adscribitur *Jo. Span.* qui tractatus de Baculo Jacobi extat in Spangenbergii hujusce *Computo ecclesiastico in quæstiones redacto, manu, scalis, rotulis & figuris illustrato*, Vitebergæ 154 . in 8. edito, quem librum inter scripta hujus auctoris, pag. m. 416. enumerata *Gesnerus* male omisit. Illius fol. G. (nam paginas numeratas non habet) hujusce fabricæ descriptionem leges.

CCXV. *Exegesis fundamentorum GNOMONICORUM, ubi præter alia traditur novus modus describendi Lineas Ellipticas, parabolicas, atq; hyperbolicas in quocunq; plano.* Ingolst. 1615. in 4. *Christophori SCHEINERI Iesuitæ Germani* scriptum anonymum memoratur apud *Alegamben* p. 77.

CCXVI. *Tabula LONGITUDINUM ac LATITUDINUM Planetarum ad Meridianum Lovaniensem edita* Lovanii à Gilberto Masio 1528. in 4. teste *Valerio Andreæ* Bibl. Belg. pag. m. 342. & *Franc. Swertio* Athen. Belg. p. 323. sunt *Henrici BAERSII* alias *VEKENSTYL* Mathematici & Typographi Lovaniensis.

CCXVII. MUSICALIA opuscula duo *Litaniarum De nomine Iesu, & Lauretanarum* de Virgine Maria 1638. & 1639. à *Simone BERENT Iesuita Pruteno*, suppresso nomine suo edita, memorat *Alegambe* p. 422.

CCXVIII. *Disputationem OPTICAM de Iride*, propositam in Collegio Romano à Galeatio Mariscotto, anno 1618. inter anonyma *Horatii GRASSI* refert *Alegambe* p. 189.

CCXIX. *OCULUS*, hoc est, *fundamentum OPTICUM* Oeniponti 1610. in 4. scriptum *Christophori SCHEINERI, Germani Iesuitæ* & Mathematici summi anonymum refertur ab *Alegambe* p. 77.

CCXX. *PANTOGRAPHIA* sive *Ars delineandi res quaslibet per Parallelogrammum lineare, sive cavum mechanicum mobile, libellis duobus explicata, & demonstrationibus Geometricis illustrata*, Romæ 1631. eidem SCHEINERO, tanquam anonymum scriptum, tribuitur ab eodem *Alegambe* p. 77.

CCXXI. *ROSA URSINA* seu *SOL ex admirando facularum & macularum suarum Phænomeno varius*, lib. IV. Bracciani apud Andræam Phæum M.DC.XXX. in fol. In hoc opere copiose pertractat auctor de maculis solaribus, de cœli corruptibilitate & liquiditate; de Solis circa proprium axem gyratione, & aliis hujusmodi curiosis quæstionibus, magna & solida eruditione: verba sunt *Alegambes* p. 77. ubi de scriptis anonymis *Christophori SCHEINERI* sæpius memorati agit: adde *Allatium* Apum Urban. p. 68. ubi vindicare sibi eundem hoc opere gloriam primæ inventionis Phœnomenorum solarium, contra *Galilæum*, quasi intervertere eandem, & ad se rapere studentem narrat.

CCXXII. *Novum SOLIS Elliptici Phænomenon* Augustæ 1615. in 4. Item
CCXXIII. *SOLIS Elliptici Phænomenon illustratum* seu *Refractiones cœlestes*. Ingolst. 1617. in 4. scriptis anonymis *Christophori SCHEINERI Jesuitæ Germani*, summiq; Mathematici accensentur ab *Alegambe* p. 77. vide supra hujus capitis anonymici scripti primum, & *Rosa Vrsina*, necnon alia n. 210. 215. 219. & 220. h. c.

CCXXIV. *Ordo novus & Methodus facilior, TABVLARVM SINVVM tangentium*, à *CLAVDIO RICARDO Jesuita Gallo* conscriptus, etsi nomen ejus haud præferat, asseritur ab *Alegambe* p. 82.

CAP. VIII.

De Scriptis ad Philosophiam Practicam pertinentibus anonymis detectis.

CCXXV.

ANTIMACHIAVELLI nomine vulgo insigniuntur *Commentariorum de Regno aut quovis Principatu rectè & tranquille administrando libri tres, in quibus ordine agitur de Consilio, Religione, & Politica, quam Princeps quilibet in ditione sua tueri & observare debet, adversus* Nicolaum Machiavellum *Florentinum*, Lausannæ 1571 in 8. 1577. in 8. sine loco impressionis, ac iterum Argentinæ 1599. in 4. 8. & 12. item Lugd. Batav. 1647. in 12. recusi: qui citantur sub nomine *Innocentii GENTILETI* JCti Delphinatis olim Tolosanæ curiæ Advocati, dein Genevensis Reip. Syndici, apud *Draud*. Bibl. Class. pag. m. 1169. & 1244. *Gisbert Voetium* selectar. disput. part. 1. Disputatione de Atheismo part. 1. p. 124. & part. 4. pag. 209. 211. 218. *Pellerum* Politici scelerati impugnati c. 45. p. 505. quem solum hac de re citasse contentus est Dn. *Geislerus* dec. 1. n. 8. *Herm. Conringium* in præfatione ad Principem Machiavelli à se editum & animadversionibus notatum: ubi judicium Gentileti de Machiavello nimis iniquum, ac si solidi judicii ne vnciam quidem haberet, jure merito improbat. *Keckermannum* Consilii de Locis Communibus cap. 1. ubi per errorem eum vocat *Franciscum* cui *Innocentio* prænomen est. Extat etiam Gallicè sub titulo: *Discours de Estat contre Machiavel* etsi communiter etiam ab illis sub nomine *Antimachiavell* citetur v. *Sorell*. Bibl. Gallicæ p. m. 71. editionis secundæ. De hac ita *Chytræus* in Epistol. ad Joh. Wizend pag. 269. *Cum superiori anno* Commentarios de regno rectè ac tranquillè administrando *ab Innocentio GENTILETO, &c. Vafri illius &*

Athei

Athei Nicolai Machiavelli *discursibus in Titum* Livium *&* *Libello* de Principe *oppositos, ab amico perlustrandos accepissem, statim degustata lectione, avidissimè & summæ cum voluptatis fructu eos totos evolvi, ac imprimis me delectabat, quod prudenti & gravi judicio selectas Imperii Romani & Gallici historias lectissimas, in certas veluti Classes præceptorum prudentiæ politicæ, & Virtutum ac Vitiorum Locos communes, aptissimè distributas videbam, &c. Possevinus* verò Bibliothecæ suæ Tomo libro 16. cap. 5. p. 403. *Fuit tamen non ita pridem inter Calvinianos quidam, qui cum Genevam aufugisset, librum edidit, quem Anti Machiavellum, suppresso nomine inscripsit. In eo ex antiquis historiis ducit quidem argumenta, quibus Machiavellus oppugnatur, sed ubi Machiavellus catholicam oppugnat Ecclesiam, vel ubi occasio sese dat, facile Machiavellum blasphemando æquat & superat. Quare quod poterat usui esse, ac quicquid præmii apud Deum & homines consequi ei licuisset, si in Machiavello confutando perstitisset, utrumq; perditè perditus amisit, Quod sane Hæretici ferè faciunt, dum antidotis abutuntur non ad tollenda sed ad tegenda, & ad instillanda venena.* Ubi nota iram hominis in superstitione zelotypi, potissimum inde magis irritatam, quod idem *Gentiletus Examen Concilii Tridentini* Genev. 1586. in 8. edidit: quo concilium illud antiquis conciliis, eorumq; canonibus contrarium esse, multis articulis contendit. Idem alia ejusdem farinæ edidit sub nomine *Joachimi & Jacobi Ursini anti Iesuitæ*, de quibus in Pseudonymis agemus. Vide *Possevini* ejusdem *judicium de scriptis* Equitis de la Noüe, Jo. Bodini, Phil. Mornæi & Nic. Machiavelli. Lugd. 1593. in 8. excusum.

CCXXVI. HARPOCRATES sive *de recta silendi ratione*, Lugduni 1603 Libellus in 8. editus extat elegans, nomen auctoris præfixum quidem non habens, attamen Dedicationi subjectum *Hippolyti à COLLIBUS*, aliis scriptis notissimi JCti, cujus vitam describit *Melchior Adami*, inter vitas JCtorum Germaniæ p. 451. & seqq. additq; sub finem sine suo nomine publicavisse scriptum hoc auctorem. In eo non modo silentium commendatur, sed & de rectè loquendi virtute plurima scitè præcipiuntur.

CCXXVII. *De MAGISTRATU Politico* Liber Anonymus sæpius recusus *Andreæ OSIANDRO* Theologo famosissimo vindicatur à *Melchiore Adami* in vita ejusdem pag. m. 238. de Theol. Germ. hisce verbis: *Editus fuit aliquando Liber diversis in locis de* Magistratu Politico, *sine nomine quidem Auctoris, sed quem arrogantia facile prodidit.* Ejus *exordium fuit hoc*: Quotquot hactenus scripserunt de Magistratu, omnes aut nihil intellexisse, aut turpiter assentatos esse Principibus.

CCXXVIII. *OBSERVATIONES POLITICÆ super nuperis Galliæ* motibus 1649

in 4. sine Loci, Typographi vel auctoris nomine prodiere capitibus 17. axiomata Politica totidem, exemplis tum temporis gestarum in Gallia rerum eleganter admodum illustrantes, quibus cum sæpius perstringatur *Cardinalis Mazarinus*, nomen præponi sine periculo non potuit. Eum librum lectu dignissimum atq; jucundissimum à *Carolo à GROTNIZ*, *Nobili Pomerano* profectum esse ex *Johannis Schmiedelii* observationibus in M. *Zwer. Buxhorn* de Imperio Romano dissertat. f. p. 298. nobis indicium fecit Dn. Geislerus dec. 1. n. 9.

CCXXIX. *PARAPHRASTES GRÆCUS in Ethica Nicomachia Aristotelis*, à Viro clarissimo *Daniele Heinsio* primum editus fuit Lugd. Bat. 1607. in 4. una cum interpretatione Latina, cujus auctor est ipse: *Incerto auctori antiquo eximio Peripatetico* tribuebatur in titulo libri editi, cum tamen Manuscriptum, ut ipse in præfatione refert ANDRONICI RHODII, de quo multa legere est apud Strabonem lib. 14. & alios, nomen haberet inscriptum; sed à manu adeò Barbara, ut eidem fidem habere dedignaretur. In editione autem altera, quæ prodiit A. 1617. in 8. *Andronici Rhodii* nomen palam præfixū est, cui eandem asserere præfatione peculiari *Heinsius* satagit, argumentum quod antea neglexerat, imò sibi opposuerat, nunc urgens: nimirum barbaram inscriptoris manum, cujus in simplicitatem fucus non cadat, quem videat B. L. *Ex Paraphrasi Ethicæ Aristotelicæ multum lucri afferri*, sane ex vero affirmat Joh. Henr. *Bæclerus* ad lib. 1. Grot. de Jure Belli & Pacis, c. 1. §. 7. *Naudæus* in Bibliographia Politica sic de eadem refert, p. m. 15: *Libros* Ethicorum Aristotelis *suis lucubrationibus illustrandos suscepere, quos inter primus occurrit* Eustrathius, *Græcè quidem cum* Aspasio, *& nonnullis aliis, editus, & Latinè postea à Bernardo Feliciano diligenter expressus, cui se* Danielis Heinsii *summi procul dubio Viri diligentia, socium non ita pridem adjunxit* Andronicus Rhodius, *aut potius* Olympiodorus: *talem enim appellationem in posteriori editione consultò sortitus est, cum in priori ab eodem Heinsio facta,* Lugduni Batavorum *sub anonymi nomine latens, nulla pastoritia fistula, nullâq; adversâ acclamatione exceptus fuisset, imò verò avidè à cunctis receptus & prolatus.* Ubi lapsus memoriæ sit oportet, quod de *Olympiodoro* memorat, cum ejus nullam unquam in alterutra editione mentionem *Heinsius* fecerit.

CCXXX. POLITICUS SCELERATUS IMPUGNATUS, id est, *Compendium Politices novum, sub titulo hominis Politici, secunda ante hac vice editum atq; impressum, nunc notis ubiq; & additionibus ex optimis Authoribus ut plurimum descriptis, illustratum studio* C.P.D.&A.N. Norimbergæ 1663 in 12. prodiit, cujus in præfatione compendiū hocce ex litteris C.R.C.B. nonnullis exemplaribus inscriptis, & præ-

& præ-& cognomen & officium Publicum, & locum illius contineri existimasse refert, quod etsi cum ea relatione, quam de Cancellario quodam regionis notissimæ mihi fecit Amicus aliquis, omninò conveniat, nondum tamen hac vice nomen ipsum in vulgus propalare sustinui. Litteras autem impugnationi præfixas denotare *Christophorum* **PELLERUM**, *Doctorem & Advocatum, Norimbergensem*, jam ante Amicus idem mihi significaverat, quam editio secunda multo priore auctior, itidem Norimbergæ 1669. in 8. publicata in conspectum meum venisset. Ipsum compendium ut se sua manifesta impietate facile refutabat ipsum, ac Atheismum apertè prodebat: ita notæ doctissimæ sua tamen varietate ac utilitate jucundissima non immeritò probandæ, Lectorem haud solum invitant atque demulcent, sed à contagio quoq; scelestissimorum consiliorum instar amuleti præservant.

CCXXXI. SENECA CHRISTIANUS, Augustæ 1637. in 24. editus Libellus anonymus, ex sententiis *A. Annæi Senecæ Philosophi*, ad mores, instituto Christiano perfectiores formandos, compositus tessellato opere eleganter jucunditatem utilitati jungens, *Joanni Baptistæ* **SCHELLENBERG** *Germano Jesuitæ* adscribitur ab *Alegambe* pag. 216.

CCXXXII. De Ludovici *SEPTALII opinione circa Rationem status in mutanda Religione* sententiam *Doctissimi Viri è nostris Theologis*, uti vocatur ab honoratissimo Dn. Avunculo meo Excell. Dn. *Johanne Garmers* Phil. & Med. D. & Proto-physico patriæ nostræ meritissimo, in suis ad Septalii de Ratione Status libros, latinitati nitidissimæ redditos, annotationibus p. 532 & seq. sunt b.m. Viri maximè Reverendi *Joannis* **CORVINI** SS. Theologiæ D. & ex Professore ac Concionatore Rostochiensi, Pastoris ad D. Catharinæ hujus Civitatis olim vigilantissimi, quemadmodum ex ipsius Domini Avunculi mei relatione compertum habeo.

CAP. IX.

De Scriptis Miscellaneis variis præcipuè Philologicis, id est, ad Styli Latini, antiquitatis, &c. studium pertinentibus: in quibus & Satyrica & Invectiva Doctorum mutuæ referuntur.

CCXXXIII.

A*Uctorem Libri de* **ARBORIBUS** in emendationem Palladii, citat, eumq; **GARGILIO MARTIALI** adscribere se, & rationes facti in *libro de scriptoribus dubiis* disseruisse scribit *Casparus Barthius* adver. sar.

sar. lib. 38. cap. 4. qui libri cum, quod ego sciam, nunquam prodierint, & ipsius rationes me latent. Optarem autem extare libros illius summi, lectionisq; propemodum inmodicæ Critici, sine dubio multum illis hocce præsens nostrum institutum adjuvaretur.

CCXXXIV. *ARGENIDIS* Fabulæ non omninò cum aliis ejus generis scriptis amatoriis pari loco censendæ, imò Politicis aliqua ex parte annumerandæ CONTINVATIO prodiit aliquoties, *Gallica* primo, deinde *Latina* etiam, auctore neutrubi unquam memorato. Eum Johannes *Weitzius* utrumq; detegit observationum in *Petronii* Satyricon pag. m. 183. editionis Lotichianæ ita citans: *MOVCHENBERGIVS Gallicus auctor, vel potius ejus Interpres Johann. Ludovicus* GOTHOFREDVS, *Argenidis continuatæ* part. 2. lib. 7. c. 1. Id quod ante me notaverat jam quoq; *Geisler*. dec. 5. n. 9.

CCXXXV. *Laus ASINI* à *Daniele HEINSIO* conscripta elegantissima, primum absq; auctoris nomine prodiit 1623. Lugd. Batav. teste Fr. *Swertio* Athen. Belg. 204. & *Valer. Andr.* Bibl. Belg. pag. m. 172. Postea inter *Amœnitatum ludicrarum scriptores* recusa, nomine, ni fallor, adjecto.

CCXXXVI. *Veridicus BELGICVS*, seu *Civilium apud Belgas bellorum initia, progressus, finis optatus, in quam rem remedia à ferro & pace præscripta; Fidei, Patriæ, & orbis bono.* Item

CCXXXVII. *Reformata Apocalypsis BATAVICA; aucta & recensita*; sine nomine auctoris Antwerpiæ; apud Nutium M. DC. XXIV. & alibi, ab *Alegambe* pag. 72. Bibl. Jesuiticæ *Caroli SCRIBANII* scriptis annumerantur, omittentibus utrumq; *Valerio Andreæ*, atq; *Swertio*.

CCXXXVIII. *Commentarium in Dominici BAVDII Gnomas*, suppresso nomine Antwerpiæ, sed ficto Lugd. Batav. 1671. editum à *Carolo SCRIBANIO Jesuita Bruxellensi*, memorat *Alegambe* pag. 72. *Valerius Andreæ* pag. 126. & *Swertius* pag. 170. in 8. editum Antwerpiæ addunt, alterius verò Lugduno Batavæ editionis haud meminere.

CCXXXIX. *Confutatio fabulæ BVRDONVM auctore* J. R. *Batavo, juris studioso* prodiit, cum seorsim 1609. tum unà cum *Josephi Justi Scaligeri* opusculis antea ineditis Francof. 1612 in 8. pag. m. 419. quibus commentum *Casparis Scioppii*, de mentito genere Scaligeriano refutatur, quod ipse scriptis aliquot editis in vulgus sparserat, & imprimis spisso volumine in 4. Moguntiæ 1607. excuso, cui titulus: *Casparis Scioppii, Scaliger hypobolimæus*, hoc est *Elenchus Epistolæ Josephi Burdonis Pseudo-Scaligeri, de Vetustate & Splendore gentis Scaligeræ: quo præter crimen*

men falsi & corruptarum litterarum Regiarum, quod Thrasoni isti impingitur, instar quingenta ejusdem mendacia deteguntur & coarguuntur. Ejus Confutationis auctorem. *Janum RUTGERSIUM* detegit Dominus *Geulerus*, dec. 5. n. 10. quod eo facilius credo, licet neque *Valerius Andreæ*, neque *Fr. Swertius* inter ejus scripta hoc numeraverint, quod *Scaligero* perfamiliarem eundem fuisse, ipsiusque Amico summo *Heinsio* Bibliothecam suam legasse constat.

CCXL. *CALEPINULUS*, id est, *Ex toto Calepino synonyma, composita, derivativa, attributa cætera, quæ ad eandem rem spectant simul sumpta*, Viennæ 1630. in 12. auctori non nominato *Matthæo MAURACH Hungaro Jesuitæ* adscribitur ab *Alegambe* p. 334.

CCXLI. *Tres CAPELLÆ*; sive *Admonitio ad Josephum Justum Burdonem, Julii Cæsaris Burdonis filium*, Ingolstadii 1608. in 4. SCIOPPIANÆ videntur nonnullis, id quod ex illius peculiari stylo facile puto liquere posse inspicientibus; mihi enim nondum hic liber visus est hactenus. Nec obstat interim, quo minus ab eodem, â quo tot alia contra Scaligerum profecta sunt, scripta dicam an convitia, imò utrumque rectè dicam, etiam hoc potuerit proficisci, quod in operum ejus edendorum Catalogo Msto, cujus mentionem infra in Jesuiticis faciemus, non habeatur hoc scriptum: siquidem in eo nec edita memorantur nisi recudenda, reliqua vero, quorum magna est copia, uti patet ex ipsius *Pædia humanarum & divinarum litterarum* Aureliis 1647. in 12. & in 8. Amstelodami 1660. edita, nulla fit mentio, uti nec aliorum plurimorum postea editorum, quæ fortasse tunc nondum animo conceperat. Extat insuper index operum ejus alius *Grammaticæ Philosophicæ* Amstelodami 1664. in 8. editæ præfixus, sed eorum ferè tantum, qui ad stylum ac rem litterariam pertinent.

CCXLII. *COMMENTARIA selecta in orationes CICERONIS* tacito nomine ab *Andrea SCHOTTO* edita testatur *Alegambe* p. 447.

CCXLIII. *Auctor ETYMOLOGICUS Manuscriptus*, qui *PHOTIUS Patriarcha* existimatur, & apud eruditissimum *Gudium* (cujus ante mentio facta cap. 2. n. 66.) nostrum mihi inspectus, inquit, *Ezechiel Spanhemius* in tractatu de usu & præstantia veterum numismatum dissert. 5. pag. m. 358.

CCXLIV. *Crux EUSTACHIANA*, id est, *Panegyricus, Illustrißimo Domino* Eustachio Westernach. *cum in Magnum Ordinis Teutonici Magistrum esset electus* A. D. 1625. Dilingæ. in 4. suppresso nomine scriptus perhibetur â *Christiano BAUMAN Jesuita Germano*, ab *Alegambe* pag. 72.

CCXLV. *Enchiridion GRAMMATICÆ GRÆCÆ* Duaci 1632. in 8. excusum,

auctori suo non nominato, *SERVATIO SACRO Jesuita Leodiensi Belgæ* vindicat *Alegambe* p.421.tacentibus eum auctorem *Valerio Andreæ* atque *Swertio*, quorum hic quidem excusandus est, cum post ejus Athenas Belgicas hic liber prodierit: ille minus,cum octennio post secunda vice suam Bibliothecam Belgicam ediderit.

CCXLVI. *Descriptio floris GRANADILLÆ*,seu *GRANATVLÆ plantæ Indicæ, quæ illic* passio Christi *passim dicitur*, ex *italico Latina* facta,*additamentis & Scholiis ac Epigrammatis Latinis hinc inde adspersis*,nomine occultato,per *Ferdinandum BRENDELIVM Jesuitam Germanum*,refertur ab *Alegambe* p.109.

CCXLVII. *De HELLENISTIS & Lingua Hellenistica Dissertatio* prima Ultrajecti 1641. prodiit,*ad Danielem Heinsium & Claudium Salmasium* scripta. Eam sibi contrariam,ex stylo adjudicavit *Heinsio*, tanquam auctori, ceu videre licet in ipsius *dissertatione de Hellenistica* Lugd.Batav.1643. in 8.edita pag.4.ubi in hæc verba commentatur, *si Heinsius auctor est, ut non vanè auguror &c.* Hic tamen vanè est auguratus. Nam *Martinus Schokius* aliis scriptis doctissimis notus,eam pro sua postmodum agnovit, uti testatur *animadversionum in Speciminis Salmasiani capita quædam* auctor (de quo supra principio cap.3.) in præfatione his verbis: *Et ut uno id saltem exemplo comprobemus,cui refragari nemo potest,ad Exercitationem de* Hellenistis & Lingua Hellenistica *auctorem remittemus, quæ Vltrajecti prodiit anno hujus seculi quadragesimo & primo. Quam refutaturus* Heinsio *tribuit,ut in similibus solebat,ut ita iracundiæ fræna laxaret,& irritatus scilicet multa atrocia in eum diceret. Cum tamen constet, publicoque scripto fassus fuerit Martinus SCHOKIUS, Professor Groninganus, se ejus dissertationis esse auctorem. Salmasius* insuper *Funus Hellenisticum* anno 1643. Lugd. Batav.duxit,edito ejus tituli libro in 8.cui licet ipse *ossilegium* addiderit, tamen inter alios plures adesse noluit *M. Jacobus Bolius* Græcæ Linguæ Professor Regiomontanus, edita dissertatione peculiari A.1647. in 4. cui titulus. *Iusta & moderata absentiæ ab Exequiis & justis funebribus,funeri linguæ Hellenisticæ paratis,excusatio & venia, quam ab iis qui Idiotismum Hebræum in Tabulis Testamentariis novi fœderis Salvatoris nostri Christi Jesu negando, funus Linguæ Hellenisticæ procurant, iis verò,qui solæcismos & Barbarismos eidem impingendo,prorsus efferunt , & contumulant &c. impetrare conabitur &c.* qua disputatione sententiam mediam, inter hactenus pugnantes tueri, & consideratis iis quæ *Salmasius,Heinsius, Jo. Krojus, Pfochenius, M. Jacobus Grossius* Hamburgensis olim ad D. Catharinæ Pastor , in *Triade Propositionum Theologicarum*,eique repugnans *Joh. Musæus*,aliique,in hoc argumento scripse-

rant,

rant, ipse, Stylum quidem N.T. Græcum Ebraismos secum vehere, ac eo respectu à stylo reliquorum auctorum profanorum Græco diversum esse; nec tamen ideo scatere barbarismis ac solæcismis rectè dici, probare laborat.

Jesuitica, & Anti-Jesuitica.

CCXLVIII. ANATOMIA SOCIETATIS JESU, liber ei sectæ infensissimus, ac acerba refutatione oppugnatus à *Laurentio Forero* Jesuita Germano, (cujus *Alegambe* p. 295. refert hæc bina scripta: *Anatomia Anatomiæ societatis Jesu*, sive *Ant' Anatomia infamis libri, cujus titulus est* Anatomia societatis Jesu, Oeniponte apud Joannem Gachium 1634. in 4.

Mantissa Ant' Anatomiæ Jesuiticæ, *opposita famosis contra societatem Jesu libellis, quorum tituli sunt* 1. Mysteria patrum Societatis Jesu. 2. Consultatio Fr. Juniperi de Ancona Minoritæ 3. Fr. Ludovici Soteli relatio de Ecclesiæ Japonicæ statu, Oeniponte apud Joannem Gachium 1635. in 4.) memoratur in catalogo Msto librorum, quos editioni paratos habebat *Gaspar* SCIOPPIUS, qui ab ipso quondam concinnatus, & amico cuidam sub secreti fide communicatus, Amici mei singularis, Viri maximè Reverendi *Esdræ Etzardi* SS. Theologiæ Lic. sua que rarissima eruditione ac pietate nobilioris, quam ut mea commendatione quidquam ei possit accedere, benignitate ad me quoque pervenit. In eodem etiam alia contra Jesuitas plurima recensentur, quæ cum æque parum mihi ac Anatomia modo memorata, visa sint, adeoque num in lucem unquam prodierint, ignorentur, qualia inibi extant huc adscribam,

Ars nova solvendi omnia Hæreticorum argumenta, ab ArchiEpiscopo Brundisino Curiæ Romanæ vendicata, & Gaspare Scioppio annitente explosa.

Triumphus Monasticæ perfectionis, adversus Monachorum obtrectatores de Societate Jesuitica.

Epistola ad Inquisitionem Romanam, de nova Jesuitarum Hispanorum Hæresi.

Anatome Societatis Jesuiticæ.

Plaga pessima, sive Radix omnium malorum Societatis Jesuiticæ.

Examen Disciplinæ Jesuiticæ, tam morum quam litterarum ratione.

Cocus Jesuiticus, deque popinali Jesuitarum doctrina Judicium.

De Monarchia Jesuitica ad Reges & Principes relatio.

Hydra Jesuitica *XII. capitum Clava Herculis elisa h. e. Impii, nefarii, fraudulenti, seditiosi ac sacrilegi erga Roman. Eccles. & Imper. Roman. Jesuitarum conatus.*

Patrologia Jesuitica, *Fortia facta Patrum, series longissima rerum, h. e. de Generibus, Causis & Effectu Paternitatis* Jesuiticæ, *deque Patribus patratis & patrantibus,*

eorumque patrationibus Physicis & Metaphysicis historicæ narratiunculæ, & Philosophicæ ac Theologicæ meditatiunculæ.

Ignatius miraculifex, sive Miraculum Miraculorum, quo Ignatius Lojola suam beatitudinem & sociorum suorum sanctitatem fecit testatissimam.

Jesuita Parricida, sive de officio Jesuitarum, qui Principibus ac Episcopis sunt à confessionibus.

De Protestantium ad Ecclesiæ Romanæ communionem reductione, rectisque ac pravis ejus rationibus, adversus turbulenta Jesuitarum consilia & suasorias.

Consultatio de causis & modis reformandæ Societatis Jesuiticæ.
Pharisaismus Jesuiticus.
Apostolatus Jesuiticus.
Piscatus Jesuiticus.
Paradoxa Jesuitica.
Depositum Jesuiticum.
Fermentum Jesuiticum.
Fatum Jesuiticum.
Infantia Jesuitica.
Vlysses Jesuiticus, sive aulica Iesuitarum solertia.
Apologia pro Senatu Veneto adversus Iesuitas.
De Causis publici erga Iesuitas odii.
Apologia Ecclesiastica, sive Causæ dictio pro Monachis adversus Iesuitas.
Hamus Voluptatis, sive Delitiæ Iesuiticæ.
Consultatio de Eunomia Soc. Iesuiticæ.
Cons. ad Ferdin. II. Imper. de Instauranda Ecclesiasticorum disciplina.
Cons. de circumscribenda Iesuitarum ambitione, dominandique libidine.
Comparatio Status Monachorum & Iesuitarum.
Scrutinium Esavi, sive Arcana Imperii Iesuitici.
Dissimilitudo Status Episcoporum & Iesuitarum.

Iesuita Energumenus, sive nota 7. spirituum immundorum, quibus Iesuitæ obsidentur.

Statera Religiosa h.e. Examen operæ pretii Monachorum & Iesuitarum.

Sed quemadmodum ipse Jesuitis nullus pepercerat, ita nec ipsi vice versa Scioppio, ceu videre est ex iis, quæ diximus in Rhodianis n. 54. quibus addi possunt, quæ modo ad titulos *Arcanorum Iesuitarum*, *Astri inextincti*, & *Astrologiæ Ecclesiasticæ* dicentur, & infra in *Pseudonymis*, ad nomen, *Alphonsi Vargas*.

GCXLIX.

CCXLIX. *APOLOGIA pro SOCIETATE JESV ex Bohemia & Moravia proscripta*, an. Christi 1618. & 1619. Hanc suppresso nomine editam, rursus auctam adversus Bohemorum novas accusationes, tacito quoque suo nomine, recudit Ingolstadii 1619. teste Phil. *Alegambe* pag. 4. *Jesuita Tyrolensis Adamus TANNERVS.*

CCL. ARCANA JESUITARUM, liber *latinè* primum, deinde *Gallicè*, *Italicè*, variisque linguis excusus, auctori *Gaspari SCIOPPIO* adscribitur â Jesuitis, uti videre est, ex responsione illi opposita per *Laurentium FORERVM Jesuitam Germanum*, cui titulus, *Grammaticus Proteus Arcanorum Societatis Jesu Dædalus, genuino suo vultu repræsentatus*, accessit *auctarium animadversionum in* Gasparis Scioppii *Ecclesiasticam Astrologiam*, Ingolstad 1636. in 8. Eidem *Forero* adscribitur ab *Alegambe* pag. 547. *Grammaticus Pædicus adversus* Gasparem Scioppium, quem tamen inter opera illius pag. 295. recensita non reperio, anonymum autem prodiisse suspicor.

CCLI. ASTRVM INEXTINCTUM, libellus est unus ex invectivis plurimis contra Jesuitas editis, oppositus speciatim libro cuidam, â Jesuita Germano *Paulo Layman* Dilingæ, anno 1631. in 4. edito, cui titulus: *Justa Defensio SS. Romani Pontificis, Augustissimi Cæsaris, S.R.E. Cardinalium, Episcoporum, Principum ac aliorum, demum minimæ societatis Jesu, in causa Monasteriorum & Bonorum Ecclesiasticorum vacantium, contra quosdam à seipsis delectos Judices*, ut est apud *Alegamb.* p. 367. ubi primum hoc opus occultato auctoris nomine â *Gasparo Scioppio* prodiisse, cura nempe illius editum, refert, ac inde ipsius esse creditum, statimque cum alio contra Jesuitas anonymo pariter scripto refutatum esse, per eundem *Paulum LAYMANNUM*, occultato suo nomine. Scripti illius titulus hic exhibetur. *Astrologiæ Ecclesiasticæ, & Astri inextincti* â Gaspare Scioppio *in lucem editi Censura.* Dilingæ 1635. in 4. Unde patet falli Excell. Dn. *Geislerum* dec. 3. n. 2. quando anno 1636. lucere cœpisse demum hoc astrum autumat, quod jam anno 1635. adeo Jesuitarum oculos fulgore suo præstrinxerat, ut eidem Eclypsin scripto modo memorato facere molirentur. Sed hujusce erroris ansam Viro excellentiss. præbuerat locus citatus Pelleri, in Politico scelerato impugnato, c. I. editionis primæ pag. 9. secundæ vero pag. 15. ita se habens. *Vix credo, an author magis idoneos Politices suæ Professores proponere potuerit, si fides omnino adhibenda scripto* Rom. Hay, *ordinis S. Benedicti, quod A. M.DC.XXXVI. cum privilegio S. S. Majestatis Cæsareæ publicè prodiit sub titulo* Astri inextincti, *de quo* Alphonsus de Vargas Toleto-Hispanus, (*de qua gente alias Burgundiæ Dele-*

gati refertur dicterium: Un Espangol sans un Jesuite, est une perdrix sans Orange: *h.e.* Nec perdrix sine malo aureo, nec Hispanus sine Jesuita sapit) *affirmat, quod qui illum librum* (Astrum *nempe* inextinctum) *legere voluerint, animo percipere queant, ipsa veritatis evidentia se subactum iri, ut post homines natos agnoscant & fateantur, nusquam terrarum inventos fuisse, tam omninò nullius conscientiæ, fidei, honestatis ac pudoris Doctores, aut Ductores; quorum si quis ingenium ac mores ex ipsis eorum scriptis perspexerit, fieri nullo modo potest, ut eos posthac vel Conscientiæ arbitros, ac moderatores, vel liberorum suorum Magistros habere, & vel visos, vel auditos velit, nisi aut fascinatus, planèque oculis ac mente captus sit, aut quæ tantorum scelerum Magistri docent, ea discere gaudeat, & opere exercere nihil dubitet; non quin plurimi,* pergit Vargas, *in ordine ipsorum sint viri boni, omnisque culpæ expertes, sed quod eos nulla nota à cæteris eorum dissimilibus secernat, quorum hoc ipso commiseratione digna ac deploranda est conditio.* Ex hoc loco collegerat *Dn. Geulerus* primam hanc editionem fuisse, quæ secunda fuerat. Et vero si vera retulere, qui viderunt eandem mihi hactenus invisam, sub ipso auctoris nomine publicata fuit hæc editio. In hoc Astrum exercuit etiam deinde *Theoricas Astri inextincti* à Romano Hay *scripti Valentinus Mangionius* Italus Jesuita, quas edidit 1639. in 4. Eodem etiam anno Jesuita alius *Johannes Crusius* edidit D*eliquium Astri inextincti* Colon. in 4. Quis autem sit *Alphonsus* ille *Vargas*, quem *Pellerus* Hispanum putavit genuinum, cum sit *Gaspar Scioppius* Germanus, vide in *Rhodianis* nostris n. 42. & in Pseudonymis ad hoc nomen.

CCLII. CATECHISMUS JESUITARUM Freistadii 1638 latinè in 8. prodiit, incertum quo interprete, quem jam olim optaverat *Joseph. Scaliger*, uti pluribus videre est infra, in *Gallicis anonymis*. cap. 14. quandoquidem primò Gallicè conscriptum, ac deinceps in varias linguas transfusum est hoc opusculum, Jesuitarum Artes graphicè depingens, auctorem habens *Estienne PASQUIER.*

CCLIII. ASTROLOGIA ECCLESIASTICA, liber imprimis Jesuitarum sectam impugnans, anno 1634. prodiit anonymus: eum *Gaspari SCIOPPIO* imputant Jesuitæ, ceu apparet ex iis, quæ diximus ad *Astrum inextinctum* supra n. 251. ubi *Pauli Laymanni* oppositum ei scriptum memoravimus, præter quod aliud etiam *Laurentii Foreri* Germani Jesuitæ extat, cui titulus, *Auctarium Animadversionum in* Gasparis Scioppii *Ecclesiasticam Astrologiam*, Ingolstad. 1636. in 8.

CCLIV. LITURA HISPANICÆ CANCELLARIÆ Monachii 1623.

CCLV. CONSULTATIONES *cum Glossis*, Monachii 1624. in 4.

CCLVI. AJAX Volradi BLESSII, Heidelbergensis olim Cancellarii, in spongiam incumbens: sive *Appendix* CANCELLARIÆ ANHALTINÆ. Monachii 1614 in 4. suppresso auctoris nomine scripta, *Jacobo KELLERO Jesuitæ Germano* adscribuntur ab *Alegambe* in Bibl. Iesuit. p. 204.

CCLVII. Poloni Nobilis APOLOGIA PRO SOCIETATIS JESU Clericis, oratio prima, in ficti Equitis Poloni in Jesuitas actionem primam Ingolstad. 1592. 8. defendens Jesuitarum in Regno Poloniæ mansionem, quos inde pulsos Eques ille Polonus anonymus volebat, edita sua actione anno proximè præcedenti. Eam *Joanni LANS Belgæ* adscribit *Alegambe* pag. 252. cujus mentionem nullam *Valerius Andreæ* & *Swertius* faciunt.

CCLVIII. De STUDIIS JESUITARUM abstrusioribus Relatio, anno 1608. in 8. sine auctoris aut impressoris nomine excusa, planèque diversa à *Relatione de Stratagematis Jesuitarum*, quæ sub *Alphonsi de Vargas* nomine nobis in *Rhodianis* n. 42. memorata fuit, paucissimis foliis multa contra Iesuitas dicit, imò Principes ad eosdem extirpandos incitare molitur. Id scriptum à nescio quo, *Joanne CAMBILLION* profectum esse, testantur Refutationes Jesuiticæ eidem oppositæ. v. gr.

Relatio de Jesuitarum studiis abstrusioribus, in gratiam Prædicantium Augustanorum aucta & recusa contra Joannem Cambillion, *à Jacobo* Gretsero, *quam Germanicam ex Latina fecit* Conradus Vetter, *anno* 1609. Ejus etiam anno 1610. in 8. latinè recusæ meminit *Draudius* pag. m. 329. his verbis *Iac. Gretseri* Relatio de studiis Jesuitarum abstrusioribus, nunc in gratiam Prædicantium Lutheranorum, qui Augustæ Vindelicorum quintum Evangelium prædicant ad Lydium veritatis Lapidem admota & probata, apud Georg. Willer.

Ejusdem *Furiæ Prædicantium Augustanorum ob refutatam relationem* Cambillionicam, *quam idem Interpres vertit anno* 1610. vide *Alegamben* p. 83. & 206. ac 201.

Ejusdem *repetitæ Furiæ Prædicantium Augustanorum ob refutatam Relationem* Cambillionicam *denuo castigatæ*, 1612. eodem Interprete versæ. Plura hujus generis vide apud *Draud.* Bibl. class. pag. m. 3:5. & seqq. item in Indice peculiari defensorum Societatis, quem *Alegambe* suæ Bibliothecæ Jesuiticæ subjunxit p. 546. nec non in *Pseudonymis* nostris, ad nomina *Ioach. Vrsini*, *Alphonsi de Vargas &c.* Hactenus JESUITICA & ANTIJESUITICA.

CCLIX JU-

CCLIX. JULIUS *Dialogus Viri cujusdam eruditissimi festivus sanè ac elegans, quomodo Iulius II. P.M. post mortem cœli fores pulsando ab Ianitore illo D. Petro intromitti nequiverit &c.* in 4. absque nomine vel auctoris, vel anni locive impressionis primum editus, deinde in Memorabilibus *VVolfii* recusus, à *Desiderio* ERASMO *Roterodamo* conscriptus esse diversorum testimoniis confirmatur apud *Melch. Adami* in vitis Theologor. Germ. p.m.96. (cujus ipsa verba vide infra in *Pseudonymis* ad nomen *Ludovici Leopoldi*,) & pag.167. in Vitis Medicor. Germ. ubi *Ioachimum Curæum* Germanicè eundem vertisse testatur. *Andreas Valerius* & *Svvertius* eâ de re nihil omnino meminerunt. v. infra in *Pseudonymis* nomen *Listrii*.

CCLX. JUSTA FUNEBRIA *Philippi III. Regis Hispanorum* tacito nomine suo scripsit *Emanuel* THESAVRVS *Iesuita Italus*, docente *Alegambe* p. 103.

CCLXI. *Vindiciæ inferiarum* JUSTI LIPSII *contra* Jos. Scaligerum A.1606. in 8. Typis Plantinianis, Antvverpiæ, sine auctoris nomine excusæ, quod sint *Heriberti* ROSVVEIDI *Vltrajectini Iesuitæ*, *Valerio Andreæ* accredimus p.376. laudatæ sæpius Bibliothecæ Belgicæ hoc asserenti. *Svveertius* pag. 339. idem confirmat, sed in 4. editas illas Vindicias refert, Verum *Alegambe* pag. 179. cum *Valerio Andreâ* & veritate consentit.

CCLXII. MULIERES NON ESSE HOMINES dissertatione, quantum mihi sanè videtur, ludicrâ, verosimile facere contendit anonymus aliquis, edita super hac quæstione dissertatiuncula 1595. Eam illicò eodem anno refutavit *Simon Gediccius* quasi serio scriptam, *Defensione Sexus muliebris* Lipsiæ 1595. 4. edita, quæ nunc una cum priore dissertatione conjunctim 1644. in 12. Hagæ recusa extat. Prioris auctor quomodo non ex vero sit habitus *Valens* ACIDALIVS, vide apud *Geulerum* dec. 3. n. 8. Ut adeo nondum inter anonyma planè detecta numerari debeat hoc scriptum.

CCLXIII. Io. Demetrius SOLICOVIUS Archipræsul aliquot Ecclesiarum Poloniæ, composuit ORATIONEM *in obitum Regis Augusti, & Panegyrum ad Gallos atque Sarmatas*, quæ sub nomine *Probi Viri* annectitur annalibus *Cromeri*, *Starovolski* centuriæ Illustrium Polonorum scriptor. n. 5. qui vitam hujus *Solicovii* continet.

CCLXIV. ORATIO FUNEBRIS *in obitum* Nicolaï Fabri *seu* le Febure, Parisiis 1612. in 8. edita est à *Iohanne à S. Francisco*, cognominato in seculo GULO-

GULONIO, de quo vide plura prolixè apud *Carolum de Visch* Bibliothecæ Cisterciensis pag.m.221. ubi & hujus orationis editionem secundam 1616. Parisiis itidem, præfixo auctoris nomine publicatam memorat.

CCLXV. *ORATIONEM de S. Rosalia* habitam ab J.M.R. discipulo suo in aula Collegii Romani Soc. Jesu Romæ 1629.&

CCLXVI. *ORATIONEM de passione Domini* dictam coram Urbano VIII. P.M.A.1630. proditamque cum aliis ejus argumenti, Romæ 1640. in 12. suppresso nomine, ab *Angelo GALLVCCIO Jesuita Italo* profectam testatur *Alegambe* p. 33.

CCLXVII. *ORATIO, qua Lernensium & Castri Comitis fratres utrique Siciliæ Proreges in Collegio Neapolitano Soc. Jesu excepti sunt* A. 1637. ἀνωνύμως prodiit, auctore *Joanne Baptista VRSO, Italo Jesuita*, scribente *Alegambe* p 227.

CCLXVIII. *PANEGYRICVS die Natali Academiæ Paderbornensis ejus fundatori oblatus.* anno 1616. Paderbornæ impressus, auctore non expresso, *Johannis HORNERI Jesuitæ Belgæ* quod sit, tacente *Fr. Srveertio*, qui planè hunc auctorem omisit, confirmant *Alegambe* pag. 251. & *Valerius Andreæ* pag. 519.

CCLXIX. *PHARVS SARMATICA Europæo Trioni Augustis ignibus irradians, Serenißimum & potentißimum Vladislaum IV. Svecorum, Gothorum, Vandalorumque hæreditarium Regem, Moscorum Imperatorem Electum, Jagellonici, Austriaci, Gothici sanguinis & Virtutis hæredem, filium, nepotem, auspicato fasces Regni Poloniæ, & diadema prehendentem, suum orbisque delicium, educta manu Palladia Societ. Jesu Majestati serenißimæ sese devovens proponit* A.1633. verba sunt *Alegambes* pag. 57. *de Bartholomæi Papucki Poloni* scriptis agentis, ac inter anonyma scripta referentis hoc ipsum p.449. adde *Staravolsk.* in Elogiis Polonorum.

CCLXX. PHILOSOPHICAL TRANSACTIONS h. e. ACTA PHILOSOPHICA Anni 1667. *aliquam exhibentia notitiam præsentium inceptorum, studiorum, & laborum, eorum qui eruditi salutantur in pleruque præcipuis Mundi partibus ex Anglico in Latinum versa* á J.S.M.C. sumptu Danielis Pauli in 8. Eum Interpretem esse *Joannem STERPINVM Scotum*, ex jam aliquoties, at minimè satis laudato amico meo Doctore *Martino Fogelio* comperi, cui Dominus *Smidius* Med. Candidatus p. m. hoc ipsum Hafniâ, compertum ex Typographo ac Bibliopola perscripserat. Idem ostendit mihi philyram ejusdem operis â Secretario inclytæ Societatis illius Regiæ Domino *Oldenburg* correctam, versionis illius inconcinnitatem magnam arguentem.

CCLXXI. *PROSODIA Bononiensis* Bononiæ 1639. absque auctoris nomine

uine excusa, anno sequenti 1640. in 12. ibidem non præfixo nomine *Joannis Baptistæ* RICCIOLI auctoris prodiit, teste Phil. *Alegambe* p.225.

CCLXXII. *PRYTANEVM immortalis gloriæ, Illustrißimo Nicolao Danielonicio Thesaurario Regni Poloniæ, vita functo erectum*, à *Jesuita Bartholomæo* PAPVVCKI *Polono*, memoratur inter anonyma ab *Alegambe* pag.449. adde eundem p.57.

CCLXXIII. *SATYRÆ* 1. *Dii vestram Fidem* &

CCLXXIV. 2. *Nos canimus surdis*, *á Nicolao* VILLANI profectæ quod sint. vide in *Rhodianis* n.37.& 38.

CCLXXV. SATYRAS tres 1. *Hercules tuam fidem*, seu *Münsterus hypobolymæia*.

CCLXXVI. 2. *Virgula Divina*.

CCLXXVII. 3. *Cras credo, hodie nihil.*

sine auctoris nomine aliquoties separatim & conjunctim apud Elzevirium Lugd. Bat. recusas ab Illustri *Daniele* HEINSIO profectas, in Athenis suis Batavis *Joannes Meursius* non futilis auctor est, unàque cum illo *Valerius Andreas* Bibl. Belg. pag. m.172. & *Franciscus Swertius* in Athenis Belgicis p.204. quibus adde, si lubet, Italos *Ghilini* nel Teatro d' huomini letterati part.2. carta.65. & *Lorenzo Graßi* Elogi degl. huomini letterati part. 2. carta 216.

CCLXXVIII. De SCHOLIASTE GERMANICI, quisnam ille sit, vide Clarissimum *Caspar. Barthium* adversarior. l.10. c.21. ubi postquam *Domitianum* Auctorem *Aratea versionis* haud esse prolixè confirmasset, in ea verba caput ipsum concludit. *Scripsisse verò Germanicus non tantum versus videtur, sed enarrationem etiam ipsam, nam quæ* Lactantius *nomine ejus Principis citat, in Commentariis sunt, non in versibus. Licet non negemus multa alienâ manu intrusa esse, ut omnibus fere talibus scriptoribus, qui Poëtis enarrandis usui sunt, cum in omnium manibus fuerint, Monachi autem exscriptores vel maximè in hoc genere curiosi fuerint, suarumque glossarum munes & munifici:* Unde consueta sibi nimis inconstantia retractasse videtur quod ante lib.1. c.15. pag. m.34. scripserat. *Nec ea mens fuit* Scholiastæ Germanici, *qui ex scriptoribus variis id Proœmium illustrat, nec bono Exemplo in optima editione præteritus est; quanquam si desint alia documenta, & præsertim* Lactantii *testimonium, qui ipsa etiam Commentaria* Germanici *nomine citat. FVLGENTIVM aliquem his Collectaneis scriptorem dederim. Sed de eo in libris Dubiorum Scriptorum prolixius*, quos libros extare jam alias optavimus, & adhuc optamus.

CCLXXIX.

CCLXXIX. *SCHOLIASTES Græcus anonymus in HOMERUM*, editus separatim ab Aldo Venetiis 1528. & deinceps una cum ipso Poëtæ Græco solum textu, opera *Jacobi Micylli* & *Joachimi Camerarii* Basileæ ex officina Hervagiana 1641. in fol. & denique apud Batavos nitidè cum Versione Poëtæ Latina â *Schrævelio* (qui testimonium de hoc *Scholiaste* â *Joachimo Camerario* in præfatione sua perhibitum, verbotenus ipso non nominato repetit in sua præfatione, inque frontispicio DIDYMO adscribit Scholia in Homerum universa) â quibusdam PORPHYRII esse credita, disco ex *Gesnero*, in Bibliotheca sua sub hoc nomine: quæ tamen ego potius esse ejusdem *Didymi* cum *Schrevelio* arbitror, cujus in Odysseam Scholia subjiciuntur in utraque editione, stylo genioque scribendi plane conveniente, imò quæ priora in Odysseam Scholia præsupponant, cum in iis explicata cuncta fermè in hoc prætermittantur.

CCLXXX. *SYNTAXIS Grammatica Andreæ FRUSIO Jesuitæ Gallo* in scriptorum anonymorum Jesuitarum Catalogo adscribitur ab *Alegambe* pag. 449. cujus inter opera ejusdem pag. 26. nulla mentio fuerat facta.

CCLXXXI. *THUANEA* seu *Excerpta ex ore Jac. Augusti Thuani per* F. F. P. P. 1669. in 8. deberi *Jacob & Petro fratribus PUTEANIS* quibus & *Perroniana* seu excerpta ex ore *Cardinalis Perronii* Genev. 1667. & *Scaligeriana* seu *excerpta ex ore Josephi Scaligeri*. Lugd. Bat. 1668. in 8. omnia litteris iisdem initialibus præfixis edita deberi, Typographus asseruerat, facilis conjectura est. De illa edendi sermones proletarios inter familiares libertate plerumque majori quam consideratione habitos quid sentiam, ad indicem *Rhodianum* n. 5. indicavi. Ad minimum debebant ab eo, qui talia in favorem eruditi seculi publicavit, non promiscue sed cribrata nonnihil publicari, ne famæ minus Auctoris quam jucunditati vel utilitati Lectoris consuleretur. Etenim multa notatu digna in hisce excerptis contineri, & ipsa mixtura, & joculari familiaritate sua delectare nullus inficior.

CCLXXXII. *VALETUDINARIUM Poeticum Musis novis & XXII. Poetis, vetulis, frigidis, nudis, edentulis, Claudis, Hymenæum Jacobi Rethingi celebrantibus, erectum*, Ingolstadii & Dilingæ 1622. in 12. & in 4.

CCLXXXIII. Item ÆSCULAPIUS Conradi Cellarii, seu Pars secunda VALETUDINARII Poetici. ibidem eodem anno in 4. Hæc duo opuscula, prorsus docta & lepida, sine auctoris nomine, quia ita oportuit, prodierunt. Verba sunt *Alegambes* pag. 158 *Georgii STENGELII Jesuitæ Germani* scripta recensentis.

CCLXXXIV. *De VERBORUM COPIA* liber anonymus, *Andreæ FRUSII Jesuitæ Galli*, recensetur inter alios ab *Alegambe* p. 450. ubi scripta Jesuitarum anonyma recenset, ejus tamen in Catalogo librorum *Frusii* pag. 27. enumerato mentionem haud fecerat ullam.

CAP. X.

De Poetis Anonymis detectis.

CCLXXXV.

AGATHYRSUS *insolentium manifestorum* Monachii 1638. in 24. auctori non nominato *Jacobo BALDE Jesuitæ Germano*, Electoris Bavari Concionatori debetur, indicante *Alegambe* p. 193.

CCLXXXVI. *ASMA Poëticum Litaniarum Lauretanarum, in quo nimirum singulis Litaniarum titulis singula Emblemata cum suo Carmine respondent*, Linzii Austriæ, typis Johannis Paltauff. 1636. in 12. edidit tacito suo nomine *Petrus STENGLERUS Jesuita Carniolus* docente *Alegambe* pag. 401.

CCLXXXVII. CARMINA non pauca veri spiritus Poetici, nitorisque plenissima, tam sine nominis sui mentione ulla, quam initialibus solis literis subscriptis M.K vel M.K.S. insignita edidit Præceptor in hac arte meus olim, Poeta seculi nostri facile summus, MICHAEL KIRSTENIUS Philos. & Med. Dr. atque Professor in Hamburgensi Gymnasio meritissimus; quem eundem sæpius omninò laudare debuissem hoc opusculo, si quos ipsius modestia premit, editos sine nominis sui mentione libros, aliisve concessos, omnes scire, vel quos scio, nominare saltim mihi licuisset. Verum adeo Viro huic omnis sub meum quidem calamum cadentis encomii merita supergresso, exuta est *ambitio*, quæ *Tacito* non minus quam experientia & vero nimis confirmante, *sapientibus etiam novissima exuitur*, ut horum nihil mihi memorare, quamvis sedulo petenti, permittere sustinuerit. Eundem scio quondam Studiosum lucelli causa quædam ipsi Epigrammata offerentem, quibus aliena ex variis auctoribus hinc inde non sine plagio litterario manifesto corrasa, tanquam propria miscuerat, quamvis in iis aliqua etiam sua deprehendisset, tamen hominem, quem alius quisque non vulgari reprehensione castigasset, ne verbulo quidem contristasse, sed insuper etiam munusculo exhilaratum dimisisse. Sed vereor ne

hæc

hæc & similia plura Melanchthonianæ Communicationis (de qua vide Cl. *Thomasium* de plagio litterario §.200.& seqq.) documenta *Kirsteniana* commemorans, vel hoc ipso lædam eum, quem omni cultus ac observantiæ genere prosequi debeo, voloque. Ab eo, si desideratam mihi cum aliis unà doctis viris multis editionem omnium ipsius hactenus scriptorum elegantissimorum Carminum impetrare possem, haberet utique Respublica Litteraria quod æternum mihi deberet. Nunc illud etiam non possum non monere, Carmen unum ex Kirstenianis in commendationem publicæ Bibliothecæ nostræ Hamburgensis A. 1651. in folio, titulo *Memoria Bibliothecæ Hamburgensis*, hic excusum, à *Philippo Labbeo* Jesuita in Bibliotheca Bibliothecarum pag. 54. sine auctoris nomine in 4. quasi Catalogus Bibliothecæ illius esset, recenseri. Eundem invenio in *Catalogo Bibliothecæ Raphaelis Trichetti du Fresne*. Paris. 1662. in 4. excuso, inter librorum Indices. fol. oooo. 2. nomine auctoris non memorato, quod tamen ipsi poëmati præfixum est.

CCLXXXVIII. CARMEN hactenus *ineditum*, & ex stylo adjudicatum PAULINO, mireque ob elegantiam & nitorem celebratum, imò *egregium si non planè divinum monumentum* habitum, ab eruente illud ex tenebris *Casp. Barthio* vide sis in ejusdem adversar. comm. lib. 34. cap. 1.

CCLXXXIX. DIVOS TUTELARES diœcesis CRACOVIENSIS, *gratulantes ingressum in suam sedem Illustrißimo Domino Martino SZYSKOVVSKI Episcopo Cracoviensi*, Cracoviæ 1617. in fol. edito Carminum libro anonymo, exhibuit *Theophilus CRISTECUS Jesuita Polonus*, docente *Alegambe* p. 431.

CCXC. *DISTICHA Moralia Dionysii CATONIS*, vulgo satis & pueris nota, quomodo primitus auctorem habuerit ignotum, qui postea innotuerit, memorantem *Casp. Barthium* audire fuerit operæ pretium: Ejus hæc sunt ea de re verba lib. 24. adversar. cap. 4. *Quem scriptorem* Dionysium Catonem *ex membranis in Gallia repertis hodie eruditißimi Viri appellandum sanxerunt; is dudum admodum est cum ignotus fuit nomine, & simul quoque Juventuti propositus ad jungendam cum Latinitate sapientiam, quo officio hodie quoque fungitur. Vtrumque nos docet* Joannes Saresburiensis, *sive* Carnotensis *potius, qui ante annos jam ferè quingentos scripsit libro* VII. de Nugis Curial. cap. IX. *Cujus sunt verba*: In libello quoque quo parvuli initiantur, ut virtutis instructio, & usus teneris ebibitus annis facilè nequeat aboleri, quoniam & testa diutius servat odorem ejus, quo semel imbuta recens est, Ait vel *Cato* vel alius, nam auctor incertus est, Multa legas facito, perlectis perlege multa, &c. in Scholis quidem perlectum, docet

etiam *Mss. auctor Vitarum Philosophorum*, quem alibi laudamus. Et magna opinione sapientiæ fuisse, *Eulogius* libro primo Memorialis sanctorum, qui cum *Salomone* illum citat, & *Catonem Philosophum* appellat. Gratulandum ergo ævo nostro nomen suum optimum & Poetam & Sophum recepisse. vid. eundem l.21. c.21. ubi *versus est*, inquit, *Latinus, acutus, eruditus, facilis*. Hujusce nec *Vossium* in Poetis Latinis, *nec Lotichium* in Bibliotheca Poetica meminisse oppidò miror. *Frisius* in Bibl. Classica ad A. D.70. refert p.m. 6. vid. *Gesnerum* p.117 editionis Simlerianæ. Eum quis sit nondum satis constare viris summis patet ex variis eorundem in ipsum notis ac præfationibus. Ex iis notabo nunc solum *Josephi Scaligeri* duplex Judicium, quorum alterum extat Ausonianar.lect. lib.2.c.32. ubi *Dionysius Cato* inquit, *Poeta Gnomographus, Quisquis fuit ille, qui Disticha illa composuit, ita inscripsit illa, quia probitas Catonis, vel proverbio omnibus, nota erat. Probos enim homines & moribus probatissimis, illis temporibus Catones vocatos nemo ignorat*, alterum in notis ad ipsa hæcce Disticha legitur, ita definens: *Nos temporibus Commodi aut Severi recentiorem non credimus &c. Ego mihi conscius sum, multos gravissimos & doctissimos Viros non puduisse jam provectos ætate, hæc Disticha memoriter discere.*

CCXCI. *HECATOMBEN* seu *Oden novam de vanitate mundi*, centum strophis latinis, totidemque Germanicis absolutam, Monachii apud Nicolaum 1636. in 16. edidit nomine suo suppresso *Jacobus BALDE Jesuita Germanus*, Electoris Bavari Concionator, docente *Alegambe* p.193.

CCXCII. *Leoninum Carmen in hæreticos* divulgasse *Jacobum de CODT vel de COET Jesuitam Belgam*, non adjecto suo nomine. cui principium

Norma Ministrorum, seu simplex regula morum
Juxta iter errorum sine lege Reformatorum.

testatur *Alegambe* pag. 195. & ex eodem *Valerius Andreæ* p. 406. atque *Fr. Swertius* pag.359. uno ore illud *elegans & argutum* appellantes, quod sane lubenter unanimes adeo ipsos perhibuisse testimonium etiam de re non comperta, falsum credo, quandoquidem hisce verbis hæretici petebantur, non tam facile conspiraturi in eadem illa verba, si de Cardinali quodam aut sancto hypocritico Pontificio suis coloribus depingendo ageretur.

CCXCIII. *THEOCLIA LOJOLÆA* h.e. S. *Ignatii, Societatis Jesu fundatoris Epistola* VIII. *Elegiis absoluta*, qua mortales ad majorem Dei gloriam in omnibus procurandam adhortatur. Monachii formis Leyserianis 1634. in 12. publicavit, addiditque Præfationi initiales sui nominis Characteres J. B. *Joannes BISSELIUS Germanus Jesuita*, memorante *Alegambe* p.228. ubi &

CCXCIV.

CCXCIV. *MARIANUM CLIENTEM elegiis descriptum*, quem cum quarta editione recuderet, haccemodo memorata accessione, dignum patella operculum super imponens auxisse ibidem memoratur.

CCXCV. MARTIALEM Romæ 1608. in 8. & Lugduni 1618. in 16. excusum, aliosque *Poetas lascivos* expurgatos, ut legi ab adolescentibus citra noxam possint, nomine suo non expresso *Jesuitam Gallum Andream FRUSIUM* edidisse memorat *Alegambe* pag. 27. cujus intentionem sanè non possum non etiam hoc loco serio laudare. Nec enim impetrare possum â me ut cum patronis illis Petronianis, quorum adeò testimonia plus quam vellem numerosa variis ejusdem editionibus præfiguntur, unà faciam, & libidinosa ejusmodi scripta sine noxa legi posse credam.

Nam quod non suscitet inguen
Vox blanda & nequam,

ut satyræ Latinæ princeps rectè cecinit; cui ingenuè subscribit *Naso*, dum inter amoris remedia simul etiam hoc recenset

Teneros ne tange Poëtas,
submoveo dotes impius ipse meas.

Sane si, quemadmodum rectissime monent morum boni Magistri, libidinosæ cogitationes, imprimis juvenibus castam vitam & virginalem colentibus ex animo, non secus ac carbones igniti ex veste confestim absque mora sunt excutiendi: quis ferat ejusmodi lectionibus easdem excitari, foveri, nutriri? Et quid opus est verbis cum ipse Spiritus Sanctus per os *Pauli* Apostoli litem hanc optimè definiat, ubi inquit. 1. Cor. 15. v. 33. Μὴ πλανᾶσθε, φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί. *Nolite seduci, corrumpunt mores bonos colloquia prava*, adhibito ad hoc ipsum Ethnici *Menandri* trimetro, teste *Hieronymo* ad cap. 4. Epistolæ ad Galatas, εἰς τὸ παραζηλῶσαι, imo ad pudore afficiendum nos Christianos, qui sanè Spiritus sancti gratia peculiari instructi, quantum non debebamus ethnicis esse hac etiam in parte sanctiores! Idem Apostolus verò etiam iterato, (ne parvi momenti rem hancce visam illi credas,) monet emphaticè suis ipsius verbis. Ephes. 5. v. 3. πορνεία δὲ καὶ πᾶσα ἀκαθαρσία μηδὲ ὀνομαζέσθω ἐν ὑμῖν. *Scortatio vero & omnis impuritas ne quidem inter vos nominetur.* Cui dicto quomodo quæso probabunt se obedientes, qui peculiari studio phrases & voces obscœnas omnes conquisitas Juvenibus proponunt, in hoc genere sermonis eos eloquentes reddere studentes, in quo mutis

illis

illis esse, longè foret præstabilius. Sed hæc uti non hujusce sunt loci, sic omnibus credo piis & benè moratis etiam hic legisse non displicebit.

CCXCVI. *NABVCHODONOSOR in theatrum productus, in nuptiis Electoris Bavari cum Ferdinandi II. Imp. filia*, anno 1635. celebratis, ab *Andrea BRUNNER* Jesuita, nomine suo non expresso, publicatus est, testante *Alegambe* p. 26.

CCXCVII. *PANEGYRICVM Carmen Henrico Ottoni Fuggero, Vellere aureo donato*, cecinit, occultato suo nomine *Jacobus BALDE*, *Jesuita Germanus*, docente eodem *Alegambe* p. 193.

CCXCVIII. POEMATA plurima sine auctoris *Georgii STENGELII*, *Jesuitæ Germani* nomine publicata recensentur apud eundem pag. 159. hoc ordine

Carmen Epicum pro Roberto Card. Bellarmino, contra ejus impugnatores Ingolstadii 1605.

CCXCIX. *Epicum de S. Cruce*, ibidem 1606. in 4.

CCC. *Satyra in scientiarum contemptorem Lutherum*, ibidem eodem anno.

CCCI. *Carmen Eucharisticum, de Familiâ Austriacâ*, Oeniponti 1606. in 4.

CCCII. *Donarium Scipioni Marchioni Gonzagæ*, Ingolstadii 1606. in 4.

CCCIII. *Epitaphia & Lessus Jacobo Christophoro Blarero Episcopo Basileensi fundatori Collegii Bruntrutani*. Friburgi Helvetiorum 1608. in 4.

CCCIV. *Triumphus Veritatis*, ibidem 1609. in 4.

CCCV. *Ocelli Justitiæ poëticè descripti*, ibidem 1612. in 16.

CCCVI. *Galliambus de Peregrinatione Jerosolymitanâ*, ibidem 1613. in 4.

CCCVII. *Helicon Christianus, Illustrissimo Joanni Christophoro Episcopo Eystadiensi.*

CCCVIII. *Elegidion Episcopo & Capitulo Augustano 1616.*

CCCIX. *Flores sparsis super tumulum D. Stanulai Zborouski* Ingolstadii 1619. in 16. &c.

CCCX. *Corpus POETARVM* emaculavit, & ex eo chorum duplicem fecit cum sacrorum tum profanorum, auxitque *Museo Poetico & Rhetorico*, tacito suo nomine, Lugduni apud Ludovicum Mugnet. 1616. in 4. *Alexander FICHETVS Jesuita Sabaudus*, testante eodem *Alegambe* p. 12.

CCCXI. PROVERBIALIA *Carmina* seu *Loci communes sententiarum*, nominis sui litteris initialibus solis præfixis dedicationi, quomodò ediderit, & ab

ab *Hermanni Gembergii*, nescio cujus, invasione defenderit, *Bruno*, *SEIDELIUS*, refertur â V. Cl. *Jacobo Thomasio*, in doctissimo nuper edito de Plagio litterario scripto §.238. & 442.

CCCXII. *QUERULUS*, *Fabula Comica*, quem habeat auctorem, vide apud *Barthium* adversar. l.44. c.13. Ubi in hæc verba commentatur. *Auctorem Fabulæ, quæ, quoniam sola ea persona inibi regnat,* Queruli *nomen sortita est, nescimus vulgo. Alii nescio quem PLAUTIUM, nonnulli GILDASIUM* Britonem *faciunt. Ego verò* PLAUTUM, *reverâ nuncupatum arbitror, tum quod suadeat ratio ducta è MSS. qui auctorem hunc, ut cognominem M. Attico jungunt, tum quia â Vitali Gallico, qui eum Elegis transcripsit, non alio nomine censetur. Sunt verò & aliæ conjecturæ, quas fortasse etiam infra proferemus. Latinum autem & Theodosii ævo scribentem quod exinde faciunt, quia Rutilio inscribat hoc drama; ipsomet invito prius, posterius nulla omnino ratione faciunt, siquidem de priore constiterit. Constare autem ex ipsomet auctore posse existimo, qui initio Prologi barbarum sese & Latino Grajoque stylo oppositum eloquio facit, cum ait*: Pacem quietemque vobis spectatores nostras sermo poeticus rogat, qui Græcorum disciplinas ore narrat Barbaro, & Latinorum vetusta vestro recolit tempore. *Jam de Rutilio Numatiano, Viro summis honoribus functo & egregia eloquentia, alio omnino ævo fuisse, ut & loco existimo, qua de re alibi exactius. Hæc ipsa autem periodus non obscurè Christianismum hujus auctoris docet. Illa enim* (qui solus novit) *manifestò arguunt Deum verum, ut & quod non serio sese disputare, sed ut ludum jocumque mensis faciat, & adserere eadem & confutare. Quo animadverso iterum de Rutilio Numatiano conjectura nihili esse demonstratur. Is enim* quam *infestus nostræ Religionis affeclu fuerit, nemini ex itinerario ipsius obscurum esse puto.* Idem ante lib.4. c.17. pag.m.194. hisce verbis eandem citaverat fabulam: *Hujus generis* (nempe styli medii inter versum & prosam) *est Querulus, drama ad Aulularium Plauti compositum â* Gilda, *ut volunt sapiente, quod testamento* Sergii (de quo modo dixerat) *simile est, ut lac lacti.* Et cap.15. lib.28. Querulus *Drama semi Poeticum, si* Gildæ *sapientis Britanni est egregium & præstantem pietate auctorem habet, satuque veterem, cujus Vita in Bibliotheca Floriacensi edita ostendit, quantus Vir fuerit.* Item lib.30. cap.9. p.1406. *Invasit in nomen* Plautinum Querulus *fabula pro ævo suo ad phrasin non invenusta, modo aut perfecisset, aut non affectasset numeros, quos elumbes penitus corrupit, & iis se atque spes suas planè perdidit.* Vide prolixè *Vossium* de Poetis Latinis pag.59.

CCCXIII. *Templum Honoris â Romanis conditum, apertum virtute Ferdinandi III. nunc eidem Regi Romanorum coronato descriptum, dicatumque â Collegio Ra-*

tubonensi Soc. Jesu, Ingolstadii typis Gregorii Hænlini 1637. in 8. anonymum *Jacobum BALDE Jesuitam Germanum* etexisse auctor est *Alegambe* p.193.

De Vanitate Mundi Carmen vide supra *Hecatombe*.

CCCXIV. *Væ victis*, omnesque in eo libello, *Odas Horatianas*, nec non

CCCXV. *ODAS omnes LYRICAS*, quæ visuntur in prima editione *Amphitheatri honoris Clari Bonarscii*, de quo vide in *Pseudonymis* suo loco, scripsit nomine suo celato *Maximilianus HABBEQVIUS Jesuita Bruxellensis*, testibus *Alegambe* p.338. & *Valerio Andreæ* p. 664. Nam *Fr. Swertius* etiam hunc, ut alios multos auctores Belgas, planè omisit.

CAP. XI.

De *Scriptis Germanicis Anonymis detectis.*

THEOLOGICA.

CCCXVI.

Evangelische Kirchen Harmonie / das ist / der Hochheiligen Schrifft unterschiedene Texte und Worte; Welche von unsern gottseeligen Vorfahren / aus den Geschicht-Büchern der Evangelisten / und aus den Brieffen der Aposteln/so wol auch aus den Schrifften des Alten und ersten Bundes/ oder Testamentes / vor vielen hundert Jahren heraus gezogen und an gewissen Tagen des HErren / und der Festen/ in offentlichen Zusammenkunfften und Versamblungen / den Gemeinen der Christen jährlich vorzulesen und zu erklären / aus besonderer Andacht wolmeynendlich verordnet; Und von einem Liebhaber seines Liebesten HErren JEsu / und dessen heiligen Wortes / neulich übersehen / zusammen getragen / und mit schrifftmässiger Erklärung ausgeführet seynd. In der Fürstlichen Hof-Stadt zu Wolffenbüttel / drucketen / und verlegeten dieselbige Hans und Heinrich / die Sterne. Anno

en LIbros harMonIas VVlgat tIbI BrVnsVIgIVs DVX & ante aliquoties edita, quod sit Principis Serenissimi quondam, & (raro prohdolor omni ævo Principibus titulo) doctissimi, AUGUSTI Luneburgo-Brunsuicensis in Wolffenbüttel, notius est, quam ut à me debeat probari, cùm & effigies Principis, & Carmina gratulatoria præfixa editioni postremæ modo memoratæ in 4 idem abundè testentur. Elogium hujus Harmoniæ Principalis, ut illustre & magnificum, ita nihilominus verissimum legere est apud Amplifs. Dn. *Conringium* in Epistola ad Börneburgium de Bibliotheca Augusta pag.

pag. 155. & seqq. quod utut hic legi quoque merebatur, prolixius tamen est, quam ut huc adscribi hac vice possit.

CCCXVII. *CATECHISMUS ROMANUS* ex Concilii Tridentini decretis formatus, *Latinè* aliquoties editus prodiit, eum *Germanicè* quoque redditum â *Paulo HOFFÆO Jesuita Germano*, memorat *Aleg.* prolixè vitam ejus recitans p. 364. 365

CCCXVIII. DE COENA DOMINI Libellus *Germanicè* editus, absque auctoris nomine, inter *Thomæ ERASTI*, *Medici Helveti* libros censetur in Bibliotheca *Gesnero-Simleriana* pag. m. 661. de Eucharistico certamine illius cæteroqui, vide quæ retulimus supra c. 2. n. 37. ex *Melchiore Adami*

Michaelem LOSCHER Jesuitam Germanum etiam multorum anonymorum librorum huc pertinentium auctorem facit *Alegambe* p. 344. hisce verbis: Edidit tacito suo nomine translata Germanicè.

CCCXIX. *Instructionem pro iis, qui Sacramenta Confess. & communionis frequentant.*

CCCXX. *Lucæ* Pinelli *de perfectione Religiosa* lib. IV.

CCCXXI. Alphonsi Rodriguez *Tractatus* IV.

CCCXXII. Francisci Arias *de Mortificatione.*

CCCXXIII. *De Summo Bono, seu Felicitate æterna Compendiolum ex* Leonardo Lessio *desumptum.*

Scripsit vero suo ingenio, ediditque *Germanicè*, tacito item nomine

CCCXXIV. *Stimulum peccatoru* seu *Motiva XII. quibus ostendit, qua cura & studio quivis Christianus peccatum vitare, & ab eo se expedire debeat.*

CCCXXV. Tractatum, *de Integritate Confessionis.*

CCCXXVI. Tractatum, de *Indigna Communione.*

CCCXXVII. De *Communione sub utraque*, sub nomine *Theologorum Bavariæ*, Germanicum scriptum, cum esset editum, & â *Schmidelino* & *Cyriaco Spangenbergio* refutatum, mox justæ molis librum iisdem repositum esse, nomine non adscripto per *Paulum HOFFÆVM*, auctor est *Alegambe* p. 364.

CCCXXVIII. Etliche Glaubens-Artickel der Catholischen Kirchen/durch Fragen ausgelegt/Wien 1618. auctore nullo nominato, per *Jo. Baptistam LABBE Jesuitam Viennensem* conscriptos esse ex voluntate Cardinalis â Dieterist Stein/ memoratur ab *Alegambe* p. 224.

CCCXXIX. Einer Christlichen Stadt unterthänigste Antwort/auff das von Käyserl. Maj. überschicktes INTERIM, und ein Rathschlag der Prædicanten derselben Stadt 1548. in 4. prodiit etiam inter alios libros multos hac de re anonymos, tum temporis editos. Ejus Exemplari, quod penes me est, manu sua p. iii. Abavus meus *Eberhardus Moller* (Joachimi f. cujus & ipsius nomen

propria manu volumini eidem est præscriptum) Consul hujusce Civitatis, adscripsit. REGENSPURG, ut adeo Ratisbonensis esse Civitatis hoc Responsum atque Consilium, ex certa, quam habere facile tum temporis potuit, notitia testetur. Eo scripto summa humilitate observationem illius Interim dicta Civitas declinare conatur. Eodem volumine continetur.

CCCXXX. Bedencken auff das INTERIM von einem Hochgelehrten und Ehrwürdigen Herrn / einem Erbaren Rath seiner Obrigkeit ubermachet. 1548. cui non eadem manu, sed ipsius credo *Andreæ OSIANDRI Normbergensis*, nomen est præscriptum.

CCCXXXI. *Martini de ROA, de Statu Animarum in PURGATORIO* librum jam supra cap. 2. n. 107. memoratum, *Germanicum* fecit, additisque litteris initialibus sui nominis solis edi curavit. Znoimæ 1635. in 12. *Tobias ARNOLDUS Jesuita Moravus*, scribente *Alegambe* pag. 439.

CCCXXXII. *De SANCTIS ex omni hominum genere selectis* libellum *Germanicum* anonymum edidit *Michael SPEER Jesuita Germanus*, memorante eodem *Alegambe* p. 343.

CCCXXXIII. Geistlicher Streit / Anfänglich in Italiänischer Sprache geschrieben / hernachmals in viele andere / nun aber in der Hochdeutschen / durch R. P. Joseph â Theresin Carmeliter-Ordens-Priester / Franckfurt bey Johann Peter Zubrod / und Johann Schönweltens S. Erben / in 12. in Catalogo vernali, anni proximè præterlapsi legitur. Eum huc nondum allatum (quod Pontificius liber hic vendibilis haud fore Bibliopolis creditus fuit) eundem judico cum Latino, cui titulus: *Pugna Spiritualis*, Italicè scripta P. A. R. P. D. *Laurentio EUGULO* Hydrientino, Clerico Regulari, vulgo Theatino, *Anglicè*, *Belgicè*, *Cantabricè*, *Gallicè*, *Germanicè*, *Hispanicè*, *Indicè*, â diversis, novissime *Latinè* reddita ab *Olympio Masotto* Veronensi, Clerico item Regulari Lutet. Paris. 1664. in 12. ex cujus editionis præfatione, sæpius primò librum hunc, absque ulla auctoris (dum viveret præ humilitate nomen suum tegentis) mentione prodiisse legas, quarum etiam aliquas editiones in Bibliotheca sua Cisterciensi p. m. 117. *Carolus Visch* commemorat. Ipse Liber, si pontificios errores demas, ad vitam exercitatoriam (vox C. *Barthio* adversarior. lib. 57. c. 1. probata) tendentibus Christianis apprimè commendabilis. Vid. cap. 15. de Anonymis Italicis.

CCCXXXIV. Die süssen Todes-Gedancken / aus dem Frantzösischen des Jani Serre, Teutsch gemacht / durch B. M. V. O. Breslau 1658. in 12. [illegible] *Martini*

Martini OPITII von Boberfeld esse, *Geulerus* ex relatione impressionem procurantis Typographi dec.4. n.6. memoriæ consignatum reliquit.

CCCXXXV. Libellum, cui titulus: *PROVISION AL VIDIMUS*, seu *Rubricarum contra concionem, quam* Matthias Hoe *Prædicans Aulicus Electoris Saxoniæ, Lipsiæ habuit in Conventu Protestantium anno 1631.* quo demonstrat errores & Calumnias ab illo in Cæsarem & Catholicos effusas. Idiomate materno, tacito nomine scripsit *Joannes Erhardus* vel *Reinhardus* ZIEGLERUS *Germanus Iesuita*, referente totidem verbis *Alegambe* p. 238. v. plura in Pseudonymis ad nomen *Bedikovii*.

Huc pertinent etiam memorati superius c. 2. n.17. 25. 26. 27. 29. 73. 102 112. &c. libri latini, quorum versiones Germanicæ, sine auctorum mentione prodierunt.

JURIDICA.

CCCXXXVI. COMITIOLOGIA RATISBONENSIS de Anno 1654. Das ist/ was bey selbigem Reichstage zu Regenspurg. Item, was daneben bey der Wahl des Röm. Königs Ferdinandi IV. und dessen Crönung/ beydes in jure & facto anzumercken sich erzeiget hat. Sampt der Römischen Königlichen neuen Capitulation: Item unpassionirte Gedancken/ wider des Hippoliti de Lapide, von dem Hochlöblichsten Hause Oesterreich: von Reformirung des gantzen Römischen Reichs: Von Verwerffung des Käyserlichen Reichshoff-Raths: von Restringirung des Cammergerichts: von Restabilirung des vormahligen Regimenti Imperii, und über andere / in seinem/ de Ratione Status genanten Buch/ vorgestellte verdammliche Anschläge. Item, dienliche Annotata, über die Vornehmste in dem jüngsten Reichs-Abschiede/ de Anno 1654. beydes in Politischen und Justitz Sachen enthaltene Haupt-Puncte. Durch G.V.H. vom Adel/ aus M. Bremen 1657. in 4. Liber egregius est & imprimis commendandus iis, qui Juspublicum Imperii nostri cognoscere cupiunt. Eum laudat hinc inde *Burgoldensis* sive *Oldenburgerus* in suis ad Instrumentum pacis discursibus, nec non in Pandectis Jurispublici sive *Limnæo enucleato*. Et quidem in Disc. 12. partis primæ circa finem, auctorem unà detegit hisce verbis: *Opposuerunt se* Hippoliti *scripto* Sluterus, Stanlerus *&* *Auctor* Comitiologiæ Ratisbonensis *de anno 1564. quem credunt esse* Gottlieb von Hagen. *Sed ut verum fatear, illi in omnibus Hippolito non satisfaciunt, cautius omninò facturi, si* Hippoliti *consilia ad dejectum, respectu Imperatoris declinantia, medio quodammodo attemperassent, quàm*

nimium tribuendo Cæsari, jura statuum attenuassent cum Reinkingio, *ipsorum Antesignano.* Et paulò post, *Quod* Comitiologistam Ratisbonensem *attinet, quamvis multa egregia offerat, tamen nimio in Cæsarem affectu reliquis statibus non unô in loco præter fas aliquid detrahit, & propterea* Eitel Friederich von Heerden / *cujus liber columnam ac basin Imperii doctè repræsentans, ob auream Jurispublici mediocritatem omninò legi meretur, non una vice illum stringit.* Adde eund. part.3.disc.3. memb.1.p.30. part.2.verò disc.5.pag.41. *Eum cum aliis unà impugnantibus,* Hippolitum à Lapide *Amplissimo Domino* Slutero *nempe &* Stamlero *in Tr. de Reservatis Imperii, nugari potius aut adulari , quam ipsius rationes destruere deprehensos esse,* duriter nimis scriptum reliquit.

CCCXXXVII. Ein richtiger kurtzer und gewisser Weg wie diejenige so erst aus Schulen und Gymnasiis kommen solidam JURIS SCIENTIAM erlangen können / J. R. D. 1670. in 12. Auctorem habet *Matthæum* STIRIUM, cujus & *de Studio Juris* discursum , cum Tractatu *de Mutui natura, ex principiis Juris naturæ, &c.* Rudolphstadii 1663. excusum habemus, quem & adduxit aliquoties unà cum sua *de Judice disputatione Inaugurali.* Libellus iste Germanicus Hamburgi est excusus, ubi Auctor Doctoris *Lubberti* filiam duxit, ac inde cum ea Hanoveram concessit, ubi adhuc vivere, & praxin forensem Lectionibus privatis copulare memoratur ab inde adventantibus. Ab eodem etiam nuper adhuc accepimus libellos duos hisce titulis : *Officium Principis & Circuli Præfecti, vulgo* des Krais-Obristen / *nec non rerump. consiliariorumque circa Duces & officiales deligendos & lustrandos ; auctore* Matthæo Stirio J.U.L. Practico Hanoverensi Hanov.1672.12. Item *Officium Principis & Consiliariorum quodnam sit, antequam is læsus in judicio lædentem conveniat, vel legum auxilio cessante, quodnam illorum officium ante bellicam consultationem sit.* ibidem. quibus ex Aristotelicis Principiis à Dn. Affine meo *Jo. à Felden* supra laudato illustratis ac elaboratis, aliqua deducere circa hasce materias allaboravit, de quibus judicium penes Lectorem esto.

CCCXXXVIII. Chur-Pfältzisches MANIFEST A. 1639. in folio Germanice publicatum idem est cum eo, quod c.3. n.132. memoravimus *Joannis Joachimi à* RUSDORF , ei oppositum fuit *Antimanifestum* Bavaricum, & huic *Manifestatio AntiManifesti,* illiq; iterum *Antimanifestatio* Bavarica 1641. in 4. Germanice excusa.

CCCXXXIX. Historischer Bericht von der Heil. Römischen Reichs Vogteyen / Stadgard 1655.4. De ejus auctore sic *Oldenburger* seu *Burgoldensis*

sis ad Instr. Pac. part.1. disc.21. §.17. pag.392. & 393. *De pratura hac, quâ nomine Cæsaris gubernatæ urbes, vide præclarum scriptum, cui titul.* Historischer Bericht von des Reichs-Vogteyen/ *cujus auctorem constat esse* Danielem HEIDERUM, *Virum Germanicarum rerum peritißimum, Consiliarium Lindaviensem, contra quem prodiit aliud scriptum, cui tit.* Refutation des Reichs-Voigts/ *Apologetico scripto alio* Heideri *dudum jugulatum; quæ verba jam ante me quoque ex eodem excerpsit* Geisler. dec.4. n.1.

CCCXL. Allgemeines Völcker-Recht/ wie auch allgemeines Urthel und Ausspruch aller Völcker 1666. Franckfurt. Vid. supra c.3 n.127.

MISCELLANEA.

CCCXLI. ACERRA PHILOLOGICA, Das ist/ vier Hundert auserlesene/ nützliche/ lustige und denckwürdige Historien und Discursen, aus den berühmtesten Griechischen und Lateinischen Scribenten zusammen gebracht/ rc. Leipzig 1 47. in 8. & alias alibi, in eadem ac minori forma aliquoties editæ, non sine mutatione aliqua, diu nomine auctoris dissimulato, quod tamen posteriores editiones *Petri LAURENBERGII. Rostochiensis*, de quo supra c.4. egimus, prodiderunt, notante hoc etiam *Geislero* dec.5.n.4.

CCCXLII. *EMIGRATIONEM Prædicantium Heidelbergensium*, Germanicè nomine suppresso scriptam editamque à *Joanne BIEGEISEN Germano* Jesuita scribit *Alegambe* p.228.

CCCXLIII. Vier Hundert Fragen von allerhand Materien / sive Centurias IV. Variarum Quæstionum Germanicè A.1661. in 8. editas Ulmæ, *Martino ZEILERO*, Viro scriptis aliis plurimis noto, vindicat ex J.G. *Schottelii* libro Germanico, cui titulus: von der Teutschen Haupt-Sprache. lib.5. tract.4. pag.1179. *Geislerus* dec.1. n.6.

CCCXLIV. Froschmäuseler / von der Mäusen und Fröschen wunderlicher Hoffhaltung. Magdeb.1595. in 4. & ibidem 1608. in 8. præfixo joculari nomine Marx hüpff ins Holtz von Mäusebach / der jungen Fröschen Fürsinger/ und Calmäuser im alten Meschenwigk/ rc. nec non Lips. 1637. in 8. liber omninò ingeniosissimus ad imitationem Batrachomyomachiæ Homericæ, de Imperii nostri politico & Ecclesiastico statu multa arguté per saturam stringit. Eum *Georgio* Rollenhagen / tribuit ex *Philandro* à Sittwald auctor anonymus præfationis Germanicæ editionis Rostochiensi. 1650. in 8. des

Rei-

Reinecken-Fuchses/præfixæ, nec non *Burgoldensis* ad Instr. Pacis, part. I. disc. I. §. 16. pag 12. Equidem *Gabrielis* Rollenhagen/ memorantur apud *Draudium* Bibliothecæ Germanicæ pag. m. 623. sub tit. Kurtzweiliger Gedichten und Geschichten Vier Bücher wunderbarlicher/bishero unerhörter und unglaublicher Indianischer Reisen/durch die Lufft/Wasser/Land/Höll/ Paradeis und den Himmel/beschrieben von dem grossen Alexander, Plinio, Luciano, und S. Brandano aus Griechisch- und Lateinischer Sprache verteutscht/ Stettin in 4. 1651. Qui an idem sit cum hocce *Georgio* nostro, nunc non definiverim: De ipso ejusque Poemate plura vide apud eundem *Oldenburgerum* sub nomine *Francisci Irenici* in subjecto, additamentis ad suos discursus in Instrumentum Pacis, sub nomine Collegii in Burgoldensem editis, Indiculo Auctorum, ubi pag. 63. ita scribit: Froschmauseler, *Auctor ejus est* Georgius Rollenhagius, *Gymnasii veteris Magdeburgensis Scholarcha quondam non illaudatus; ingenioso, non satis scriptum, non sine moralibus ex* Homero *mutuatum.* Joan. Mich. Moscherosch *in præfat. ad* Georg Gumpelzhaimeri *Gymnasma de exercitiis Academicis.* Gryphiand. l. I. Sect. leg. c. I. n. 51. Der Sinn- und Lehrreiche Froschmäuseler. *Zeiller*. Ep. 516. quos vide si lubet.

CCCXLV. Freund in der Noth/ 1658. in 12. absque auctore prodiit, Eum libellum pro suo agnoscit p. m. *Joh. Balthasar SCHUPPIUS* SS. Theol. Doctor & Pastor hic ad D. Jacobi, in libello alio cui titulum fecit Ehrenrettung. v. operum ejus in 8. recusorum pag. 221. & 625.

CCCXLVI. Catechismus / oder gründlicher Bericht von der Lehre und Leben der Jesuiten. Erstlich in Frantzösischer Sprache beschrieben/ nun aber aus gutherziger Meynung männiglich zu Nutzen/ verteutscht. Gedruckt zu Freystadt/ im Jahr 1603. in 8. de quo v. in Gallicis cap. 14. n. 438.

CCCXLVII. Summam Constitutionem & *Regulas Communes societatis JESU* vertit Germanicè, vulgavitque, nomen suum haud professus *Ferdinandus ALBERTUS* Jesuita Tirolensis, teste *Alegambe* pag. 109. v. supra c. 2. n. 52.

CCCXLVIII. Jesuiter-Latein / das ist/ Ausbund etlicher unChristlichen Lehren / der Jesuiten und andern Päbstler. Wittenberg bey Paul Helwig 1608. in 4. Liber hic anonymus cum aliis nonnullis ab Illustri JCto, *Petro DENAISIO* profectus asseritur à *Melchiore Adami* in vitis JCtorum Germanorum pag. m. 447. Sed non possum, quin ipsa verba *Melchioris* huc adscribam, merentia sanè ut & hic legantur. *Scripsit*, inquit, Denaisius *& Theologica nonnulla; ut Libellum vernaculum, cui titulum fecit* Jesuiter Latein: *Item* Dissertatio-

nem

nem de Idolo Hallensi *contra* Lipsium. *Præter istos multa dicitur tum Politica, tum alia scripsisse & edidisse: sed sine nominis sui appositione. Nec enim ita fuit Auceps famæ, quamvis ea dignißimus, ut hac ætate permulti; qui omnibus modis nominis sui gloriam ex vulgi opinione, ac sæpe laureolam in mustaceo, ut dicitur, quærunt. Ita etiam depingi se nunquam est passus: nec Epitaphium sibi poni ullum jußit: nugas & vanitates ejusmodi appellando.*

CCCXLIX. RELATION aus dem PARNASSO, welche Mercurius einbracht von Verfolgung des Antenors, &c. Wolffenbüttel.12.1658.elt. *Joh. Balthasaris SCHUPPII* p.m. Doctoris SS. Theol. & Pastoris ad D. Jacobi, in cujus operibus conjunctim recusis in 8. etiam extat p. 564. & seqq. ejusdem alia, quæ primum anonyma prodiere vide in der Zugabe operibus illis adjuncta.

CCCL. Reinke Fuchs / das ist ein schön und nutzliches Gedichte voll Weißheit / guter Lehre und lustigen Exempeln / primo Rostochii 1522. 1592. 1616. deinde alibi sæpius modo superioris, modo inferioris Saxoniæ Dialecto recusus liber v.gr. Hamb. 1604. in 4. Francofurt. 1608. in 8. Rostoch. 1650. in 8. prodiit, in cujus editionis ultimæ præfatione verbis hisce auctor illius scripti plenè detegitur. Dasselbige Buch aber hat ein gelehrter / scharffsinniger / Weltweiser Sachse gemacht / mit Nahmen *Nicolaus* Baumann / beym Ursprung des Wäser-Strohms bürtig. Dieser als er bey dem Hertzogen zu Jülich eine zeitlang in der Cantzeley für einen Secretarien gedienet / durch die Fuchsschwäntzer böslich hintergangen / und in Ungnaden gebracht ward / daß er sich mit grosser Gefahr von dannen an den Meckelburgischen Hoff begeben muste / da er dann auch hinwiederümb Hertzog Magnuslen Secretarius und lieber Mann worden / hat er aus sein selbsterfahrung den Reinken Fuchs / als wen der im Hertzogthum Jülich also ergangen wäre / weislich beschrieben / und dem Buchdrucker zu Rostogk / Ludowigen Dietzen / welcher ein Oberländer von Speyer / und ein guter Reimer war / verehret. Derselbe hat die Glossen / aus andern Reim-Büchern dazu gesetzt / und also im Jahr 1522. als wenns zuvor ein altes Frantzösisches Werck gewesen / in den Druck gegeben / ꝛc. Er setzet noch hinbey / daß dieses Buch so wol von Gelehrten und Ungelehrten mit Fleis gelesen / und sey hernach der Baumann zu Rostogk in St. Jacobs Kirchen ehrlich begraben worden. Dieß von dem Reinken ergangenes Gezeugnüs kan an statt Tausenden seyn / weil es so wol von einem Klugen / als in gleichen Wercken berühmten Mann herrühret. v. in *Pseudonymis Ludovicum Romanum.*

CCCLI. Reiß-Kunst D. J. J. seu Libellum de Geometria Germani-

cum, edi cœptum in 4. nec absolutum, quo Empirica Geometria Jungiana Germanicè redditur, vocibus ad hoc multis excogitatis. auctorem habere Doctorem *Joachimum JUNGIUM* p.m. Rectorem Gymnasii Scholæque publicæ nostræ, supra laudem omnem optimè meritum, accepi ex sæpius laudato Dn. *Martino Fogelio* Ph. ac Med. Doctore, Amico meo singulari, cujus etiam beneficio contigit videre mihi artificiosissimæ & ingeniosissimæ versionis illius partem aliquam quaternionibus quatuor constantem, quam absolvi ea quâ cœpta est accuratione ac dexteritate, optandum esset.

CCCLII. Schmiede des Politischen Glücks/ Hamb. 1664. in 12. *Christiani Gothofredi BESSEL* Hamburgensis olim Cancellarii esse, ex amici relatione docuit *Geulerus* dec. 1. n. 5. Id quod verum esse nova editio â morte auctoris ibidem eadem forma publicata confirmavit, cui cognomen ipsum auctoris est præfixum, & adjecti tractatus alii duo nimirum

1. Des Wohlgebornen und Semper-Freyen Herren zum Limburg/ &c. Thesaurus Paternus.

2. Und dann William Cecill, Freyherren von Burgley heilsame Lehren/ an seinen Sohn gerichtet/ quibus libris præcepta aulica non adspernanda continentur.

CCCLIII. Der Teutsche SECRETARIUS, Noriberg. 1656. in 8. & ibidem iterum alterâ parte auctior recusus debetur politissimo & modestissimo calamo *Georgii Philippi HARSDORFFERI*; utut nomen hoc ne recentibus quidem exemplaribus adscribatur. *J. G. Schottelii* Haupt-Sprache lib. 5. tract. 4. p. 1176. verba sunt Domini *Geuleri* dec. 5. n. 5. Idem confirmat *Georg.* Neumarck cap. 12. pag. 464. des Palmbaums/ quo Frugiferæ Societatis scripta recensentur.

CCCLIV. Die verteutschte STRATONICA. Amsterd. 1666. in 12. J. L. V. A. Eam *Johannæ Laurentiæ* von Adlerhelm filiæ Consulis Lipsiensis deberi, effigies ejus & alia plurima innuunt, ac testimonium Professoris Lipsiensis Consultissimi Domini *Geuleri* dec. 4. n. 2. Ipsa versio, quemadmodum dialecto Misnica Germaniæ totius suavissima commendabilis, ita constructionibus vitiosis quandoque Grammaticæ præcepta violantibus (v. gr. mich pro mir/ & similibus) mendosa, magis autem ipso argumento incestuoso, nec virgine satis digno, multis viris summis illaudata mansit, non minus ac ipsius præfationis verba fiduciam sui forte nimiam arguentia. Ich weiß daß ich viel Tadeler haben/ aber sie alle verachten werden. Extat etiam *Angelicæ Scaramucciæ* Tragico Comœdia Italicè Venetiis 1616. in 12. de qua *Leonem Allatium* Apum Ur-

banar.

banar. pag. 38. prosaica vero narratio est *Lucæ Assarini 1636.* in Macerata. 12.

CCCLV. Theuerdanck Liber est Poeticus, in quo versibus Teutonicis emblematicè describitur vita Maximiliani Austriaci Imperatoris Romano Germanici, qui Friderico III. parenti suo successit. A. 1494. Personis quasi Comicis curiositate & Invidia repræsentatis, quas Imperator sua prudentia vel vicerit vel vitaverit; describente sic librum illum rarissimum & paucis notum *Tobia Wagnero* Instit. Histor. l. 7. c. 8. p. 596. quem citavit etiam *Geulerus* dec. 2. n. 1. sibi quoque librum eundem nondum visum esse fatens, & modo laudato *Wagnero MAXIMILIANI* ipsius esse accredens. Qua de re aliter nos sentire facit *Zeilerus* part 2. de Histor. Chronol. & Geogr. pag. m. 209. ita scribens: *Historia de rebus gestis Maximiliani I. Imp.* Theuerdanck / *vocata* à Simono *Schardio*, Jo. *Bertelio*, & Gerh. Jo. *Vossio* (quem lib. 3. c. 10. pr. p. 639. de Hist. Latinis vide hoc scriptum Historicis Latinis annumerantem, licet ipse fateatur, se nescire, quâ linguâ sit scriptum) *ipsi* Maximiliano *adscribitur*. Reinerus Reineccius *præfat. tom. prior. de familiis, aggressum eum scribere ait.* *At* Cyriacus Spangenberg. *part. 2. Specul: Nobil. lib 11. cap. 48. p. 268. a.* & Jo. Christoph. Oelhafen, *in orat. quadam anno 1623. Altorffii habita, Autorem hujus libri dicunt fuisse Melchiorem PFINTZING, Præpositum ad D. Sebaldum*, Norimbergæ Clavis hujusce poematis extat in Germanico libro, cui titulus; Sebastian Francken von Word / Chronick aller nahmhafftigen und Gedächtnüs-würdigsten / geistlichen und weltlichen Sachen und Handlungen von Anbegin der Welt / 2c. bis auffs Jahr Christi 1585. Basel 1565 fol. Hæc scripseram cum ipse nondum librum hunc vidissem, cujus nunc nactus sum exemplar, titulum habens, Die Geuerlicheiten vnd eins Theils der Geschichten des löblichen streitbaren vnd hochberühmten Helds und Ritters Tewerdanckhs. Eum sequitur dedicatoria Epistola brevis ad Carolum V. Imperatorem, data Norimbergæ Kal. Mart. 1517. cui subscriptum est nomen hac formula. Ew. Königlichen Mayestat demütigister Capplan Melchior Pfintzing zu Sant Alban bey Meyntz / und Sand Seebold zu Nürmberg Probst. In eadem hisce verbis semet ipsum auctorem illius scripti profitentis, Fürgenommen Ew. Küniglichen Mayestat zu Ergetzlichait / Nutz und Eere eines löblichen Teuren und hochberühmten Helds und Ritters / mit Nahmen Herr Tewerdanckh Geschicht / Historien und Gethatten (die ich den maysten Thayl gesehen / und von glaubhafften Personen die in Gegenwertigkeit gewesen seyn / gehört hab) in Form / Mas und Weis des Heldenpüches /

(als vormalen durch viel beschehen ist) in verporgener Gestalt zu beschreiben/ꝛc. Ipse liber in folio typis magnificis antiquis expressus absque loci & temporis mentione, continet descriptionem vitæ Maximiliani I. Imperatoris, descriptam versibus germanicis brevibus, & repræsentatione facta ætatum ipsius & studiorum, virtutum atque errorum sub nominibus atque personis fictis, quarum explicatio postmodum est ipsi operi subjecta. Extat autem & alia mihi visa editio Francof. 1563. in folio recusa, cui quidam Burcardus Waldis in dedicatione fatetur se addidisse versus aliquos & substituisse, quod factum sanè probare non possum.

CCCLVI. VERIDICUS GERMANICUS liber Germanicus, continens *iter Archiducis Austriæ Leopoldi in Italiam*, editus auctore silentio involuto, debetur *Gulielmo* FEDERLE *Jesuitæ Germano*, Comiti illius itineris, uti memoriæ proditum reliquit *Alegambe* pag. 169.

CCCLVII. VITA IGNATII *Loyolæ*, fundatoris Jesuiticæ Sectæ, à *Petro Ribadeneira* Jesuita Hispano, *Hispanicè* scripta fuerat, quam Germanicè reddidit ediditque, nomen suum haud nominans *Ferdinandus* ALBERTUS *Jesuita Tirolensis*, docente *Alegambe* p. 109.

CCCLVIII. VITAM JOANNIS DEI, Institutoris Ordinis fontium Misericordiæ, ex *Latino* Andreæ *Cobavii* Germanicam fecit, edique nomine suo non adjecto passus est, Viennæ 1636. *Guilielmus* SCHIEHEL *Jesuita Germanus*, uti refert idem *Alegambe* p. 175 v. supra c. 5. n.

CCCLIX. *Vitam Serenissimæ Reginæ* MAGDALENÆ *Austriacæ*, filiæ Ferdinandi I. Imperatoris, Institutricis sacri Parthenonis Halæ ad Oenum. cui adjunxit.

CCCLX. VITAS *Serenissimarum* REGINARUM SORORUM *ipsius, Helenæ & Margarethæ*. & obiter nonnulla de Serenissimis Archiducibus Maria Christierna, & Eleonora, filiabus Serenissimi Caroli Archiducis; Sororibus Ferdinandi II. Imperatoris, quæ in eo Parthenone religiosè vixerunt: Oeniponti in 12. 1625. edidit Germanicè tacito suo nomine *Egolphus* ALTHEER *Jesuita Germanus*, docente iterum *Alegambe* p. 100.

Huc referri debent etiam quotquot ex superius c. 5. & seqq. commemoratis latinis anonymis Germanicè versi prodierunt.

Pertinent huc etiam auctores plurimi inclytæ SOCIETATIS FRUGIFERÆ, die Mitglieder der Hochlöbl. fruchtbringenden Gesellschafft / qui plerumque sub nominibus adoptivis scribere solent, quorum omnium interpretationem

nem habes apud *Georgium* Neumarck / qui ſub nomine des Sproſſenden nobis dedit, den neuſproſſenden teutſchen Palmbaum / Nürnberg in 8. quorum omnium ſcripta huc referre, nunc inſtituti ratio non patitur. Vide præcipuè cap. 12. illius libri, quo ſcripta publicata ab inclytæ illius Societatis membris pleraque recenſentur.

CAP. XII.

De Scriptis Belgicis Anonymis detectis
THEOLOGICA.

CCCLXI.

ANIMARUM *purgatorii commemoratio*, Flandricè à Jeſuita Belga *Jodoco* ANDRIES prodita, ſine auctoris nomine, refertur inter ejus ſcripta apud *Alegamben* p. 280. quorum pleraque cum hoc unà præteriit *Valerius Andreæ* pag. 588. ipſum auctorem [illegible]nè ſiluit *Swertius*: cujus anonyma plura commemoravimus ſupra cap. [illegible] n. 15 17. 25. 43. 68. 83. 85. 87. 90. 91. 92. 98. 99. Ejuſdem ab *Alegambe* memorantur Flandrica ſequentia.

CCCLXII. BRUGÆ MARIANÆ. Brugis 1634.

CCCLXIII. *Brevis exercitatio ad promovendum duodecim ſtellarum* DEIPARÆ. Gandavi &c.

CCCLXIV. *APOLOGIAM pro B. Virgine* ASPRICOLLI Gallicè & Flandricè tacito utrobique ſuo nomine ſcripſiſſe memoratur *Nicolaus* BOONARTIUS *Belga Jeſuita* ab *Alegambe* p. 251. & *Valer. Andreæ* pag. 680. nec non *Fr. Swertio* pag. 572.

CCCLXV. *CLYPEUM inexpugnabilem*, continentem Methodum diſputandi cum Hæreticis, ex Methodo Veroniana Hollandicæ Eccleſiæ accommodatâ, edidit abſque ſui nominis confeſſione, lingua Flandrica, *Petrus* MAILLART, *Jeſuita Belga*, teſte *Alegambe* p. 386. alia inſuper ejuſdem auctoris memorante, quem & *Valerius Andreæ* & *Swertius* omiſerunt.

CCCLXVI. *MARIA Mater Miſericordiæ, Advocata fidelium animarum* Bruxellæ 1638. in 16. à ſuperſtitioſo *Jeſuita Flandrico* anonymo libello producta eſt, docente eodem *Alegambe*. p. 176.

CCCLXVII. Multa *OPUSCULA pro conſervanda fide*, contra hæreticos (Pontificiis putatos) Item

CCCLXVIII. *PARADISUM Voluptatis* Antvverpiæ 1630. absque sui nominis mentione typis vulgasse *Augustinum* von *TETLIGEM Jesuitam Belgam* memoriæ proditum reliquit idem *Alegambe* pag.51. quem auctorem omittunt itidem *Valerius Andreas* & *Fr. Svveertius*.

CCCLXIX. VSVS & utilitas SVFFRAGIORVM, quæ laudabili consuetudine in multis congregationibus quot mensibus distribuuntur. Antvverp.1633 in 16. anonymo Libello descripta per *Richardum* van der *STERKEN, Jesuitam Belgam.* memorante *Alegambe* p.408.

Huc pertinent ex cap.2. num. 17.25.68.83.85.87.91.92.&c.& ex cap.10.& 14. aliqua.

JURIDICUM.

CCCLXX. *De PAPAGAT*, id est, *Psittacus.* hoc titulo inscriptum librum anonymum, continentem varias formulas, quibus in litibus forensibus & Processibus Belgæ utuntur, edidit *Simon van ALPHEN*, teste *Waessenaer*, in libro Belgico ejus generis alio cui titulus: *Maniere van Procederen* cap.4.§.43.

MISCELLANEA.

CCCLXXI. *AANVVTSING der heilsame POLITIKE GRONDEN en maximen van de Republike van Holland en Weest-Vriesland*, tot Leiden en Rotterdam by Hakkens. Anno 1669. in 4. & in 8. 1671. recusus Liber, ut multa egregia continens, ita merito in præfatione excusans multa, quæ Celsissimo Principi Aurantiæ displicitura prævidebat Autor. Ejus quasi Breviarium est.

CCCLXXII. INTEREST VAN HOLLAND, ofte *gronden van Hollands Welvaren Aangevvezen door*. V.D.H. Amsterdam 1662. in 12. Hi duo Libri ut & alius cui titulus:

CCCLXXIII. CONSIDERATIEN en EXEMPLEN van Staat, omtrent de Fundamenten van allerley Regeringe, beschreeven door V. H. Amsterdam 1666. in 8. Nec non quartus inscriptus.

CCCLXXIV. POLITIK DISCOURSEN &c. door D C. Amsterdam 1662. in 8. Omnes sunt ejusdem auctoris *de la COVR*, sive *van HOVEN*, aut *van den HOVE* nominati, primo Lugduni Batavorum, deinde Amstelodami degentis, quem instinctu maxime Johannis de Witt, pensionarii olim Hollandiæ scripta hæc confecisse, ut alioqui Politicam experientiam non vulgarem, ita ani-

inum

mum in Principem haud satis æquum sapientia cognitum sibi ex fama publica, cum alii narravere, tum laudatus alias Dn. *Gottfried Mellem*, Ph.& Med. Doctor & Consiliarius Medicusque Palatino Neoburgicus, Amicus meus singularis per literas mihi significavit.

CAP. XIII.

De Libris Anglicis Anonymis detectis.

CCCLXXV.

P*RÆPARATIONEM ad fructuosè administranda Pœnitentiæ & Eucharistiæ sacramenta*, Anglicè *Hispanicèque* scriptam absque nominis sui adjectione per *Josephum* CRESVVELLVM *Jesuitam Anglum*, memorat *Alegambe* p. 285.

RELIGIO MEDICI, quis liber sit, & quomodo primo Anglicè prodierit, auctoremque habeat Thomam Brovvne vid. supra cap.2 n. 102.

Robertum PERSONIVM *Anglum Jesuitam* Anglicè scripsisse pleraque suppresso nomine, refert Alegambe, pag. 415. Enarratque sequentia.

CCCLXXVI. *Detectionem Joannis Nicolai Cambrobritanni, qui se Jesuitam simulabat, paratum renunciare Ecclesiæ* lib.1. Lovanii 1592.

CCCLXXVII. *Caussam adventus sui in messem Anglicanam, & certamen per disputationes Protestantibus oblatum.*

CCCLXXVIII. *Censuram in libros Charki & Hammeri, Ministrorum contra præcedens scriptum editos*, Londini 1581.

CCCLXXIX. *Defensionem dictæ Censuræ*, ibidem 1582.

CCCLXXX. *Directorium hominis Christiani, vulgò dictum Resolutionem*, quo nihil vidit Lingua Anglicana ad excitandam pietatem aptius, aut quoad stylum ornatius, Lovanii, Duaci, Audomari 1585.

CCCLXXXI. *Contra Librum Francisci Hastingi Equitis Aurati*, Antvverpiæ 1599.

CCCLXXXII. *Modestam admonitionem ad eundem Hastingum Equitem*, Antvverpiæ 1600. in 8.

CCCLXXXIII. *De Peregrinatione* lib.1. in 12.

CCCLXXXIV. *De tribus Angliæ conversionibus* lib.1. Audomari 1603.

CCCLXXXV. *Contra primam partem Calendarii Foxii* lib.1, Audom. 1604. in 8.

386. *Contra*

CCCLXXXVI. *Contra secundam partem Calendarii Foxiani*, Audom. 1604. in 8.

CCCLXXXVII. *Relationem colloquii habiti inter Episcopum Ebroicensem, & Philippum Plessæum, coram Rege Galliæ*, Audom. 1604. in 8.

CCCLXXXVIII. *De X. Disputationibus publicis Oxonii, sub Edoardo VI. Rege Angliæ habitis.* Audomari 1604. in 8. quæ duo opera prodierunt annexa duabus partibus Calendarii Foxiani.

CCCLXXXIX. *Apologiam pro Archipræsbytero, seu Hierarchia Ecclesiastica per Clementem VIII. in Anglia Instituta*, Audomari 1601.

CCCXC. *Manifestationem diversorum Spirituum.*

CCCXCI. *Contra Edoardum Coquum, Advocatum Regium in Anglia.* Audomari 1606.

CCCXCII. *Tractatum de mitigatione erga Catholicos in Anglia, contra Mortonum Ministrum Calvinianum.* lib. III. 1607. in 4.

CCCXCIII. *Defensionem ejusdem Tractatus, contra Mortonum.* Audomari 1609. in 4.

CCCXCIV. *Judicium cujusdam Viri Catholici, de Apologia Jacobi Regis Angliæ pro juramento fidelitatis.* Audomari 1608. in 4.

CCCXCV. *Contra Brarloum Pseudo-Episcopum Lincolniensem circa juramentum fidelitatis.* Prodiit posthumus, Audomari 1612.

Robertus SOUTHUUELLUS *Jesuita* itidem *Anglus* scripsit, teste eodem *Alegambe* pag. 416. materna lingua: cujus elegantiam (verba sunt Alegambes) tum prosâ, tum versu mirificè assecutus est, pleraque, si non omnia, suppresso suo nomine

CCCXCVI. *Solatium Catholicorum in Vinculis pro Christi fide existentium.* Londini, Audomari & alibi.

CCCXCVII. *Supplicationem ad Elizabetham Reginam, pro Catholicis,* Londini 1593.

CCCXCVIII. *Regulas bonæ vitæ, cum Epistola ad Patrem suum*, Audomari, Duaci sæpius.

CCCXCIX. *Querimoniam S. Petri, versu eleganti*, Londini, Audomari & alibi.

CCCC. *Lachrymas S. Mariæ Magdalenæ, ad sepulchrum Christi oratione soluta*, sed tersa, Londini, Duaci.

CDI. *Trium-*

CDI. *Triumphum mortis, oratione soluta, ad illustrissimam Savildianam familiam.*

CDII. *Poëmata varia de mysteriis vitæ Christi, & aliis.*

CDIII. Liber Anglico Idiomate scriptus, cui titulus OCCASIONAL REFLECTIONS *Vpon several subjects*, id est, *Meditationes subitaneæ, occasione diversarum rerum fortuito oblatarum institutæ*, quales etiam Latino idiomate nuperrimè excusæ prodierunt alterius Angli *Josephi Hallii* Episcopi laudati ab hoc nostro Anonymo *Roberto BOYLE*, auctore *Physicarum observationum* editarum plurimarum, à quo Juvene adhuc conscriptum hunc libellum fuisse, ex ipsiusmet ore per p. m. Dn. *Matthiam Paisenium* Med. Doctorem supra laudatum cognovi, postquam ipsius libelli dissertatio tertia, sectionis ultimæ pag.m.199. jam ante legenti mihi suspicionem hac de re movisset.

Huc pertinent ex cap. 2. n. 54. 92. &c.

CAP. XIV.

De *Libris Gallicis Anonymis detectis.*

THEOLOGICI.

CDIV.

CATECHISMUS seu *Summarium Doctrinæ Christianæ* in III. partes divisum, quod auctoritate Lucæ Brugensis, Vicarii Audomarensis editum, passim docetur, in Flandricam quoque, linguam translatum: nec non

CDV. EXERCITIA Sodalitatis Huensis, absque sui nominis mentione lingua Gallica vulgasse narratur *Martinus COVREVR Jesuita Belga* ab *Alegambe* pag. 326. Priorem librum etiam *Valerius Andreæ* pag. 648. huic auctori adscribit, nil addens tamen de nominis occultatione, posteriorem verò planè silentio prætermittit, fortasse tunc nondum publicatum, quandoquidem ipsum adhuc hodieque vivere scripsit Alegambe anno 1643. modo non hoc etiam, quemadmodum alia multa ex *Ribadeneiræ* Catalogo, illi editioni quidem, non autem huic etiam quadrantia, per incuriam sit retentum.

CDVI. Les ETCETERA *du Plessis Mornay Caluiniste* librum Gallicum, ea quæ *de Eucharistia* scripserat *Mornæus* libro satis spisso, refu-

refutare satagentem, edidit nomine suo non adjecto *Jesuita Gallus*, *Joannes BORDESIUS* Burdegalensis, teste *Alegambe* pag. 229. & 449.

CDVII. *Breviarium* sive *Praxin legendi utiliter HORAS, maxime pro DD. Canonistis & Monialibus linguæ Latinæ ignaris* Gallicè, nomen suum tacens, edidit *Lambertus MOLÆUS Jesuita Leodiensis*, neque *Valerio Andreæ*, neque *Fr. Swertio* memoratus, sed ab *Alegambe*, pag. 294. hoc solo nomine scriptores inter Jesuitas relatus.

CDVIII. *L' INTEREST de l' EGLISE au Regard de l'aage, des suffisances, & qualités requises en ceux qui sont employés pour son service; soit en cette haute, & digne charge du St. Ministere; soit en une de ses plus nobles, & plus importantes functions, de prêcher la parole de Dieu. Considerations sur le grand desordre de nôtre pratique ordinaire à cet égard, & ouvertures d' expediants pour y porter remede.* M. DC. LXIII. in 8. un livre fort judicieusement ecrit, dont l'autheur est. *Fran ou Adolph BELANGER Parisien, Docteur en Medicine*, demeurant a Amsterdam, comme je l'ay appris de feu mon Amy *Matthias PAISEN*, Docteur en Medicine, lequel estoit son intime Amy, & domestique pour quelque temps, il y a environ huict ans.

CDIX. *Tableau de la MAGDALAINE, du Pere general des Feuillans* à Paris 1628. in 8. *Joannis à Francisco* cognominati in seculo GALONII, de quo jam supra mentionem aliquam injecimus, esse probat *Carolus de Visch*. Bibliothecæ Cisterciensis pag. 222. hoc argumento, quod Anno 1627. adhuc Generalem ejus ordinis fuisse huncce Joannem, constet.

De MARIÆ Effigie duplici, idololatrico cultu Pontificiorum dehonestata, *libellos duos Gallicos* tacito suo nomine vulgasse *Petrum BOVILLIUM Jesuitam Belgam* referunt *Alegambe* pag. 373. & *Valerius Andreæ* pag. 726. quorum titulos referunt hoc modo:

CDX. *Divam bonæ spei*, seu *Originem & Progressum devotionis erga B.V. Mariam Bonæ spei, juxta Valencenas.*

CDXI. *Divam Misericordiæ, juxta Marchianas ad Pontem. Fr. Swertius* auctorem hunc, ut alios multos, penitus omisit.

CDXII. MARTYROLOGIUM ROMANUM, Gallicè versum, absque nomine Interpretis à *Francisco SOLERIO Gallo Jesuita* fuisse vulgatum, Lugduni 1620. in 8. narrat idem *Alegambe* pag. 135. & 448.

CDXIII. *De Sacrificio MISSÆ contra Calvinum*, Gallice, nominis sui men-

mentione omissa, scripsisse *Joannem BORDESIUM Jesuitam Burdegalensem*, memoriæ consignatum reliquit *Alegambe* pag. 229.

CDXIV. *La Paraphrase des Epistres* de *S. Paul* imprimée premierement a Paris sans nom d'auteur, est rimprimée apres sous le vray nom d'*Antoine* GODEAV Evesque de Grasse & Vence, du quel nous avons aussi la *Paraphrase des Pseaumes en vers François* 1655. in 12. à Paris. Eum GODELLUM Clarissimum & Eloquentissimum Virum ex merito vocat, & quæ scribimus de Paulinæ Paraphraseos impressionibus testatur Jo. *Daleus* in demonstrat. fidei ex scriptura part. 3. c. 6. pag. 184.

CDXV. *PRAXIN bonarum intentionum*, quæ ab *Engelberto Desbois* Archi-Diacono & Canonico Cameracensi Latinè reddita prodiit tum alibi, tum Viennæ Austriæ apud Gregorium Gelbhar, 1620. in 12. Italicè item sub *Augustino Fornelli Romæ* typis Cameræ Apostolicæ 1617. eam tacito suo nomine, Gallicè primo conscripsit *Theophilus BERNARDINUS* Sedanensis, cujus hocce scriptum, aliis ejusdem enarratis, pag. 832. prætermisit *Valerius Andreas*, & eo pauciora quoque, imo unicum ex multis solum recensens *Fr. Swertius* pag. 692. detexit autem *Alegambe* pag. 431.

MEDICI & PHYSICI.

CDXVI. J. D. B. C. Jean de BONNEAU ASTRONOMIE *inferieure & naturelle* 1653. in 4. a Paris. *Joannes Bonellus* vel Bonnellus auctor Chymicus &c. Petrus *Borellus* Bibl. Chym. pag. m. 47.

CDXVII. *Les AVANTURES du Philosophe inconnu.* Paris in 12. inter libros Chymicos à *Petro Borello* in Bibliotheca Chymica numeratur, addente se audivisse Authorem ejus Abbatem *Albertum BELINUM* vocari. pag. m. 15.

CDXVIII. CDXIX. CDXX. CDXXI. GIGANTOLOGIAM Gallicè scriptam, unà cum tribus aliis ejusdem argumenti libris anonymis, *Gigantostologiæ* Anno 1613. editæ suæ oppositis, *Nicolaus Halicot* Chirurgus Parisinus tribuit *Joanni RIOLANO* juniori, Joannis filio, quorum scripta vide recensentem *Lindanum* de scriptis Medicis. pag. m. 397. & seqq. neque tamen horum ullius meminit, sicuti neque Chirurgi illius, *Nicolai Halicot*, cujus extat *Anti-Gigantologia*, *Riolano* opposita 1618. in 8. edita Parisiis, deque magnitudine Gigantum, & ossibus humanis prodigiosæ magnitudinis in Gallia effossis & Teutobochi Regis esse jactatis, agens. In illius opusculi præfatione quæ

huc pertinent, adscribenda duxi. Ea sic sese habent: *Or quant aux œuures qui ont esté faittes contre ma* Gigantosteologie *, on a veu principallement de puis le susdit temps, quatre meschans petits liurets, le* premier *sans estre advoue d' aucun autheur que du nom general* d'un Escolier en Medicine, *s'est efforcé sous le tiltre de* Gigantomachie *de prouuer qu'il n'y avoit point de Geants, & que par consequent ces os ne pouuoient estre des os humains; ains des os d'Elephant.* L'autre *pour dire qu'il estoit mieux fondé que le premier, a intitulé son liure* , l'imposture descouuerte des os humains supposez & faussement attribuez au Roy Teutobocus , *le quel au lieu de poursuivre la preuve de sa pretendue imposture, disant sans autre demonstration estre des fosiles, faict une eschappee sur d'autres livres, que i'ay mu en lumiere, il y a plusieurs ans, voltigeant sur mes textes ne plus ne moins qu'un escureau faict sur les arbres, les rongeant & gastant apres s'en estré rassasié.* Le troisiesme *d'un autre stil, dict qu'en ceste quantité de pieces il recognoist avecque verité qu'il y a des os humains: mais aussi qu'il y a d'autres estoffes meslees pareny.* Le quatriesme *s'est manifesté ceste annee mil six cens & dix huict, soubs le nom de* Gigantologie *, s'estant advisé d'un souuerain remede pour entrer en la confession des Geants, a sçavoir, qu'ils n'estoient si grands qu'on les a faict, a fin de conclure a l'encontre de moy, que les os dont i'ay parlé en ma* Gigantosteologie *ne sont des os humains. Celuy cy a levé le masque, & declaré le nom de son autheur: mais qui conque fera la lecture des autres, trouuera, qu'en ce dernier ne sont que les redites des deux premiers, & que c'est une monnoye frappee d'un mesme coing, voyant le mesme stil sans ordre & sans methode. Et ne pourra le Lecteur recueillher de celuy cy non plus que des autres, aucune resolution sur le subject dont il est question. Tellement donc, Monsieur* RIOLAN, *que vous ressemblez al'ours, qui leche & relecbe ses petits, pour les reformer & animer, & qui ne ant moins demeurront tousiours grossiers & mal bastis.*

MATHEMATICI.

CDXXII. *HILARIA GALLICA ex variis Geometriæ, Mechanicæ, Cosmographiæ, Opticæ, & aliarum hujusmodi artium problematis contexta.* Mussiponti apud Hanselet, 1624. in 8.

CDXXIII. *Selectae*

CDXXIII. *Selectas propositiones ex tota sparsim Mathematica, propositas in solenni festo SS. Ignatii & Francisci Xaverii Mussiponti* 1622. apud Sebast. Cramoisy in 4.

CDXXIV. *Rationem facillimam describendi quamplurima, & omnis generis Horologia, brevissimo tempore, ex opticæ principiis demonstratam.* Mussiponti typis Melchioris Bernardi 1618.

CDXXV. *Praxim quorundam Horologiorum, & Cylindri,* Mussiponti apud Carolum Mercatorem 1616. in 8.

CDXXVI. *De Cometa anni* 1618. Mussiponti typis iisdem 1618. in 8. edidit Gallicè tacito suo nomine *Joannes* LEVRECHON *Jesuita Lotharingus,* docente *Alegambe* pag. 253. adde *Scaven.* num. 98.

HISTORICI.

CDXXVII. *Le* GENIE *de* CHRISTINE Reine de Suede, (est de Monf. CHEVREAU, a ce que M. *Vossius* a dit a *Colomesius*, qui nous le publie dans son recueil des particularitez pag. 121.

CDXXVIII. CHRONIQVE *ou Histoire des Roys* Charles VI. & VII. *commençant en l'an* M.CCCCII. *& finissant l'an.* MCCCC.LXI. A Paris, chez Samuel Thibouft, & Chez Pierre le Mur, M.DC.XVI.4. *Cette* Chronique *a esté imprimeé cy devant, sous le nom de* Maistre ALAIN CHARTIER Notaire & Secretaire des Roys Charles VI & VII. *Mais veritablement il n'en est pas l'Autheur, ains* BERRY premier Heraut du Roy Charles VII. *Car un manuscrit d'icelle en parchemin & d'escripture ancienne, appartenant à Monsieur* Bigod Conseiller en la Cour des Aydes de Rouen, *le tesmoigne fort clairement en ces termes.* Je BERRY premier, Heraut du Roy de France, mon naturel & souuerain Seigneur, & Roy d'Armes de son pays de Berry, honeur & reverence. A tous ceux qui ce petit Liure verront plaise sçavoir, que au XVI. an de mon aage, qui fut l'an M.CCCC. & deux, ie eu voulenté, & fermay ma pensée &c. *Le reste est tout semblable aux imprimez, excepté quelques changemens de mots par endroits. Et certes tous les manuscrits de cette Chronique, les quels i'avois veuz devant cettuy cy, ne specifient le nom d'aucun Autheur: ce qui m'auoit induit a la remettre entre les oeuvres dudit* Chartier, *suiuant la foy des premieres impressions, encore que la diversité du stile m'en fist aucunement douter. Mais oresque l'Autheur d'icelle est cogneu, il faut luy restituer ce qui est sien.* Verba sunt notatu dignissima

Andreæ du Chesne, in Bibliotheca sua Histor. &c. Galliæ cap.6. pag.58.& 59. Lesieur de la *Croix de Maine* pag.32. Bibliothecæ Gallicæ suæ sic habet, *BERRY le Heraut, esleu Roy d'Armes des François. Il a escrit la Chronique de Normandie. Elle se voit escrite a la main dans la Bibliotheque du Roy de Navarre a Vendosme.* De altero etiam *Alain Chartier* vide eundem p.5. *Alain Chartier Normand Secretaire des Roys de France Charles. VI. & VII. historicien & orateur le plus estimè de son temps. Il a escrit l'Histoire du Roy Charles VII. son maistre imprimée a Paris &c.*

CDXXIX. *Histoire ECCLESIASTIQUE des Eglises reformées au Royaume de France, en laquelle est descritte à vray, la renaissance & accroissement d'icelles depuis l'an 1521. jusques en l'annee 1563. leur reiglement ou discipline, Synodes, persecutions, tant generales, que particulieres,* noms, *& labeurs de ceux qui ont travaillé, villes, & lieux, ou elles ont esté dressees, avec le discours des premiers troubles ou guerres civiles*, à Anuers.1580.8. Tomis tribus impressa extat. De ea sequentia mihi perscripsit laudatus jam ante ad n.112. Excellentissimus *Dn.Gerhardus von Mastricht*: GALLASIUS cum *Th.BEZA* habetur auctor Historiæ Ecclesiasticæ Ecclesiarum reformatarum in Gallia. Titulus Gallicus est. Histoire Ecclesiastique des Eglises reformees en France. item *Commentarii de statibus religionis & reip. sub Carolo IX.* sic de eo *Joh. Hoornbeeck* in summa controversiar. lib.4. pag.258. edit. secundæ. *Bezæ oratio* (habita in colloquio Posiaco, Anno 1561.) *extat in Histoire Ecclesiastique des Eglises reformees en France. tom. I. liv.IV. Gallice; & Latine in Commentario de statibus religionis & reip. sub Carolo* IX. part.I. lib.3. *auctoribus, ni fallor,* Beza & Gallasio. Idem adserit *Simon Oomius* in Tractatu Belgico, cui titulus: *Prognosticon* vel *Prognosticatie* pag.182. qui quoque Vir multæ lectionis & scriptionis, sed tantum sua lingua, id est, Belgica. Ex quibus non satis colligo an uterque collatâ operâ utraque scripta & Gallicum & latinum concinnaverit, an verò Gallicum ab altero, & Latinum ab altero sit profectum. Quod posterius si foret ex hisce corrigendum esset, quod supra n.158. de Latina Historia diximus, quæ est illa ipsa, fol.m.11?.& seqq. Orationem Bezæ exhibens, cujus auctorem ibi *Serranum* esse, quam *Hotomannum* malebamus, testimonio *Andre du Chesne. Gallasius* autem ille est *Nicolaus* prænomine, cujus & Gallica & Latina scripta habemus alia, Theologica partim & Historica, cum hocce, quibus vacat, conferenda.

CDXXX. *L' Histoire de FRANCE enrichie des plus notables occurrences survenües és Provinces d' l' Europe & pays voisins, soit en paix soit en guerre, tant pour le faict*

le faict seculier que Ecclesiastique, de puis l'an M.D.L. *jusques a l'an* M.D.LXXVII. *imprimeé l'an* M.D.LXXXI. fol. II. Vol. & M.D.LXXXII. III. Vol. 8. Lesieur de la POPELINIERE en est l'Autheur, dit *Mons. du Chesne* dans sa Bibliotheque des autheurs de l'Histoire & Topographie de France au chap. 10. pag. 97. Mons. *Sorell* pag. 333. de sa Bibliotheque dit qu'elle est avoûeé de luy. De hac Historia testimonium singulare perhibet *Lambertus van der Burch*, in Historia Ducum Sabaudiæ, pag. 226. quod tale est: LANCELLOTTUS VOISING Popilinierii Dynasta, *Nobilis Gallus, Galliæ historiam unus omnium sui seculi, Hugenoticæ factioni addictus licet, affectuum immunis, vernaculo scripsit idiomate.*

CDXXXI. La Vraye & entiere Histoire des troubles & choses memorables advenûes, tant en FRANCE, qu'en FLANDRES & pays circonvoisins, de puis l'an 1562. comprise en XVIII. Liures a Basle. M.D.LXXVIII. in 8. II. Volumes, on l'attribueé au sieur de la POPELINIERE, dit le mesme *Andre du Chesne* dans sa Bibliotheque des Historiographes & Topographes de France, aux chap. 10. pag. 97. & avecque luy Mons. de *Sorel*, dans sa guide de l'Histoire de France, jointe a sa Bibliotheque Francoise pag. 333. Le Sieur de la *Croix de Maine* en écrit ainsi, dans sa Bibliotheque a la page 283. *LANCELOT VOISIN, ou du* Voesin, *sieur de la* Popeliniere, *gentilhomme François né en la Gaule Aquitanique ou Guinnoise. Il a escrit* l'histoire des troubles & guerres Civiles advenûes en France, pour le fait de la Religion, de puis l'an 1555. *auquel finist l'histoire, ou Commentaires de* Jean Sleidan *Alleman de nation, jusques en l'an* 1581. *imprimeé a la Rochelle chez François Hortin ou Haultin l'an sus dit* 1581. *en deux Volumes. Faut noter que celles qui ont esté escrites par Jean le Frere de Laual, & par un nomme Piguerre, sont prises en partie de la ditte histoire du sieur de la Popeliniere, & que ce qu'il y a de differente entre icelles, c'est qu'ils ont osté tout ce qu'ils ont veu, qui estoit au desaduantage des Catholiques* &c.

CDXXXII. De la NOBLESSE, anciennete, remarques & merites d'honneur de la troisiesme Maison de FRANCE â Paris. 1587. 8. *Nicolas* VIGNIER Historiographe du Roy est Autheur de ce livre, selon *Andre du Chesne* dans sa Bibliotheque p. 39. c. 6. Ejus auctoris libros alios laudans hunc silentio involvit Dominus de la *Croix de Maine* Bibliothecæ Gallicæ p. 356.

CDXXXIII. Histoire de l'Estat de FRANCE, tant de la Republique que de la Religion, sous le regne de François II. a Paris M.D.LXXVI. in 8. *La PLANCHE* Ministre est tenu pour Autheur de cette Histoire, idem ib. cap. 10. pag.

pag.92. Quis ille sit nescio, meminit equidem *Croix de Maine* pag.80. Bibliothecæ Gallicæ, cujusdam *Estienne de la Planche*, Advocati Parlamenti Parisiensis, qui verterit quinque priores Annalium Taciti libros, impressos Parisiis 1555. florente auctore recusos 1581. ibidem. Sed quem eundem cum hoc pronunciare non audeo, quia neutrum opus vidi.

CDXXXIV. *L'Histoire des guerres faites en plusieurs Lieux de la FRANCE, tant en la Guienne & Languedoc, contre les Heretiques, que ailleurs, contre les ennemis de la Couronne. Depuis l'an* M.CC. *jusques à l'an* M.CCC.XI. *Mise en Langue Françoise par* Fornier. A Tholose, chez Jacques Colomiez M.D.LXII. in 4. C'est la *Chronique de Simon de MONTFORT* Id. p.296. c.24. cujus modo p.295. meminerat hisce verbis: *Præclara Francorum Facinora, variaque ipsorum certamina pluribus in locis, tam contra orthodoxæ fidei, quam ipsius Gallicæ gentis hostes non impigrè gesta. Quicquid item digni memoratu in ipso Christianismo Franciæ populo potuit contingere, ab anno Domini* M.CC. *ad annum ejusdem* M.CCCI. *quo Templarii e medio tolluntur. Ab Illustrissimo Principe* Montisque fortis Comite, *dum viveret Christi Athleta fortissimo, ac rei bellicæ peritissimo, accuratissimè recollecta* in 8. *Editio hujus Chronici vetustissima est, appellaturque vulgò* Chronicon Simonis Comitis Montis fortis.

CDXXXV. *Extrait de la GENEALOGIE de Huges, surnommé Capet, Roy de France, & des derniers successeurs de la race de Charles Magne en France,* a Paris. 1594. 8. Plusieurs attribuent ce livret a *Pontus de THIARD* sieur de Bissy Evesque de Chalon Id. c.6. p.39. v. & *Andre du Chesne* c.6. p.39. de la Bibliotheque des Historiographes & Topographes de France, Le sieur de la *Croix de Maine* pag.421. loue cet Autheur extraordinairement, mais il ne dit mot de cet écrit. Il a aussi ecrit *de recta nominum impositione* un livret en Latin, imprimé Lugduni 1603. in 8. qui est bien curieux.

CDXXXVI. *Relation de GROENLAND* a Paris 1647. in 8. ad Monf. de la Motte Vayer, cujus opera multa Gallica tenemus, sine auctoris nomine, in forma Epistolæ, datæ â la Haye 1648. d.18. Junii, scripta Gallice prodiit. Citatur ea addito nomine auctoris *Isaaci PEIRERII*, semel atque iterum â *Petro Gassendo* de Philosophia Epicuri ad Lib.X Diogenis Laertii pag.m.1139.

CDXXXVII. *L'HISTOIRE DES HISTOIRES, avec l'Idee de l'histoire accomplie, plus le dessein de l'Histoire nouvelle des François, & pour avantjeu. La Refutation, de la descente des fugitifs de Troyl pour dresser des Estats, & entre autres le Royaume des François,* se voit imprimée a Paris. 1599. en 8. sans aucun nom d' Auteur

Auteur au tiltre. Mais dans l'Extrait du privilege du Roy on nous dit que le sieur de la POPELINIERE a fait cet excellent livre, qui meriteroit d'etre traduict en Latin, pour tant mieux servir a l'usage commun de touts les doctes des autres Nations qui n'entendent pas le François. Le sieur de la *Croix de Maine* dans sa Bibliotheque, ne fait aucune mention de ce livre parmy les autres de cet auteur, dont il parle a la page. 283. par ce que l'auteur vivant encore, n'avoit point publié cet ecrit de l'Histoire des histoires.

CDXXXVIII. *Le Catechisme des JESVITES* Ville Franc. 1602. in 8. De eo in Scaligerianis ad nomen *Pasquier* (c'est *Estienne* PASQVIER, Advocat General en la Chambre des Comptes à Paris, dont nous avons les *Recherches de France*, les *Lettres*, & les *Dialogues &c.*) lego sequentia pag. m. 258. *Son Catechisme contre les Jesuites est un bon livre pour l'Estat.* Richeome *n'a rien respondu qui vaille. Si j'estois jeune homme, je m'exercerois a tourner en Latin ce Catechisme des Jesuites.* Et pag. 259. *Le beau Livre que c'est que Catechismus Jesuitarum. Ille intima Jesuitarum tangit, alii superficiem tantum, Il n'y a rien de si beau contre eux. Il faut mettre la Response que* Richeome *a faite avec* Amphitheatrum honoris (de quo vide in Pseudonymis nostris nomen Bonarscii,) *Juvenis aliquis deberet vertere, sed oportet bene versatum esse in jure, & vocabula Juridica tenere.* Hucusque Scaliger. *Ludovici Richeomi expostulatio Apologetica ad Henricum* IV. *pro societate Jesu, in Libellum, qui ingenua & vera Oratio, inque alterum, qui Catechismus Jesuitarum inscribitur, é Gallico latinè facta à P. Andrea Valladerio* Foresiensi prodiit Lugduni 1606. in 8. Gallicum Exemplum sic inscribitur: *Plainte Apologetique contre le Catechisme des Jesuites par Louys Richeome* a Bourdeaux 1613. & ante jam impressum. Hujus Estienne Pasquier scripta alia vide in Bibliotheca Gallica du Sieur de la *Croix de Maine* pag 79.

CDXXXIX. *Patin* (Guido) *me presta a Paris, un livre fort rare intitulé: Jugement de tout ce qui a esté imprimé, contre M. le Cardinal* MAZARIN. *L'ouvrage est de* Gabriel NAUDE *son Bibliothecaire. Des deux editions qui s'en sont faites, la seconde, qui est la plus ample est de 717. pages. A quoy il faut bon prendre garde, n'y ayant pas moyen de les distinguer d'une autre facon, dit* Colomesius dans *son recueil des Particularites* pag. 139. Ce seroit merveille si Monf. Silhon ne s'estoit servi de cet ouvrage dans son *Eclaircissement de quelques difficultez touchant l'Administration du* Cardinal Mazarin, imprimé a Paris 1651. & jouxte la Copie de Paris a Amsterdam. en 12. Le livre meme quoique bien rare se trouve pourtant dans la Bibliotheque Royale de Dennemarck, comme il se voit du

O Cata-

Catalogue, de l'augmentation faite par P. *Scavenius*, & contient tout ce qui a esté imprimè touchant le Cardinal Mazarin depuys le jour de 6. Jan. jusque au primier d'Avril, 1649. in 4.

CDXL. *J'ay appris de* M. Vossius (Isaacus) *que l'Autheur du petit* Commentaire sur les MEDAILLES *que M.* Gevartius *donna au public l'an* 1654. *estoit de* Pierre Paul RUBENS *grand peintre & grand Antiquaire dont* M. Gassendi *parle avec eloge dans la vie de M. Peiresc.* pag. 111. edit. Hagensis: ce sont des paroles de *Colomesius* pag. 119. de son recueil des Particularitez.

CDXLI. *Histoire des Comtes d OLLANDE, avec l'estat, & Gouverment des PROVINCES Vnies des PAYS BAS* in 12. a la Haye sans nom d'Autheur, a este premierement composée en Flamand par SCRIVERIUS. & de puis traduite en François comme nous apprend le Journal de Sçavans du Lundy 18. Jan. de l'an 1666.

CDXLII. *Commentaire de l'Estat de la RELIGION & REPVBLIQVE sous les Roys Henry & Francois second, & Charles neufiesme* MDLXV. in 8. on les attribue au President de LA PLACE, verba sunt laudati *André du Chesne* c. 10. p. 92. *Croix de Mame* pag. 408. ita scribit. Pierre de la Place, *dit* Plateanus, *ou bien* a Platea, *natif d'Angoulesme, President en la Cour des Aydes a Paris, &c. estoit hommes fort docte & droit &c, Aucuns ont opinion que le dit Sieur de la Place soit Autheur d'un Livre intitule* L'Estat de la Religion de France, imprimé l'an 1557. *mais je n'en asseure rien, d'autant que son nom n'est point au Livre*: ubi nota differentiam editionum.

CDXLIII. *Le Ministere du Cardinal de RICHELIEV* imprimè plusieures fois sans nom d'Auteur, & nouvellement, A Paris 1665. in 12. en trois Volumes. L'Auteur de ce beau livre nous est decouvert par M. C. *Sorel* au chap. 2. de sa Bibliotheq; Françoise, pag. 26. en ces mots. *Il y a le* Tableau de l'Eloquence Françoise, *fait par* Dom Charles de S. Paul, *qui estoit superieur de l'ordre des Fueillans, & qui est mort Evesque. Son livre est divisé par des Epistres ou Lettres, dont chacune enseigne quelques regles de Rhetorique, selon leur ordre. Les Instructions en sont bonnes, dignes d'estre observées. L'Autheur a fait connoistre qu'il sçavoit bien écrire luy mesme, avant que d'en faire des leçons aux autres; Il en a donné des preuues dans son* Temple de la Felicité, *& dans l'*Histoire du Ministere du Cardinal de Richelieu, *qu'on a sceu estre de luy certainement.* De hocce ut & Mazariniani Ministerii libro, scribit hunc in modum *Cyriacus Lentulus* in Præfatione Politices. *Quæ nuper Gallico idiomate conceptæ prodierunt*, Richelii & Mazarini *Purpuratorum actiones, ut multum monitorum, ita plus adulationis præferunt.* Cui subscribit *Burgoldensis* part. 1, disc. 6. in

Instrum.

Instrum. Pacis §. 21. pag. 208. 209. hisce verbis: *Istud intensum regimen præcipuè stabilitum tempore duorum Cardinalium Richelii & Mazarini, quorum Ministerium Autor quidam anonymus duobus voluminibus edidit. In iis libris grandis latet rerum civilium prudentia: Debent verò legi perpenso animi judicio, cum nonnulla mala bonis admixta contineant, autorque ille nimiæ adulationi indulgens, ex Cardinalibus istis quasi Deos facere conatur. Cum hoc autem Cardinalium Ministerio debet conferri Du.* Lebleu Lilietum.

CDXLIV. *Apologiam pro Serenissimis SABAUDIÆ Principibus, contra famosum incerti autoris libellum*; Camberii 1631. suo quoq; nomine suppresso, vulgavit *Petrus MONODUS Jesuita Sabaudus*, in eoque scripto disquirit de omnibus controversiis illis, quæ Francos inter & Sabaudos unquam extitere, sicut habet *Alegambe* pag. 388.

CDXLV. *Compendium* VITÆ S. FRANCISCI BORGIÆ, Insulis apud Petrum de Rache 1624. in 8. editum absq; auctoris *Alardi le ROY Jesuitæ Belgæ* nomine, testatur *Alegambe* pag. 9. quod vero Gallicè scriptum sit, idem p. 447. addit. Hunc auctorem cur omiserit *Valerius Andreæ*, supra cap. 2. n. 58. indicavimus, ubi & n. 70. ejusdem facta mentio. *Fr. Sweertius* pariter hunc silentio prætermisit, eadem credo de caussa, nam aliquot annis ante Athenas ipsius, libros hujusce auctoris prodiisse constat. An verò etiam *Vita S. Lamberti* seu *Lex Catholica*, ex Latino *Joannis Ruberti* Jesuitæ, itidem Belgæ, versa, prodierit sine auctoris nomine, haut satis ex *Alegambes* verbis liquidò percipio. Vide eundem p. 271. & *Valer. Andrea* pag. 554.

CDXLVI. *La VIE du PERE PAUL, del ordre des Serviteurs de la Vierge; & Theologien de la Serenissime Republique de Venize* in 12. a Amsterdam 1663. Scripta fuit à *Fr. FULGENTIO Brixiensi*, sive Contubernali, sive famulo ejusdem Pauli, magni sanè Theologi. Liquet hoc ipsum ex descriptione Vitæ hinc inde: tum idem etiam à *Colomesio* in Clave epistolarum Casauboni ad pag. 623. apertè confirmatur.

MISCELLANEI.

Amadisius v. in Hispanicis

Argenidis Continuatorem anonymum *Mouchenbergium* supra c. 9. n. 234. detectum habemus.

CDXLVII. *Guilielmi BALDESANI stimulus virtutum* Gallicè redditus, Interprete non nominato *Nicolao JAVELLO Jesuita Dolano* prodiit, docente *Alegambe* pag. 253.

CDXLVIII. *La* CARTE *du Royaume d'* AMOUR qui se trouve dans le premier volume des *pieces en prose les plus agreables de ce temps* : quoy qu'on assure qu'el le vienne de M. TRISTAN, il seroit mal aisè de sçavoir, en quel temps elle a esté faite, si ce n'est au temps que cecy estoit fort en vogue, dit *Sorell*, a la page 170. du chap. 9. de la seconde edition de sa Bibliotheq; francoise.

CDXLIX. *La* CARTE *du* JANSENISME, est faite pour se railler de ceux qui suivent les opinions de Jansenius. On tient qu'elle vient du Pere *Zacharie de* LYCIEUX *Capucin*, à qui on attribue encore le *Giges Gallus*, qu'on à traduit en francois, le quel represent le Vices du Siecle sous des fictions & des songes, *Sorell*, au dict. chap. 9. pag. 172.

CDL. *La* CARTE *du Royaume des* PRECIEUSES. On l'attribue a un Seigneur de la Cour, qui reüssit fort en vers agreables & en plusieurs Galanteries d'esprit, qui estoit M. le Conte de MALEURIER. On en croira ce que l'on voudra : sont paroles du meme *Sorel*. chap. 9. pag. 170. de sa Bibliotheque Françoise; ou il dit force choses curieuses sur cette facon d'écrire.

CDLI. *Circumfertur libellus, cum Gallica hac inscriptione* : CATHOLICON ANGLOIS. *Auctor ejus est Dn.* ORLIANS *Advocatus olim Regis Galliæ. Hoc libro cum offenderet Henricum Magnum illum Gallorum Regem, repudium tulit, & Tacito, cujus Historiarum libros notis illustravit, se mancipavit. Catholicon autem duobus constat Tomis, quorum posterior priore est rarior*. verba sunt *Henrici Ernstii* lib. 2. Variar. Observat. c. 36. Extant autem *Ludovici d' Orleans Novæ cogitationes in Taciti annalium libros*, editæ volumine spisso in fol. Parisiis 1622.

CDLII. *Considerations Politiques sur les* COUPS *d'*ESTAT *par* Gabriel NAUDE Parisien. *sur la* Copie de Rome 1667. en 12. rimprimez a Amsterdam, tres doctes & curieuses, ont esté premierement publiees sans nom d'Auteur; *Colomesius* dans son recueil des Particularitez pag 123. & 124. en parle en ce termes: *J'ay appris du Pere* Jacob *que le Livre intitulé* Considerations Politiques sur les Coups d'Estat, *imprimé l'an 1639*. in 4. *estoit de* Gabriel Naudé, *qui le fit par le commandement de M. d'* Emery *Surintendant des Finances, & non pas par celuy du* Cardinal *de* Bagny *qui estoit mort ; à qui il parle neantmoins de temps en temps dans l'ouvrage, pour se mieux cacher. Il faut aussi remarquer qu'au lieu que dans la Preface au Lecteur, il est dit qu'il n'y a qu'une douzaine d'Exemplaires de ce livre, il y en a eu plus d'une centaine.*

CDLIII. *Le* DIVORCE CELESTE *causé par les dissolutions de l'Eglise Romaine* a Ville Franche 1649 & 1644. sine mentione loci in 12. v. cap. 15. in Italicis, inter PALAVICINI opera anonyma.

CDLIV.

CDLIV. *La Conformité de l'ELOQVENCE de M. de BALZAC, avec celle des plus grands Personnages du temps passé & du present*, a esté faite contre l'Illustre Balzac, par un frere appelle *Dom. André de saint* DENIS de l'ordre des *Fueillans*, comme nous l'apprend tout au long Mons. *Sorel* au chap.7. de sa Bibliotheque Francoise, ou il y a un discours particulier des Lettres de Balzac, & des Livres faits pour defendre & pour blasmer son eloquence. Il en faut voir la page 127. & 135. de la derniere edition, pour sçavoir ce qu'en est de ce livre du Frere André. Outre cela nous ferons encore mention de quelques autres livres de cette sorte, dans nos *Pseudonymes* sous les nomes de *Philarque, Ariste &c.*

CDLV. *Le Livre de l'*ELOQUENCE CHRESTIENNE vient à ce que nous croyons du R. Pere LEON *Carme Reformé*, qui est pour ceux qui prechent la parole de Dieu &c. dit *Sorel* dans sa Bibliotheque Francoise au chap. 2. pag. 28. de la seconde edition, ou pag. 18. de la premiere.

CDLVI. *ERREVRS amoureuses*, liber anonymus *Juvenilis Ponti de THYARD, BISSIANI Episcopi Cabilonensis*; de quo ita scribit: *Croix de Maine* Bibliothecæ Gallicæ suæ pag. 421. *Il a escrit des ses plus jeunes ans plusieurs Sonnets amoureux, lesquels il a intulez* Erreurs amoureuses, *au quel livre il n'a pas voulu mettre son nom: mais s'il ne le faisoit que pour crainte qu'il avoit, s'ils seroyent bien receux & approuuez des plus doctes, je peux asseurer que je n'ayonques ouy donner jugement de ses poësies à aucun (qui fust bien versè en cette profeßion) qu'il ne dist & affermast, de n'auoir rien veu de plus docte & mieux elabouré, que sont ses sonnets susdits. Il les à fait imprimer (ou autres siens amis pour luy) en l'an 1555. à Lyon chez Jean de Tournes, auec un recueil de vers lyriques de sa façon.*

CDLVII. *GRAMMAIRE Generale & Raisonnée, contenant les fondemens de l'art de parler, expliquez d'une Maniere claire & naturelle; les Raisons de ce qui est commun a toutes les langues, & des Principales differences qui s'y rencontrent; Et plusieurs remarques nouuelles sur la langue françoise.* Liber non indignus, qui â capite ad calcem Latinitate donatus ab eruditis legatur (quod & ipsum unà cum annotationibus in eundem & auctariis ceptum â nobis, occupationes aliæ, si non meliores, at importuniores certe interruperunt: latinè sic inscribendus.) *Grammatica Generalis & Rationabilis, continens Fundamenta artis benè loquendi; explicita modo claro atque naturali. Rationes eorum quæ communia sunt linguis omnibus, nec non differentiarum in iisdem occurrentium: compluresque animadversiones ad linguam Gallicam.* Prodiit absque Auctore Parisiis Anno 1660. 8.

ex fragmentis tamen Privilegii Regii, ubi initiales literæ D.T. nomen Auctoris indicant, addita præfatione, in qua varias Methodos addiſcendi linguas varias â ſe conſcriptas, editasque fatetur Auctor, conſtat evidenter Monſ. de TRIGNY Auctorem eſſe ingenioſisſimi illius ſcripti, non minus, ac ſequentium *Nouuelle Methode pour apprendre facilement & en peu de temps la langue Eſpagnole.* Pariſ. 1665. in 8. *Methode Nouuelle pour la langue francoiſe, Italienne, Latine*, qui ſont chaquun ſeparement imprimez a Paris in 8. Eidem auctori acceptum ferri debere libellum Gallicum non minus ingenioſum, inſcriptum: *La Logique, ou l'art de Penſer*, impreſſum Pariſiis 1664. in 12. nonnemo mihi perſuadere nuper annilus eſt, ſed argumentis haud dum ſatis id evincentibus, Quam ob rem *ἐπέχω*. Interim vulgo â quibusdam *Logicam Carteſianam*, ab aliis *Janſenianam* vocari audio, eo quod vel â Carteſianis vel â Janſenianis profectam credant. Et ſanè Carteſianæ Philoſophiæ gnarisſimum ſe ubique prodit Auctor, & Carteſianis etiam ex Mſſ. aliquam hujuſce Logices partem compilatam ipſe part. 4. cap. 2. pag. 391. ultro fatetur. An vero Janſenii quoque ſectator idem fuerit, haud æque dixerim. Quicquid ejus ſit, liber ille quantivis eſt pretii, & mereretur verſionem fideliorem Latinam atque eſt ea quam habemus, per Cornelium ab Ackersdyk. Trajecti 1666. in 12. editam, utpote quæ Veteri Editioni reſpondens, integra Gallicæ editionis ultimæ capita omiſit, neque fideliter ſenſum ubique reddidit, uti cuivis archetypum conferenti, & utriusque Linguæ gnaro manifeſtò ſatis patebit.

CDLVIII. HILARIA *Muſſipontana ob relatos in Sanctorum Canonem* Ignatium Loyolam & Franciſcum Xaverium, *Jeſuitici ordinis fundatores*, edidit Gallicè nomine ſuo ſuppreſſo *Lodoricus* W APPY *Jeſuita Lotharingus*, Muſſiponti 1623. in 4. latinè verſa & vulgata per *Leonardum Perinum* Lotharingum itidem Jeſuitam, v. *Alegamben* p. 305. & 319. Ubi eodem ſermonis contextu de *Indulgentiis* Gallicè, ſuppreſſo nomine ſcripſiſſe teſtatur eundem *Wappyum*, quod tamen ſcriptum in anonymis pag. 448. cum non repetat, an tacito ſcriptoris nomine prodierit, judicium meum adhuc ſuſpendo.

CDLIX. LABYRINTHUS *Regius Herculis Gallicorum Triumphantis Henrici IV. Gallicè* Avenione 1600. in fol. gratulatio anonyma *Andreæ* VALLADERII *Jeſuitæ Belgæ*, refertur ab *Alegambe* pag. 32. & 448.

CDLX. *Triumphum, quo Victor Rupella rediens* LUDOVICUS XIII. *Rex Chriſtianisſimus Lutetiæ exceptus eſt; addita explicatione Imaginum, quarum ipſe auctor fuerat.* Pariſiis apud Petrum Recolet 1629. in fol. tacito ſuo nomine deſcripſit

psit *Joannes Baptista de MACHAVD*, seu MACALDUS *Jesuita Parisiensis*, memorante *Alegambe* pag.224.

CDLXI. *Suavis POLANI Historiam Concilii Tridentini* Gallice versam edidit *Joannes DIODATI* nomine suo suppresso. v. infra *in Pseudonymis* Polanus.

CDLXII. *QUESTIONS rares & Curieuses Theologiques, naturelles, morales, Politiques &c.* a Paris. chez Pierre Bellaine. Hoc opere mihi nondum viso multos Atheos detegi ac refutari, ejusque pag.112.&146.auctorem, P.MERSENNUM *Minoritam*, aliis scriptis plurimis notum detegi notat *Gisbertus Voetius* Vol. I. Disputationum Theologicarum illa, que de Atheismo est.Disp.1 thes.2.pag.117.

CDLXIII. *Les Oevres de RABELAIS*, utut jucunda, sic obscœnis aliisque scandalosis plena, *castigata*, imo castrata, Titulo *Rabelesii reformati* Pictavii & Bruxellis.1620. in 8. nomine reformantis *Francisci GARASSI*, scriptis aliis notissimi *Jesuitæ Galli*, non adjecto prodiere, docente *Alegambe* pag. 124.

CDLXIV. *REMARQUES sur la Langue Francoise*, sans nom d'Auteur, si non que sous la dedication il y a C.F.D.V. ont paru l'an.1640. in 4. & 1664. in 12. & apres encore plus souvant en diverses formes & impressions de Paris & d'Ollande, qu'on scait par tout estre de Monsieur de VAUGELAS. Ce livre est tres elegent & curieux. Un inconnu en a faict un receuil selon l'ordre Alphabetique sous le tiltre de la *Politesse Françoise* par N. Fr. Predicateur & Aumonier du Roy, a Paris.1664.en 12.

ROMANS.

CDLXV. Editus est facetus Libellus Genevæ, Anno 1630. cui titulus: *Les AVANTURES* du *Baron de Feneste*, quem scripsit Dn. D' AUBIGNE, auctor gravissimæ Historiæ Universalis Genevæ excusæ 1626. propter quam imago ejus Parisiis per manus carnificis supplicium passa est: uti scribit *Henr. Ernst*, obs.var.l.2.c.36. Adde *Sorelli* Bibliothecam Gallicam Gallicè scriptam, sub titulo des Romans Comiques pag. m.198. ubi confirmat eundem auctorem, & de scripto ipso censuram addit suam hisce verbis: *Le Livre du* Baron de Feneste, *qui est un Dialogue entre un Homme Sage & un Gascon evaporé, qui raconte agreablement toutes ses avantures. Si on en avoit retranché quelques Discours, qui sentent trop le Huguenot, ce seroit un tres bon Livre en son genre. L'ouvrage est de Monf* d'Aubigne *qui a fait une* Histoire de France, *& qui a pris plaisir de mettre la plusieurs Contes de la vieille Cour.*

CDLXVI.

CDLXVI. CDLXVII. CDLXVIII. CDLXIX. L'*Orasie*, (un Roman Heroique) est attribueé a une ancienne Damoiselle de bon lieu, qui avoit veu la Cour du Roy Henry III. & en a écrit plusieurs choses, sous des noms & titres supposez; On nous a dit que ç' estoit Mademoiselle DE SENNETERRE, & qu' apres sa mort un bon Esprit de ce siecle, qui s'entend fort a la narration, a pris la peine de revoir le Livre. Pour la Princesse *Alcidiane*, elle est de Madame, de la *Calprenede*; *La Cleoboline* est de Madame de *Marcé* & l' *Alcidamie* de *Madamoiselle des Jardins*. On est bien aise de voir ce que leur sexe est capable de produire en cette occasion: ce sont des paroles du memé *Sorel* pag. 186. du chap. 9. ou il nous decouvre encore plusieurs Autheurs des Romans qui on a imprimé sans nom d' Auteur, que chacun y pourra lire a son loisir, puisque je ne sçaurois m'amuser d'avantage, a decouvrir des auteurs des semblables arguments, qui n'edifient pas tant, qu'ils amusent la plus part vainement les honnestes gens, pour ne dire qu'ils l'en gastent souvant l' ésprit par des ideés vastes, vaines, & creuses, & quelques fois méme par des contes & discours bien scandaleux, & par des deguisemens des vertus & vices fort dangereux, dont il arrive apres ce que dit *Seneque*. *Dudum vera rerum vocabula amisimus, imponunt nobis vitia multorum nomine virtutum.* Le meme ayant adjoute a sa Bibliotheque une Critique fort exacte de ses propres Ouvrages, y fait un recit bien ample des livres imprimez sans nom d' Auteur, qui luy sont ou vrajement ou faussemant attribuez. En voi-cy la liste, car pour ce qui est des Jugements, qu'il en donne, il les faudra lire chez luy méme.

CDLXX. *Les diverses fortunes de Cleagenor.*

CDLXXI. *L'Orphize de Chrysante, Histoire Cyprienne, écrite sur la modelle des Histoires Grecques.*

CDLXXII. *La Suite de Polyxene.*

CDLXXIII. *L' Histoire Comique.*

CDLXXIV. *Le Berger Extravagant*, qui a paru méme sous le nom de l' *Anti Roman*

CDLXXV. *Histoire de Polyandre.*

CDLXXVI. *La Maison des Jeux.*

CDLXXVII. *La Suite des Jeux de l' Inconnu.*

CDLXXVIII. *Lotterie d' Amour.*

CDLXXIX. *Dictionaire du Langage precieux.*

CDLXXX. *Relation de ce qui s'est passé au Royaume de Sophie, depuis les troubles excitez par la Rhetorique & l'Eloquence.*

CDLXXXI. *Discours de la Nouvelle Allegorique, ou Relation des guerres de l'Eloquence.*

CDLXXXII. *Discours sur l'Academie Françoise, établie pour la Correction & l'embellissement du Langage.*

CDLXXXIII. *La Description de l'Isle de Pourtraiture, ou de la Ville des Pourtraits.*

CDLXXXIV. *Oevres diverses*, ou il y a : *Les Nouvelles au Parnasse, ou les Muses galantes. La Lotterie celeste. La Mascarade d'Amour, ou la nouvelle des precieuses prudes. Discours de l'Amoureux universal. Discours pour et contre l'Amitié tendre. Les Lettres des Dames.* Aprez touts ceux imprimez sans nom, l'Autheur adjoute encore bien d'autres, qu'il dit avoir son nom ou caractere, dont pourtant quelques uns, n'ont paru qu'avec les premieres lettres de son nom: de sorte qu'ils pourroient bien passer pour Anonymes. Mais je n'aurois pas si tost fait comme je voudrois, si je les mettois touts icy, avecque des autres billets galands, & Histoires ou Nouvelles Amoureuses, dont ou luy, ou des autres m'ont fait sçauoir les auteurs. Je n'ay garde de m'amuser si long temps en des vanitez si superflues, & dont la plus part ne vaut pas la peine, d'en dechifrer ou sçavoir les Auteurs.

Adde ex supra memoratis Cap. 2. n. 17. 68. 85. 91. 92. 93. 102. ex c. 8. n. 225. &c.

CAP. XV.

De *Libris Italicis Anonymis detectis.*

THEOLOGICI.

CDLXXXV.

CONfessiones D. AUGUSTINI, Italicè redditas, interprete *Jacobo* FULIGATTO *Jesuita Romano*, memorat *Alegambe* pag. 447. inter libros Jesuitarum anonymos, quarum tamen inter ipsa illius auctoris scripta pag. 196. enumerata, mentionem nullam fecerat.

CDLXXXVI. CONCIONEM *Italicam* â se habitam *in justis funebribus P. Petri Antonii Spinelli* Soc. Jesu, &

CDLXXXVII. *Panegyricum super triplici tesserâ S. Francisci de Paula, Humilitate, Pœnitentia, & Caritate*, Neapoli per Tarquinium Longum 1 17. in 4. italicum edidit, nomine suo non adscripto *Franciscus ALBERTINUS Jesuita Italus*, memorante *Alegambe*, pag. 112.

CDLXXXVIII. *DEVOTIONES exerceri solitas in sodalitate opificum, instituta in Collegio Anconitano Societatis Jesu*. Anconæ 1621. in 24. collegit, ediditque tacito suo nomine, *Julius SINIUS Jesuita Italus*, hoc solo nomine inter scriptores Jesuitas relatus ab *Alegambe* pag. 292.

CDXXXIX. MANUALE *annotationum pro doctrina Christiana utiliter tradenda*, Italicè sine sui nominis mentione publicavit *Petrus Antonius SPINELLUS, Jesuita Neapolitanus*, docente pariter *Alegambe* pag. 372.

CDXC. *Praxis juvandi* MORIBUNDOS, de qua supra c. 2. n. 82. italicè versa per *Franciscum CONTURLA Jesuitam Italum*, inter anonymos memoratur ab *Alegambe* pag. 449, inter ipsos tamen Conturlæ libros pag. 118. non recensetur.

CDXCI. *Meditationes de PASSIONE Christi, in singulos Quadragesimæ dies distributas*, Brixiæ 1608. edidit opera Leonis Bertolini italicè & ἀνωνύμως, *Antonius VALENTINUS Jesuita Italus*, docente iterum Jesuiticorum scriptorum collectore diligentissimo *Alegambe*. pag. 45.

CDXCII. *Centum & triginta* PRIVILEGIA B. VIRGINIS. Perusiæ 1615. in 4. edidit Italicè, nulla facta sui nominis mentione, *Paulus COMITOLUS Jesuita Perusinus*, uti refert *Alegambe* p. 362.

CDXCIII. PUGNÆ SPIRITUALIS Liber, italicè primò scriptus, ac deinceps in varias linguas translatus non memorato ejus Autore *Laurentio SCUPULO* quomodo prodierit aliquoties, vide supra cap. 10. n. 333. Imprimis verò in Præfatione, quam Latinæ editioni Parisinæ 1664. in 12. factæ præfixit *Olympius Masottus*, ubi Venetiis primo titulo *Servi Dei*, deinde alibi quoque prodiisse ἀδέσποτον commemorat, donec tandem ipso mortuo, nomen una cum libro iterum impresso aliquoties publicari cœpit.

CDXCIV. *Manuale Exercitiorum Spiritualium ad orationem Mentalem*, compositum â *Thoma de Villacastein* Hispano Jesuita Hispanicè, editumque Cæsar Augustæ 1613. in 16. *Italicè* reddidit, ac nomine suo suppresso edi curavit Neapoli 1633. *Jesuita Beneventanus Thomas MASCAMBRUNUS*, hoc solo nomine Jesuiticis scriptoribus accensitus ab *Alegambe* pag. 434. Idem tamen pag. 199. & 438. *Jacobo GRASSETTO* Jesuitæ versionem ejusdem operis italicam

cam tribuit, aliam ab illa sine dubio, utpote Bononiæ duodecim ante jam annis excusam.

PHILOSOPHICI.

CDXCV. *Assamblea seu Comitia ASTRONOMICA de Cometis* Italicè sine auctoris mentione publicatus liber *Joannis RHO Jesuitæ Itali* refertur apud *Alegamben* pag. 269.

CDXCVI. *Fidum CONSILIARIUM in CONNUBIIS libris tribus* Mutinæ 1627. Italicè ἀνωνύμως editum scripsit *Horatius FERRARIUS Jesuita Mutinensis*, memorante *Alegambe* pag. 189.

CDXCVII. *Modum utiliter STUDENDI à Jesuita Perusino Francisco* PAULINO latinè editum, absq; suo nomine, supra jam cap. 6. n. 203. notavimus. Idem scriptum *italicè* quoque sine auctoris mentione prodiisse notat idem, ex quo de latina editione diximus, *Alegambe* pag. 134.

HISTORICI.

CDXCVIII. *Le glorie de gli INCOGNITI, overo gli Huomini Illustri dell' Accademia de' i Signori Incogniti di Venetia*, In Venetia 1647. in 4. Ejusce scripti, vitas & opera virorum illius Academiæ doctissimorum recensentis, auctorem facit *Joannem Franciscum LAUREDANUM* vel *LOREDANUM* Senatorem Venetum, *Philippus Labbe* in Bibliotheca Bibliothecarum pag. 90. Sed vereor ne hac in parte fortassis erroris ansam Labbeo dederint Carmina præfixa huic libro, gratulatoria, conscripta Loredano non tanquam auctori hujusce scripti, sed tantum ipsius Academiæ illius fundatori. Et vero nimis est honorificum ipsius Loredani Encomium, operis hujusce pag. 245. & seqq. extans, quam ut ab ipsomet profectum esse mihi verisimile fiat. Adde quod nec in enumeratione scriptorum, eidem Elogio subjectorum, vel â *Ghilino* part. 1. pag. 105. facta, neque etiam in ipsa vita, italicè per *Antonium Lupis* descripta, & Venetiis 1663. in 4. publicata, verbum ullum hac de re legitur.

CDXCIX. *Lettera di Ragugliō della Morte del Ré di SVECIA sotto nome d'Incerto*, stampata, che sia dell' Illustrissimo Sigr. *Giov. Francesco LOREDANO* Senatore dell' Inclita Rep. Veneta, s' impara dal *Ghilino* part. 1. del suo Theatro d' huomini letterati, carta 105.

D. *Dell Origine di VENETIA & antiquissime memorie de' Barbari che distrussero per tutto il mondo l' imperio di Roma, onde hebbe principio la Citta di Venetia.* In Venet.1558. in 8. scritto molto erudito, composto da *Nicolo ZENI*, vid. in *Rhodianis* n.12. & *Scaven.*n.42.

DI. *Squitinio VENETO*, fu composto da *Mario VELSERO* v. Rhod. num. 25.

DII. VITA S. BIBIANÆ. De ejus auctore sic habet in Apibus Urbanis *Leo Allatius*: *Dominicus FIDINVS Liberianæ Basilicæ Canonicus, scripsit edidítq; italicè*, Vitam S. Bibianæ *Virg. & Mart. Vrbano VIII.* apud Corbolettum 1627. in 4. *Quæ postea mutatis tantum præludiis libri, tanquam noviter impressa, in Bibliothecis exposita est, suppresso Autoris nomine, atrox in manes tanti Viri facinus, si non erit merum furtum; omnium admiratione, qui Auctorem illum non de S. Bibiana tantum, sed & reliqua Historia Ecclesiastica benè meritum cognoscunt & dictitant.*

DIII. *Compendium* VITÆ *B. Francisci BORGIÆ Ducis Gandiæ, postea Religiosi, Societatis Jesu, ejusque Præpositi Generalis* III. Neapoli apud Lazarum Scoriggium 1624. in 8.

DIV. *Elogium invicto Christi Duci, Christianæ fidei defensori & propagatori* S. IGNATIO LOYOLÆ *Societatis Jesu fundatori.* Neapoli in expanso folio, apud Lazarum Scoriggium 1630. deinde recusum Mediolani, Anconæ, Viennæ etiam *Italicè* & *Latinè*, apud Michaëlem Rictium 1635. in 16.

DV. *Elogium Sancto Apostolo Orientis Francisco XAVERIO Societatis* Jesu. Neapoli apud Scoriggium 1630. in expanso folio.

DVI. *Elogium* P. JOSEPHI ANCHIETÆ *Societatis* Jesu, *qui cum opinione universali Sanctitatis & miraculorum obiit in Brasilia, die 9. Junii anno M.DC.XXII. post expensos illic 44 annos in prædicatione sanctæ fidei.* Neapoli apud Scorrigium 1631. in expanso folio.

Hæc quatuor scripta italicè, nomine auctoris suppresso edita deberi *Scipioni SGAMBATO* Jesuitæ *Neapolitano*, scribit *Alegambe* pag. 417.

DVII. *Compendium Vitæ Aloysii GONZAGÆ* Jesuitæ, *Beatis Pontificiis annumerati*, de quo supra c.2. n. 16. egimus, italicè scriptum, auctore non expresso, *Jacobo GRASSETO, Jesuitæ Italo*, cujus etiam *Vita Catharinæ Bononiensis extat*, â nonnullis adscribi, aliis idem *Joanni BERTOLOTTO, Jesuitæ Bononiensi* vindicantibus, memoriæ prodidit *Alegambe* pag. 199. & 128. addens, idem *Italicè* Mantuæ 1619. *Latinè* verò nescio quo Interprete, Monachii 1630. editum fuisse.

DVIII. *Vitam* IGNATII LOJOLÆ, italo sermone scripsit ἀνωνύμως *Paulus* BOMBINUS, *Jesuita Italus*, editam Neapoli apud Lazarum Scoriggium 1615. in 8. Auctam deinde ex processibus pro Canonizatione institutis, & ipsius Canonizationis narratione, Romæ typis Zannetti 1622. in 8. Rursum tertia editione correctam & auctam, Neapoli apud Secundinum Roncagliolum 1627. in 8. Ut est apud eundem *Alegamben* pag. 362. cui adde *Leonem Allatium* in Apibus Urbanis.

DIX. *Compendium Vitæ* hujusce IGNATII LOJOLÆ, fundatoris sectæ Jesuiticæ, *nec non Socii sive Collegæ ejusdem*, *Francisci* XAVERII Bononiæ 1622. Item *Francisci* BORGIÆ, ibidem 1624. italicè, nomine suo non adscripto publicavit *Franciscus* SCORTIA *Jesuita Genuensis*, docente *Alegambe* pag. 134.

La Vita del Padre PAOLO. V. *La vie du Pere Paul*, inter Gallicos Historicos, quæ versio est hujusce, italicè conscriptæ â *Patre* FULGENTIO. In ea quædam etiam referuntur hujusce summi Theologi scripta, quæ primitus Auctoris occultato nomine prodiisse certum est, sed postea *Baronii*, aliorumque Pontificis defensorum scriptis detecta, ab ipso P. Paulo sunt pro suis agnita & defensa, imo nomine quoque ipsius præscripto recusa, unde multum iis recensendis immorari noluimus. vid. *Scaven.* n. 39.

DX. *Vbaldinum*, *seu Vitam Antonii Mariæ* VBALDINI, â *Jacobo* Bidermanno latinè scriptam, Italicè reddidit, & Romæ 1635. in 24. nominis sui mentione omissa, publicavit *Laurentius delle* POZZE sive *de* PVTEIS *Jesuita Florentinus*, docente *Alegambe* p. 299.

DXI. *Vitam Francisci* XAVERII Jesuitæ Canonizati, libris tribus anonymis, Italicè scriptam edidit Ferrariæ 1620. *Jesuita Bononiensis*, *Hieronymus* GESSIUS, vel GYPSIUS, testante iterum *Alegambe* pag. 185.

DXII. *Compendium Vitæ Francisci* XAVERII ejusdem Romæ 1622. in 8. italicè scripsit nomine suo non expresso, *Joannes Hieronymus de* SOPRANIS, *Genuensis Jesuita*, teste eodem *Alegambe* p 250. An verò ibidem enumerata hujusce auctoris opera reliqua etiam ἀνωνύμως prodierint, ambigo, licet ex ipsius verbis hoc fortasis rectè colligatur.

MISCELLANEI.

DXIII. AMORE *trasformato*, Ferrariæ 1618. in 12. sine auctoris nomine proditum scriptum ludicrum ac Poëticum anonymum, *Augustino* TORTO-

LETTO *Veronensi* adscribit Leo *Allatius*, cum laude illud commemorans Apum Urbanarum pag. 135.

DXIV. AVISO *di Parnasso*, cioè *difesa della Patavinita, di Giulio Paulo, contra le Origini di Padova*, *Pauli* SARPI scriptum anonymum quod sit v. in *Rhodianus* n. 9. & *Scaven.* n. 36.

DXV. BACCINATA, overo *Battarella per le Api Barberine, in occasione della Mossa dell' Armi di N. S. Papa Vrbano* VIII. *contro Parma* 1642. in 4. & 1644. in 12. cui opposita *L' Antibaccinata.* itidem Anonymi auctoris in 4. eodem tempore edita: Porro

DXVI. *Il* DIVORTIO *celeste cagionato dalle dissolutezze della Sposa Romana.* In Villa Franca 1643. Item in Ingolstad. eodem anno: ut &

DXVII. DIALOGO *tra due Gentilhuomini Soldati Volontari dell' Altezze Serenissime di Modona & di Parma, sopra la presente guerra d' Italia contra il Papa.*

DXVIII. *La* DISGRATIA *del* Conte Olivarez.

DXIX. La RHETORICA *delle* P. Cambrai 1648. in 12. â quibusdam ARETINO falsè attributa.

Opera prohibita *Ferrantis* PALLAVICINI primo comparuere sine nomine auctoris, metu Pontificis, postquam autem Pallavicinus decollatus ob hæc ipsa scripta fuit Avenione, eadem mox passim separata, tandemque conjuncta Tomis duobus in Villa Franca 1660. edita comparuere: postea Amstelodami recusa sunt, utrobique in 12. Vitam hujus Ferrantis descripsere diversi v. g. *Girolamo Brussoni*, Venet. 1655. in 12. separatim editam, L' Autore delle *Glorie degl' Incogniti* di Venetia pag. 139. *Ghilini* Teatro de Letterati part. 2. pag. 77. qui anno 1647. scribens, ipsum adhuc vivere credidit, cum jam eodem anno Academia Incognitorum mortem ipsius in Elogiis suis publicè doluisset. Notandum etiam, quod *Brussonus Divortium Cæleste* abjudicet eidem, amicitiæ sine dubio hoc tribuens. Attamen *la Retorica delle Putane* eidem abjudicare non magis quam Veneti modo memorati Vitæ ipsius scriptores cogitat, cum tamen in hoc posteriori facile plus mali sit quam in priori illo. Sed hoc mores Itali excusabant, illud superstitio non ferebat in amico defuncto. v. *Pseudonymos* in nominibus *Alcinii Lupæ* & *Ginifacii Spironcini* & *Scaven.* n. 40.

DXX. CANTUS NATALITIUS *Italicus Aloysii* VALMARENÆ *Jesuitæ* memoratur ab *Alegambe* pag. 447. in anonymis Jesuiticis, cuius tamen in toto reliquò ejusdem operé mentionem nullam invenio.

DXXI. CANZONE *per la Fabrica di S. Andrea della Valle*, sine auctoris nomine, Romæ 1627. in 4. quod sit *Bartolomæi* TORTOLETTI *Veronensis*, Theologiæ Doctoris, testatur *Leo Allatius* in Apibus Urbanis, pag. 59.

DXXII. *Libri Italici delle* BELLE CREANZE *delle* DONNE; id est, *De Civilitate morum muliebri*, cujus in Rhodianis n. 47. facta mentio, auctor perhibetur PAULUS V. Pontifex Romanus. *Scaven.* n. 71.

DXXIII. GIGANTEM, *actionem Scenicam*, exhibitam in Seminario Romano, Romæ, apud Franciscum Corbellettum 1632. in 16. quæ typis iisdem recusa, prodiit anno 1637. in 12. sub Epigraphe DAVIDIS, *de novo correcti, cum Auctario Chororum & aliorum Poëmatum sacrorum*, edidit nomine suo suppresso *Jesuita Senensis*, *Leo* SANCTIUS, ut est apud *Alegamben* pag. 300.

DXXIV. *Epistolam, de utilitate bene* LEGENDI *ad mensam*, italico sermone scripsit, nomen verò suum non adscripsit, *Franciscus* SACCHINUS, *Italus Jesuita*, publicavitque eandem Mediolani 1621. in 12. referente hoc ipsum *Alegambe* pag. 134.

DXXV. *Discursum Academicum in laudem Portus* MESSANENSIS, Messanæ 1628. in 4. edidit italicè, nomine suo non adjecto, *Jesuita Siculus*, *Placidus* SAMPERUS, docente *Alegambe* pag. 406.

DXXVI. ODÆ *Spirituales*, *cum Adjunctis Modis Musicis* Italicè prodiere, non nominato auctore *Joanne* CAMEROTA *Jesuita Neapolitano*, ceu docet idem *Alegambe* pag. 232 & 449.

DXXVII. PANEGIRICO *Nuttiale in DD. Thadæum, Barberinum & Annam Columnam*, sine nomine Auctoris, Romæ 1627. in 4. *Bartolomæo* TORTOLETTO *Veronensi* Theol. Doctori adscribitur, *a Leone Allatio Apum* pag. 60. Quod Carmen cum memoria dignum censuerit *Allatius*, neque mihi nunc recensuisse hoc loco vitio verti debet.

DXXVIII. *Il* PASTOR FIDO, *Tragi Comedia Pastorale*, sine nomine auctoris primo prodiit: sed eum Operis præstantia, & rarum artificium latere diu non sivit: & illicò prodidit *Baptistam* GUARINUM, cujus vitam & scripta enarrat *Ghilinus*, Italicorum Elogiorum part. I. pag. 27. 28. Latinè vero *Janus Nicius Erythræus* Pinacothecæ part. I. Elog. 51. cujus de ipso opere hoc est testimonium: *Hujus Eclogæ*, (imò TragiComediæ, ut ab ipso est inscripta,) Pastori fido *nomine, ea est claritas, ea celebritas, ut nullæ sint manus, quibus illa non teratur, nulli sint oculi, quibus non legatur, nulla sit ætas, sive puerorum, sive adolescentium, sive Juvenum, sive Senum, nullus Sexus, sive Virorum, sive mulierum, in quorum sinu non*

geste-

gestetur; nullus hominum ordo, sive Nobilium, sive tenuiorum, nullum genus, sive doctorum, sive rudium, in quorum domibus non inveniatur, nullæ impressorum officinæ, ubi illa ferè quotannis typis non mandetur, nulla rationum, quantumvis Barbararum diversitas, in quarum sermonem conversa non legatur. Morum fortasse integritati non utilis: etenim in ejus dulcedine suavitateque, tanquam in infesto Sirenis Mari, in quo etiam Vlysses erravit, Virgines Nuptæque complures pudicitiæ naufragium fecisse dicuntur: sed Legentium è manibus extorqueri non potuit. Nec defuerunt præstantia doctorum hominum ingenia, quæ stantem ejus gloriam suis censuris tanquam machinis conata sunt oppugnare atque subvertere; sed omnis illorum labor in irritum recidit, imò ejus splendor illorum clamoribus exagitatus, quasi vehementibus impulsa flatibus tæda, clarius enituit. Ubi quod de pudicitiæ jactura dicit, vix inter vera admiserim, cum nil obscœni adeo, quod Italas aures offendere possit, inibi legam. Quod verò de scriptoribus contra opusculum calamum stringentibus refert, utique ex re dictum est. Etenim contra hocce tam elegans opusculum invidia ducti scripserunt multi, & in iis *Faustino Summo*, & *Giovanni Pietro Malacreta*, quibus utrisque respondit *Orlando Pescetti*. *Malacreta* verò separatim etiam, item *Paolo Beni*: cujus vita est apud *Ghilinum* part. 1. p. 184 Etiam pro eodem opere, contra illius Zoilos scripsit *Giovanni Savio*. Et ante hosce omnes Duo *Verati*, il primo, & il secondo, chë si chiama anco L'*Attizzato*. Cum jam amplius nil posset invidia contra tam artificiosum Poema, cœptus est ejus auctor *Baptista Guarinus* ab aliquibus in dubium vocari. Unde *Henricus Ernstius* Observat. variar. l. 2 c. 36. *Lepidissimi libelli Italici, qui vocatur* Pastor fido, *auctor vulgo dicitur* Guarinus. *De quo tamen subtiliora ingenia dubitant, quod, alios versus scripserat, qui non de grege illo sunt.* Verum enim verò cum toties hoc nonmodo Defensores illius omnes, sed & alii auctores asseveraverint, & Principi Mantuano, Vincentio Gonzagæ, *Guarini* ob hoc Poëma Mæcenati summo, ceu rem notissimam eidem, in dedicatione suæ Defensionis *Orlando Pescetti* testatus sit, neque post tot laudes illius Poëmatis publicatas, ullus tamen alius eam gloriam sibi vindicare ausus sit, frustra fidem hi dubitatores, aut Calumniatores potius quæsivere. Nunc impressum passim extat cum auctoris nomine, & cum aliis ejusdem poematibus, de quorum pretio judicium aliis peritioribus Tuscanæ Poëseos æstimatoribus relinquo. Hoc notandum, eo processisse ardorem illud opusculum censuris suis premere satagentium, ut multa scitu dignissima, quæ nemo veterum, aut recentiorum de Poëtica Tragi Comica ante docuit, hac occasione fuerint excogitata, præceptisque universalibus

bus definita, tam accuratè, ut peculiaris ea de re libellus, lectione sane Poëtices Studiosorum omnium dignissimus prodierit, cui titulus est:

DXXIX. *Compendio della POESIA TRAGICOMICA, tratto dai due Verati, per opera dell antore del Pastor fido. colla gjunta di molte cose spettanti all' arte.* Venet. 1601. in 4. cujus proinde auctorem nunc unà novimus. Ex ipso vero scripto apparet, quantopere fervor ille vel oppugnantium vel propugnantium hæcce poëmata, animos scribentium accenderit ad ea, quæ forte nunquam alias in mentem illorum ulli venissent, excogitanda, & universim definienda. Sic *Quem Natura negat, facit Indignatio Versum.*

DXXX. PORTULANO, liber Nauticus, Portus Navales, & navigandi rationem exponens, cujus auctor *Aloigio da MOSTO*, Poeta rarissimus quem ad A. D. 1477. referens *Gjaccmo Alberici*, in Catalogo scriptorum Venetorum Illustrium Italicè publicato pag. 114. sic describit: *fu diligentissimo investigator delle cose del mare, onde di età di venti due anni (come riferisce Fr.* Sansovino *nella sua Venetia, & altri Istorici) pressò fino al Porto della Stussa, nell Etiopia inferiore, al cui essempio poi mosso il Colombo, ritrovo il mondo nuovo. Scrisse alcuni versi, & fece un libro ancora intitolato* Portulano, *ma senza il suo nome.* (Navigationes ejus Tomo 1. Ramnusii extant.)

DXXXI. *L' Impresa* di TERRA SANTA *Angeli MOROSINI*, in Rhodianis n. 15. & Scaven. n. 53. memoratur, opus mihi nondum visum, sed quod ex illis esse censeo, quæ obiter attingit *Janus Nicius Erythræus* in ejus elogio, quod est n. 54. Pinacothecæ part. 3. ubi librum etiam ipsius, cui titulus *Flores Italici*, editum Venetiis 1604. in 4. ex merito laudat hisce verbis: *Quantum Vir ille Latinis ac Græcis in primis literis præstiterit, præsertim declarat ille ejus verissimis, ac justissimis elatus in cœlum laudibus liber, quem* Flores Italicæ *Linguæ inscriptum edidit. Aliquot etiam, Etrusco sermone, tum soluta oratione, tum versibus, ab eo scripta narrantur; unde liceat intelligere, summum illud ingenium, quamcunque in partem se dedisset, sui semper simile extitisse.*

CAP. XVI.

De Libris Anonymis aliarum variarum linguarum detectis.

BOHEMICE.

GEorg *FERUS*, gente *Bohemus*, patria Tinensis, transtulit in linguam Bohemicam, & tacito suo nomine edidit. *Vitam S.Ignatii Lojolæ*, quam breviter Petrus *Ribadeneira* conscripsit. Pragæ. 1617.

DXXXII. *Vitam S.Isidori Agricolæ.*

DXXXIII. *Martyrologium.*

DXXXIV. *Libellos alios partim Asceticos, partim Catecheticos.*

DXXXV. *Alphonsi Rodriguez opus de perfectione* jam urget: verba sunt sæpissime laudati *Alegambes* pag. 155. qui solus ferè, ceu videre est, hæc anonyma Hispanica & Lusitanica nobis dedit, quorum nec *Valerius Andreæ* in Catalogo scriptorum Hispaniæ, nec *Andreas Schottus* in Bibliotheca Hispaniæ ullumq; memoravere.

CARNIOLICE.

DXXXVI. CATECHISMUM & EVANGELIA *per annum* Carniolicè transtulit, collatis cum Illustrissimo Latarensi Episcopo operis, cujus auctoritate prodierunt ἀνωνύμως Græcii 1612. Jesuita Carniolus, *Joannes TZANDEK*, ut autor est *Alegambe* pag. 276. 277.

HISPANICE.

DXXXVII. AMADISII *fabulæ*, quod Hispanum habeant Auctorem, & Hispanicè primò fuerint conscriptæ notoriũ est, quis autem ille fuerit, omnes silent. Et verò nomẽ intercidisse puto. AULICUM HISPANUM SARACENUM & Magiæ peritum, quam etiam commendare scripto illo præcipuè sibi propositum habuerit, absque auctoris idonei testimonio refert *Lauremhergius* Acerræ Philolog. Centur. 3. Hist. 87. quæ tamen omnia sunt ex Disc. 6. Domini *de la Noüe*, qui totus agit de perniciosa lectione horum librorum. *Versiones Gallicas* Variorum vide apud *Draudium* de Historicis Gallicis p. 138. inter illos *Jacobum*

bum Gorreum Parisinum, augmentis eum plurimis ditasse testatur *Bodinus* Method.Hist.c.4. adde Renatum *de Lusinge* Method.Histor.pag.13. *Lansium* Or. qua Gall. *Zeiler* de Histor.part.2.p.166. Indicem *Irenici* seu *Oldenburgeri* pag.10. *Keckerm.* de nat & propr.hist.part.I. c.3. p.m.1825.

DXXXVIII. CARMEN NUPTIALE Hispanicum, *in nuptias Principum Ludovisii & Renosæ*, Romæ 1622. in 4. â *Nicolao* RICCARDIO publicatum absque auctoris nomine memoratur â *Leone Allatio* Apum Urbanarum pag.199.

DXXXIX. CATECHISMUM Hispanicè tacito suo nomine, adscripto duntaxat titulo Sacerdotis cujusdam ê societate Jesu, edidit *Honoratus* RIO, *Jesuita Hispanus*, hortatu Illustrissimi Domini Francisci Lopez de Mendoza, Episcopi Elnensis, qui eundem in tota sua Diœcesi populo explicari jussit, uti memoriæ consignatum reliquit *Alegambe* pag.189.

DXL. ELOGIA *Clarorum Virorum de Societate Jesu, ex provincia Peruana*, Hispanicè scripta, & auctoris nomine suppresso publicata, sunt *Joannis Mariæ* FRETLIN, *Jesuitæ Itali*, docente eodem *Alegambe* pag.257.258.
Huc pertinent ex Cap.2. n.91, 92. &c.

HUNGARICE.

DXLI. COR JESU *sacrum, imaginibus, Rythmis, Orationibus expressum*, Viennæ 1629. Hungaricè nomine suo non adscripto edidit *Matthias* HAINAL, *Jesuita Hungarus*, hoc nomine scriptores inter Jesuitas positus apud *Alegamben* pag.337.

DXLII. EVANGELIA & EPISTOLAS, *per annum in missa legi solita*, convertit in linguam Hungaricam, & tacito nomine suo imprimi curavit Viennæ 1629. *Georgius* KALDI, *Jesuita Hungarus*, teste eodem *Alegambe* pag.156.

DXLIII. *Thomas a* KEMPIS *de Imitatione Christi*, Hungaricè versus & Posonii editus, numeratur inter libros *Petri* PATZMANNI, *Jesuitæ Hungari* & Cardinalis, ab *Alegambe* pag.393. anonymis verò accensetur ab eodem pag.450.

LUSITANICE.

DXLIV. MARTYROLOGIUM, de quo in Gallicis supra cap.14. n.412. Lusitanicè versum, anonymis scriptis Jesuiticis accensetur ab *Alegambe* p. 448. & *Alvari* LUPI *Lusitani* esse perhibetur ibidem, & pag.24.

DXLV. *VITAM Simonis GOMEZ*, &

VITAM P. Vasci PIREZ, è soc. Jesu, quæ tamen edita non est, Lusitanicè tacito suo nomine scripsit, *Emanuel de VEGA Lusitanus*, ab aliis duobus ejusdem nominis auctoribus distinctus, apud *Alegamben* pag. 103.

DXLVI. *Succinctam Narrationem VITÆ & Mortis TRIUM SANCTORUM Martyrum*, Pauli, Joannis & Didaci, *Japonum é societate Jesu*. Lusitanicè nomine suo suppresso edidit *Antonius COLAZUS, Jesuita Lusitanus*, memorante itidem *Alegambe* pag. 37.

APPENDIX ANONYMORUM,

Continens

Omissos in superioribus, aut nondum satis notos.

Ad CAP. II. *De Theologicis.*

DXLVII.

O*Puscula aliquot, quibus regimen Catholicorum in ANGLIA à S. Sede Apostolica institutum propugnat, & Decretum sacræ Congregationis ad Indicem librorum deputatæ, contra contumaces quosdam in Gallia defendit.* sub nomine H. L. scripsit *Joannes FLOYDUS, Jesuita Cantabrigiensis* Anglus, teste *Alegambe* p. 242.

DXLVIII. ARS NIHIL CREDENDI, Liber atheisticus, *Gothofredo* à VALLE tribuitur à *Spizelio* Scrutin. Atheismi 3. §. 14. pag. 56. & de eradicando Atheismo. p. 16. nec non à Voët. Disput. de Atheismo.

DXLIX. *CATECHISMUS Petri CANISII Jesuitæ*, anonymus primò prodiit, teste *Radero* in vita ejus l. 5. c. 6. v. supra n. 110.

DL. CATECHESEOS RACCOVIANÆ auctor est *Valentinus SCHMALTZIUS*, Gothanus v. *Kromayer*. scrutin. Religion. disp. 7. part. 1. thes. 7. p. 162. ei opposuit *Frid. Balduinus* summus ille Theologus, Refutationem Catechismi Arriani, qui Rakoviæ 1608. excusus est. Witteb. 1619 editam.

DLI. CYMBALUM MUNDI. Auctorem hujus libri detestabilis, in *Disp. Voëtiana* de Atheismo p. 199. nominatum legimus, *Bonaventuram de PERIERS*

RIERS ex *Henr. Stephani* tract. præpar. ad apologiam Herodoti c.26.p.364.& *Hunsdorffio* ad præceptum 3. & αὐτοχειρίᾳ vitam finiisse. *Mersennus* tamen ibidem citatus in Genesin p.669. *de PEREZ* eum vocat, & *monstrum, impurissimum nebulonem, &c.* non tamen auctorem, sed interpretem dicti libri anno 1538. ab ipso editi facit. Vide illum citantem,& argumentum libri referentem quoque *Spizelium* scrutin. Ath.3. §.14. p.56.

DLII. Cur receptum sit EVANGELIUM, liber nefarius, Atheismum propagans, VALEI vel alterius Nebulonis dicitur à *Theoph. Spizelio*, scrutin. Atheism.3. §.14.p.56.

DLIII. OCHINI Dialogorum versionem, *Sebastiano CASTALIONI* tribui à *Theodoro Beza*, principio tractatus de Polygamia, jam notavimus n.50. pag. 34. Rhodianorum.

DLIV. PUGNA SPIRITUALIS *Laurentio* SCUPULO vindicatur supra in Germanicis n.333.(ubi typographicum errorem in hoc nomine commissum BL. corrigat,)& Italicis suo loco.

DLV. TYPUS MUNDI, *in quo ejus calamitates & pericula, nec non divini humanique amoris antipathia emblematicè proponuntur*, cum elegantibus figuris Antvverpiæ apud Cnobbart. 1652. in 12. Nomen auctorum latet in litteris R.R.C.S.J.A. quas interpretor, RHETHORES COLLEGII SOCIETATIS JESU ANTWERPIENSIS. scribit ad me JCtus laudatissimus *Gerhardus von Mastricht*, cujus divinationi facile assentio.

DLVI. VERITAS PACIFICA, v. *Simplicius Christianus* in *Pseudonymis*.

DLVII. *Breviarium* UBIQVITISTICUM, à *Christophoro* BECMANNO, Professore olim Zervestano, Collega Wendelini conscriptum esse, ex fide dignis se habere perscripsit idem Dominus *Gerb. von Mastricht*. v. in *Pseudonymis Massonus*.

Anonyma scripta Theologica sequentia *Alegambe* pag.10. *Alberto* ROZCISZEVSKI, *Polono Jesuitæ* adscribit hisce verbis: Edidit partim alieno (vid. in *Pseudon. Jo. Bobolai*,& *Medzybozius*) partim suppresso nomine, Opuscula nonnulla, fidei Catholicæ & Societati adversus utriusque hostes propugnandæ.

DLVIII. *Contra libellum Ministri cujusdam Calviniani*, qui contendebat PONTIFICEM MAXIMUM à DÆMONE *missum*, tam efficaciter scripsit, ut os illi Ministro complicibusque perpetuò occluserit.

DLIX. *Responsionem ad* Calumnias cujusdam, qui PATROCINIUM TORUNENSIUM *contra Jesuitas* susceperat.

 DLX. ORA-

DLX. *ORATIONEM ad Senatum Equitesque POLONOS, in qua refelluntur ea, quæ in Conventu tum Proszevienfi,tum Sibedenfi Torunenses Jesuitis objecerant.*

DLXI. ORATIONEM *alteram* CONTRA ANDREAM VOLANUM *Sacramentarium*, qui Clementi VIII. inscripserat Orationem, qua per summam impudentiam ei persuadere nitebatur, ut se pontificatu abdicaret. Plura quoque anonyma *Philippi BEBII*, Belgæ Jesuitæ, pleraque Theologica, recenset *Alegambe* in appendice p 555. (quæ totidem ex eo verbis transscribit *Valer. Andreæ* p.767. omittente hæc omnia *Swertio*) hunc in modum: Ejus libelli sunt typis Kinkianis editi, sed tacito ipsius nomine, his titulis & annis.

DLXII. *Porta Cœli, una cum scala Jacob,* id est, *Tessera salutis, prædestinationis, ac mortis felicis cultus Virginis Deiparæ 1616.*

DLXIII. *Scala virtutum cum nonnullis exercitiis ad Sodalitatem ipsam & B.V. cultum spectantibus 1618.*

DLXIV. *Diæta Salutis ex* P. Joannis Polanci *piè vivendi industriis excerpta.*

DLXV. *Antidotum Spirituale contra pestem 1622.*

DLXVI. *Scala Virtutum & porta cœli, una cum scala Jacob selecta ex opere* Mariano P. Delrio & Francisci Ariæ *de præsentia Dei & utilitate freq. Confess. & Commun.* 1621.

DLXVII. *Flores Meditationum ex* S. Ignatio, P. Bruno, P. Busæo *& aliis collecti.* Hi præcipuam quandam habent commendationem, & ideo recusi sunt Coloniæ typis Gualteri in 12. 1623.

DLXVIII. *Thronus Justitiæ, sive de Examine triplici Conscientiæ, generali, diurno, particulari ex 4.PP.Soc. concinnatus* 1624.

DLXIX. *Trivium cæleste*, sive *Tractatus de triplici via, Purgativa, Illuminativa & Unitiva*, ex 4.PP.Soc. collectus.

DLXX. *Antidotum generale, contra omnes animæ morbos*, id est, *Tractatus Spiritualis de præsentia Dei, ex* P. Franc. Aria & P. Antonio Gaudier 1626.

DLXXI. *Ars vitæ sanctioris*, sive *Scientia Mystica Spiritualis*, ex variis PP. collecta 1627.

DLXXII. *Euthanasia*, sive *præparatio ad felicem mortem*, ex Bellarmino, Aluarez & de Ponte 1628.

DLXXIII. *Phœnix redivivus*, sive *de Renovatione interiore Sodalis Mariani*, ex P Jacobo Aluarez, & Sodali Parthenio P. Gasparis Lechneri.

DLXX. Item

DLXXIV. Item *Succincta Chronologia*, ex Bellarmino & Baronio, *ab initio mundi, usque ad annum* 1628. in 8. apud Hermannum Mylium, præfixa est Historiæ, seu Chronico Turfellini, quæ à perspicua brevitate commendatur.

DLXXV. S.Bernardi *Abbatis* libellus *de interiore domo*, sive *de Conscientia* 1629.

DLXXVI. Commentarius in tres partes Carminum selectorum Latinorum, ex diversis Scholiastis concinnatus, editus Coloniæ, anno 1629. apud Herm. Mylium in 4. justo volumine.

DLXXVII. Gymnasium Virtutum, sive *de officio hominis Christiani, ac pii Sodalis*, ex S.Ambrosio lib.1. officiorum.

DLXXVIII. Tractatus Asceticus de Militia Spirituali 1630.

DLXXIX. Gymnasii Virtutum II. pars; ex S.Ambrosio lib.2. officiorum.

DLXXX. Item *Tractatus Asceticus de peregrinatione Vitæ humanæ, ac filiorum Dei*, excerptus è XLII, mansionibus filiorum Israel, quæ moraliter explicantur. 1631.

Ad CAP. III. *De Juridicis.*

DLXXXI.

EPISTOLA *ad Amicum, bono publico edita, DE CENSURA FORENSI*, Simonis von Levven, Lugd.Bat. in 12. 1662. prodiit, quam *Adriani BECKERS à THIENEN*, Professoris ibidem Publici, esse, ex fama se habere scribit Dominus *Gerbardus von Mastricht*.

Ad CAP. V. *De Historicis.*

DLXXXII.

A*RTIFICIA hominum miranda naturæ, in SINA & EUROPA*, Francof. 1655. in 12. præfixis literis A. P. F. B. prodiere, quæ BRVLII, nescio cujus, esse scribit Dn. *Gerb. von Mastricht*. Liber idem Germanicè in 4. extat.

DLXXXIII. ADDITIONIS ad CATALOGUM TESTIUM VERITATIS, de quo supra n. 151. egimus, auctorem esse *Simonem GOVLARTIVM*, testatur *Jacobus Gretserus* Jesuita, prolegom. Mystæ Salmuriensis sive Mysterii Iniquitatis revelati pag. 60.

DLXXXIV. CHRONOLOGICUM *opus*, R.B. Amstelodami apud Joh. van Someren paucos ante annos impressum, *Roberti BAILII* esse, cujus nomine ci-

ne citatur à *Joh. Henr. Heideggero* in Histor. Patrum, Exerc. 21. §. 9. p. 678. Dn. *Gerb. von Mastricht* itidem perscripsit.

DLXXXV. DISQUISITIO *de Auctore Stephano JUNIO BRUTO Vindiciarum contra Tyrannos personato*, quod sit *Gisberti VOETII* v. in *Pseudon.* ad nomen *Bruti*.

DLXXXVI. FASCICULUS TEMPORUM, sine nomine auctoris olim in Germania impressus, ex diversis aliorum Chronicis collectus, & veluti in Tabulas digestus, sermone parum Latino, libris *VVerneri ROLEVINCK*, Westphali Carthusiani annumeratur à *Gesnero*, Bibl. p. 683. edit. Simler. Adde *Schoock* Fabul. Hamelensis part. 3. c. 1. p. 181. imprimis autem *Voss.* de Hist. Lat. l. 3. c. 6. p. 569. 570.

DLXXXVII. PETRONIANA ELOGIA, quæ ἀνωνύμως editioni ejusdem in 8. à *Goldasto*, cum variorum notis præfixa extant, esse *Michaelis Casparis LUNDORPII* vid. in *Pseudon.* ad nomen *Erhardi*.

DLXXXVIII. De JURE, *quod IN SVECIAM REGI AD LIVONIAM Regno Poloniæ nullum competit* H. J M. dissertatio 1652. in 4. edita, quod sit *Johannis Hectoris MITHOBII*, Amplis. Dn. *Conringius* Helmstadiensis editionis 1656. factæ in 4. præfatione detegit, laudans ipsum scriptum.

DLXXXIX. TRIDENTINI CONCILII *Svavis Polani* versio Latina, ex Italico, per *Adamum NEVTONUM* Scotum facta quod sit v. in *Pseudon.* ad nomen *Polani*.

Ad CAP. VII. *De Mathematicis*.

DXC.

CYCLOMETRIÆ à Longomontano, anno 1612. Havniæ, Anno 1627. Hamburgi Anno 1664. Amstelod. publicatæ, Elenchi editi Parisiis in 4. Autor est *Claudius HARDT* v. Scaven. n. 99.

Ad CAP. VIII. *De Politicis*.

DXCI.

DISQUISITIONES *Politicæ*, sive SEXAGINTA CASUS *Politici, ex omni historia selecti*, Hagæ Comiti 1650. in 12. prodiere, ac postea iterum sunt recusæ Gallicè, lectu planè dignissimæ. Eas *Marco Zuerio BOXHORNIO* deberi, compertum sibi, cum in Batavis degeret, scribit Dn. *Gerb. von Mastricht*.

Ad

Ad CAP. IX. *De Philologicis.*

HEINSIANA quædam anonyma n.235. 281. & seqq. deteximus, quibus addenda.

DXCII. ***An & qualis ducenda uxor litterato.***

DXCIII. *Laus pediculi.*

DXCIV. *De Poetarum Nuptiis.*

DXCV. ***Batrachomyomachias argumentum***, libelli Lugd. Bat. excusi seculo hocineunte, & deinceps varie recusi, imprimis 1629. 12. uno volumine, ubi junctæ Epistolæ testantur *Heinsium* auctorem, ne stylum, ejusque signum (quod *Vossius Paulo Colomesio* dedit, cujus vide hac de re pag 128.) allegem. Adde quod pleraque horum & à *Valer. Andr.* p.172. & à *Fr. Swertio* p.204. eidem palam adscribuntur.

DXCVI. PRÆFATIO quoque DORDRACENÆ SYNODO *præfixa* eidem tribuitur à *Maresio*, in refutatione Apologiæ Corcellei p. 277.

DXCVII. APOLOGIAM quoque *pro ipso*, *adversus Joannis Croii Calumnias*. Lugd. Bat. 1646. in 8. editam, cum aliis argumenti non absimilis, aut ipsius HEINSII, aut *M. Zuerii* BOXHORNII putat *Dn. Gerb. von Mastricht.*

DXCVIII. CLAVA HERCULIS, nescio quid libri sit, quod tribuit *Alegambe* pag.158. *Georgio SCHRETELIO Jesuitæ Suevo.*

DXCIX. COMMENTARIA in HYGINIUM *Chromaticum*, & POLYBYUM *Megapolitanum*, de *Castris Romanis*, quæ extant longè doctissima, prodiere, auctore R.H.S. Amstelodami 1660. in 4. Ea *Rabbodo Hermanno SCHEELIO*, Domino Veneburgæ & Welbergæ, Isselmudani Transjulaniæ agri Præsidi deberi, scribit iterum Dominus *Gerhardus von Mastricht.* Ejusdem auctoris habemus *Libertatem publicam*, libro posthumo descriptam, editamque Amstelod. 1666. in 12. cui adjectus Threnus *Theophili Hogersii* in obitum ejusdem.

DC. EPISTOLÆ OBSCURORUM VIRORUM, quibus debeantur auctoribus, ex *Henrici Hamelmanni*, qui vitam *Hermanni Buschii* descripsit, loco p.49. ex editione Joh. à Goer, cum opuscul. de Westphalia, descripto transmissoque à Dn. *Gerb. de Mastricht* didici, qui locus talis est: ***Orthwinus*** Vir ***alioqui non indoctus, in gratiam barbarorum Theologorum (aucupans opimam aliquam prebendam, & beneficia Ecclesiastica) sese conjunxerat Jacobo Hochstrato Theologo & Magistro nostro, certantis contra Johannem Reuchlinum Capnionem, contra***

R ***quem***

quem pro Hochstrato Lovanienses & Parisienses Theologi pronunciaverant. Interea dum utriusque causa ventilaretur Romæ, ubi patrocinium Reuchlini suscepit, & ipsius actionem defendit Buschii Amicus, Doctor J. V. Joannes a VVick (qui postea anno Domini 1533. in Vastennovv ut sanctus Martyr tyrannicè est occisus à Canonicis Monasteriensibus, propterea quod ibi promovisset Evangelii Doctrinam) cadit causâ Hochstratus: hinc fit ut sese conjungerent Præpositus Comes NEVVENARIVS, Vlricus ab HVTTEN eques, REVCHLINVS, & BVSCHIVS atque plures, & Epistolas obscurorum Virorum *ridiculas contexerent, in invidiam Orthvvini Gratii, qui multis scriptis defenderat Hochstratum: & hæ iam etiam in multorum manibus sunt.*

DCI. ORATIONEM Msstam, *de STATVA VIRGILII per* Carolum de Malatestis *subversa*, raram, auctori suo restituit *Vossius* pag. 27. de Poët. Lat. hisce verbis: *Habeoque* orationem Msam adversus Carolum *iis temporibus super hoc exaratam, satis sanè acerbam: & tamen auctor ait*, acerbius se scripturum fuisse, si tutum fuisset in eos scribere, qui possent proscribere. *Nomen auctoris non apponitur: sed permista legitur orationibus, libelluque* Guarini *ac discipulorum, qui auctore Magistro hujusmodi oneris aliquid suscipere solerent, ut videri possit scripta ab ipso GVARINO* Veronensi, *Clarissimo sui temporis Viro, vel saltem* Discipulorum aliquo.

DCII. De PILEO cæterisque Capitis tegminibus, tam sacris quam profanis, ad Petrum de Macerat librum, Lugduni 1655. in 4. anonymum prodiisse, quem nunc *Anselmi SOLERII* Cimmeliensis nomine præfixo, Amstelodami 1671. in 12. cum figuris recusum videmus. Dn. *Gerhardus von Mastricht*, itidem mihi significavit.

DCIII. VENETÆ ACADEMIÆ, SCRIPTI, mihi planè ignoti, auctorem *Fredericum BADOENVM*, facit *Scavenius* n. 68.

Ad Cap. X. *De Poeticis.*

DCIV.

ELEGIAM, quam Casp. Barthius Adversarior. l. 45. c. 16. transscriptam sibi ex membranaceo Codice Coloniensi variarum rerum, & *piam, cordatam, eloquentem, comptam, nec malorum temporum visam* profitetur, inscriptam: *Quod diversi ad diversa studia nati sunt*, quamque tam ævo veteri, quam recenti adscribere dubitat: *Conrado CELTI*, primo Poetæ Laureato adscriptam reperit, sed mutatam non modo vocibus, verum etiam versibus interdum integris, auctamque, Vir maximè reverendus, *Esdras Etzardus* SS. Theol. Lic. in cujus Exem-

Exemplari amicè mihi commodato, collatum vidimus â capite ad calcem ipsi lectum exemplar cum Barthiano. Daremus utrumque, si modus opusculo constitutus & festinans ad nundinas Typographus hoc permitterent. Alii proinde tempori hoc munusculum reservamus.

Ad Cap. XI. *De Germanicis.*

DCV. DCVI. DCVII. DCVIII. DCIX.

BIBLIA VINARIENSIA glossata nota sunt omnibus, credo, Theologiæ cultoribus Germanis. Ex iis aliquam partem notabilem, EXPLICATIONEM nimirum *CANTICI Canticorum*, PSALTERII, PROVERBIORUM, & ECCLESIASTÆ, nec non *Evangelii* JOHANNIS, *una cum præfatione* a sua manu esse testatur *Salomon GLASSIUS*, apud *Theoph. Spizelium* in templo honoris. pag. 220. ubi vide *Glassii* elogium, & librorum ab ipso editorum catalogum exhibitum.

DCX. Tractatus Novissimus JURIS PRÆHONORARII *congrui*, RETRACTUS vel προτιμήσεως, Das ist / Einstand / Beschudt und Abtriebs-Recht / Anonymi cujusdam JCti, Allen Adelichen Gerichts-Herren / Ambtsleuten / Richtern / Vogten / Gerichts-Verwaltern gantz nöthig und nützlich. Cöllen / bey Andreas Bingen / vor den Minen Brüdern in Lorett anno 1655. Scriptum hocce doctissimum Auctorem habet *Salomonem CYRIACUM*, JCtum summum, & Celsissimi p.m. Palatino-Neoburgici Principis Wolffgangi Wilhelmi Consiliarium intimum, ac Fiscalem Dusseldorpiensem, nunc verò Celsissimi Principis Hassiaci Consiliarium intimum, & Directorem Cancellariæ Rintelensis existentem, ceu cognovi ex litteris Amplissimi Dn. *Gottfrid Mellem*, Consiliarii, Medicique Principis Palatino Neoburgici meritissimi, Domini Amici mei singularis.

Ad Cap. XII. *De Belgicis.*

BElgica scripta anonyma sequentia *Joanni STALPARDO van der VVIELEN*, Hagæ Comitano adscribit *Valer. Andr.* Bibl. Belg. p. 566. quem frustra apud *Swertium* quæras.

DCXI. *Vita S. Agnetis*, sive *Contemptus mundi Muliebris*, versibus rythmicis. 1622. 4.

DCXII. *Extractum Catholicum*, sive *Cantilenæ*, *De præcipuis fidei capitibus*, adversus Hæreticos 1631. 8.

DCXIII. *Annus aureus*, in duos Tomos distinctus, *cujusque diei Dominici ac Festi Evangelicas continens lectiones.*

Ad Cap. XIII. *De Anglicis.*

DCXIV.

COmmentariolum trium foliorum, quod aliquot rationum contextu, *liberum ANGLIÆ CATHOLICIS ad Protestantium sacra aditum* patefecerat, *Thomæ VVRIGTHI*, sacerdotis esse, credidit Georgius *Blacvvellus*, uti pag. 3. in Quæstione ipsius bipartita videre est.

Ad Cap. XIV. *De Gallicis.*

DCXV. LE BOVCLIER *d'Estat*, qui parut il y a peu de temps, imprimé en 12. a Anverse, defendent les droits du Roy d'Espagne sur les pays bas contre le Roy de France, est attribuë, au *Baron D'ISOLA* dans la *Response aux Remarques Françoises sur les lettres du Baron d'Isola & du Chevalier de Cambrick a S. A. E. de Cologne*, qui est inserée dans le *denouement des intrigues du temps, par la responce au livret* intitulé *Lettres & autres pieces curieuses sur les affaires du temps* fait par S. J. P. P. B. a Bruxelles in 4. 1673. pag. 83. En voicy les paroles mémes. *Quoyque*, dit il, *dans tout le cours de sa vië il ayt employé ses heures de loisir à la composition de plusieurs ouurages, dont il auroit pû attendre autant d'approbation, que de ceux qu'il a esté obligé de mettre en lumiere, jamais les sollicitations de ses amis n'ont pû vaincre la repugnance, qu'il a toûjours euë a les exposer en public, & hors du* Bouclier d'Estat, *qu'un commandement absolu, & une necessité indispensable l'obligerent de mettre au jour, auec une precipitation, qui ne luy permit pas de le polir, comme il auroit souhaité; jamais aucune piece de sa façon, n'a paru de son sceu & de son consentement. Il est vray que l'avidité des Libraires, leur a fait ramasser quelques fragments mal agencées de deux ou trois autres de ses ouurages, qu'ils ont mu sous le presse auec tant de deffauts, que l'Autheur mesme a de la peine a les reconnoistre, mais il a suiet de se plaindre, de ce que la malice de quelques uns & l'Ignorance de quelques autres, luy attribuent souvent des fruits, qu'il n'a pas produits, & qui ont de caracteres si contraires aux siens, que pour peu qu'on veuille luy faire justice, on demeurera facilement d'accord, que ce sont des Enfants supposés.*

Cymbalum Mundi v. supra n. 551.

Ad Cap. XV. *De Italicis.*

DCXVI. La GIUNTA, di *Ludovico CASTELVETRO* v. Rhodian. n. 52.

DCXVII. VITA DI MELINO, di *Pietro GIRARDO*, vide ibid. n. 24.

F I N I S.

VINCENTII PLACCII

SCRIPTORUM PSEUDONYMORUM DETECTORUM

Catalogus.

A.

ABBAS PANORMITANUS, eo titulo notior quam suo nomine, quod erat Nicolaus, ex familia Tudeschorum, & ex urbe Siciliæ Cathana oriundus, Ecclesiæ Romanæ Cardinalis, scripsisse fertur librum *de Potestate* 1
Papæ, Imperatoris, & Concilii, teste *Valentino Forstero* Hist. Juris. lib. 3. cap. 34. n. 1. Eum *Nicolao* SIMONIS Batavo adscribit in apparatu suo *Possevinus* Tom. 2. pag. 495. & 497. Et verò *Nicolaum* huncce *Simonis*, Batavum Carmelitam, ejus argumenti atque tituli libros IV. edidisse Mediolani, circa A. D. 1410. testantur *Valerius Andrêæ* Bibl. Belg. pag. m. 697. & *Franciscus Swertius* pag. 582. nec non *Gesnerus* pag. m. 525. editionis Simlerianæ, sed an iidem sint hi libri cum *Panormitani* ea de re scripto, crediderim amplius examinandum.

ABRAHAMUS Patriarcha. Ejus Libri huc pertinentes sunt
I. Apocalypsis (non amplius extans) quam Hæretici SETHIANI ex- 2
cogitaverunt, uti lib. 1. *Panarii*, sive adversus Hæreses scribit *Epiphanius*, eum librum omni malitia refertum perhibens, cum quo eundem esse putat librum, qui *Assumptionis Abrahami* titulo citatur apud *Athanasium* in Synopsi sacræ scripturæ, permutatis tantum vocibus ἀποκαλύψεως

& ἀναλήψεως Civis meus *Petrus Lambecius* ex Rectore & Professore Gymnasii nostri Consiliarius & Historiographus Cæsareus, Historiæ Litterariæ Prodromi pag. 50. in quo facile assentio, v. *Possevinum* appar. sacr. pag. II.

3 ספר יצירה *Sepher Jezirah*, (non *Zezyrah*, ut est apud *Gesner.* pag. m. 2.) editus primò non Mantuæ, uti modo laudatus *Lambecius* l.c. p. 53. autumat, sed Parisiis 1552. in 8. cum Commentariis *Guilielmi Postelli*, de quo vid. *Gesner.* Simleri pag. 263. deinde Mantuæ in 4. cum Commentariis *R. Abraham, Ben Dior*, & aliorum, & ultimò cum notis *Joannis Stephani Rittangelii* Prof. Regiomontani, Amstelod. 1642. in 4. Extat etiam una cum aliis libris Caballisticis excusus inter *Artis Caballisticæ scriptores*: Basil. 1587. in fol. editos pag. 869. hoc titulo: *Liber de Creatione Caballisticus Sepher Jezira, authore Abrahamo successivè filiis traditus: hinc jam rebus inclinatis, ne deficeret per sapientes Hierusalem arcanis & profundissimis sensibus literis commendatus.* Ipsum scriptum, uti paucissimis constat foliis, ita mirificè à Caballistis prædicatur, utpote cujus ope miracula quoque se facere jactitant, quod sane *credat Judæus Apella, non Ego.* Verus auctor ejusce scripti *Rabbi* AKIVA fuit, qui A. C. 135. floruit. Unde in Præfatione secunda Zohar Mantuani leguntur hæc verba: &c. מי התיר לר עקיבא לכתב ספר יצירא i. e. *Quis jussit R. Akiva scribere Librum Jezirah, &c.* Plura vide apud *Buxtorff.* in Bibliotheca Rabbinica, *Sixtum Senensem* Bibl. sanctæ lib. 2. *Voss. in Maimoidem* de Idololatria pag. 9. *Kircherum* in propylo Oedipi Ægyptiaci, ubi in Æthiopia servari libros *Abrahami*, quos scripsit cum in Valle Mamre Philosophiam publicè profiteretur, à nonnullis credi, scribit. *Possevinum* in apparatu sacro. *Histoire des Histoires du Sieur de la Popeliniere* liv. 8. pag. 446. *Petr. Lambec.* l.c. pag. 58. & seqq. *Lomeyerum* de Bibliothecis cap. 2. pag. 16. & seq. & *Job. Henr. Heideggerum* Historiæ Patriarchar. part. 2. quosque hi plurimos iterum adducunt.

4 Donati ACCIAJOLI, Florentini *Commentaria in Ethica Nicomachia Aristotelis*, excusa sunt aliquoties in fol. & in 8. Venetiis alibique. Ea non ipsius, sed ARGYROPYLI Bizantini prælectiones Florentiæ habitæ, à plerisque æstimantur, teste *Simone Simonio* Lucensi, in principio Dedicatoriæ suis in hosce libros Commentariis anno 1567. publicatis præfixæ. Quo nomine Plagii eundem accusavit *Naudæus* in Bibliographia Politica, sed minus bene, ceu pluribus hoc probat *Thomasius* de

de Plagio Litterario §.347. quandoquidem ipse suæ Dedicationis ad Cosmum Medicen initium facit ea confessione: diserte se expositionem hujus Doctoris, *Argyropyli* nempe, litteris mandare, testatus.

Philothei ACHILLINI Consiliarii Regii *Somnium Viridarii, de Jurisdictione Regia, & Sacerdotali*, exhibetur â *Melchiore Goldasto* Tom.1. Monarchiæ S. Romani Imperii pag.58.& seqq. Liber omnino lectu dignissimus, deque cujus auctore multa ipse in dissertatione, Tomo illi præfixa, postquam latè disseruit, tandem eundem haud infirmis conjecturis vel præsumptionibus detegit *Philippum* MÆSERIUM, sive MACERIUM, Gallicè de MAISIERES, Cancellarium Cypri, Ministrumque, primum aulæ Pontificiæ Gregorii XI. deinde Regiæ Caroli V. Galliæ Regis, quem scriptorem etiam *Vitæ Petri Thomæ Carmelitæ*, Patriarchæ Constantinopolitani, laudat *Gesnerus* pag. m.573. 5

ACTII SINCERI nomine latere frustra tentavit *Jacobus* SANNAZARIUS, inclytus Poëta Italus, de quo vid. *Voss* p.81. de Poetis Latinis, & alios plures: adde quæ infra in nomine *Nicii* monebimus. 6

ADAMO Patriarchæ tributum falsò librum *Genealogiæ*, ab Hæreticis MANICHÆIS, juxta *Augustinum* contra Faustum, & â GNOSTICIS, juxta Epiphanium in 1 Panarii, & *librum revelationum* confictum, nec hodie amplius extantes, vide apud *Gelasium* Pontif. distinct. 15. cap. Sancta Romana *Possevin.* in Apparatu Sacro p.14. *Sixtum Senensem* lib.2. Bibl. Sanctæ. *Lambecium* Histor. Litterar. c.3. pag.6. *Heidegger.* Histor. Patriarchar. part.1. Exerc.26. §.41. pag.481. & seqq. adde *Meursii*, glossarium pag.4. & *Christoph. Arnoldi* Spicilegium in *Ursini* Zoroastrem pag.25. & 26. 7 8

ADAMI CHRISTIANI nomine *Joannem* ANASTASIUM, nescio quem, ad Principes Ordinesque Augustanæ Confessioni addictos, *libellum contra veram præsentiam Corporis & Sanguinis Christi in S. Cœna* publicasse 1557. Tiguri, refert *Conradus Schlüsselburgius*, in Theologia Calvinistica, & ex eodem *Draudius* Bibl. Classicæ pag. m.117. 9

ÆGIDII CORBOLIENSIS & ÆGIDII ROMANI permutata scripta, illiusque *Correctorium Corruptorii Doctrinæ S. Thomæ* JOANNI PARISIENSI vindicatum, vide apud *Theophil. Raynaud.* de malis ac bonis libris part.1. Erotem.10. §.2. pag.122. De hujusce scriptis 10

adde

adde *Tritthemio*, & *Sixto Senensi*, & *Bellarmino* de Script. Ecclesiast. ad A. 1290. *Gesnerum* pag. m. 9. & 10. *Possevin.* in Apparatu p. 19. & seqq. *Gerardi* Patrologiam pag. 617. *Olearii* Abacum Patrologicum pag. 8.

11 ÆMILIUM PROBUM *opinatur aliquis in Compendium redegisse Nepotem*, ait *Vossius* de Hist. Latinis lib. 1. c. 14. pag. 71. eumque refutat & CORNELIO NEPOTI opus suum asserit. Iste *Aliquis* autem fuit *Gaspar Barthius*, qui peculiari Dissertatione hoc egit, ut ipse testatur Adversarior. lib. 24. c. 18. & lib. 25. c. 15. *Æmilii* nomine prodiisse Vitas illas sæpius, neminem paulo rei librariæ peritiorem latere potest. Occasionem ejusce facti memorat modo laudato loco *Vossius*, quem hic exscribere nolumus.

12 AGGEO inscriptos *Psalmos* CXXXVIII. & CXXIX. Davidis esse, vide asserentes cum *Augustino* de Civ. Dei l. 17. c. 14. Patres & Commentatores plurimos apud *Bellarm.* præfat. in Psalmos, & de script. Eccles. ad A. M. 2919. *Sixtumque Senensem* Bibl. Sanctæ lib. 1. pag. m. 14. & *Hottinger.* Philol. Sacr. c. 1. Sect. 1. p. 489. 490. Adde quæ diximus in *Anonymis* cap. 1. n. 6. & auctores in præfatione capitis illius memoratos.

13 L'AGGIRATO Academico incognito, cujus extat *Italica descriptio vitæ Ferrantis Palavicini*, operibus ejusdem selectis præfixa 1660. in 12. est *Girolamo* BRUSSONI, sicut ex ejusdem vitæ Veneta editione 1655. in 12. facta sub ipsius nomine constat.

14 AGOBARDI Lugdunensis ArchiEpiscopi, & Primatis Aquitaniæ nomine publicatam à *Papyrio Massono*, & ipsum sequente *Melchiore Goldasto*, in principio Monarchiæ S. Romani Imperii, *Epistolam, de Monarchia Imperii Francici* &c. tres integros tractatus continere, quorum primus solus *Agobardi* sit, cujus nomen præfert, medius GREGORII IV. *Pontificis*, Ultimus *innominati*, prolixè docet *Petrus de Marca* lib. 4. de Concordia Sacerdotii & Imperii cap. 11. quem eo nomine laudat *Theoph. Raynaudus* de libris bonis & malis part. 1. Erotem. 10. pag. 121. qui vitam etiam illius scripsit, quam vide, cum *Possev.* Appar. S. Tom. 1. p. 6. & citatis aliis *Oleario*, Abaci Patrum pag. 10. 11.

15 ALAIN CHARTIER, Notarii & Secretarii Regum Gallorum Caroli VI. & VII. nomine, quomodo *Chronicon Historia Regum* illorum prodierit, quod tamen debeatur alteri, cui nomen BERRY, vide in *Anonymis* Gallicis cap. 14. n. 418.

ALANI

ALANI COPI, Angli *Dialogi VI. de Historia Magdeburgica, contra summi Pontificatus, Monasticæ Vitæ, Sanctorum, & sacrarum Imaginum Oppugnatores, & Pseudo-Martyres*, Antwerpiæ apud Plantinum 1566. in 4. prodiere. Eos esse *Nicolai* HARPSFELDI, Angli, cujus extat *Historia Anglicana*, concessos ob periculum, quod ex sui nominis confessione metuebat auctor, *Alano*, vide apud *Th. Raynaudum* part. 1. Erot. 10. §. 1. pag. 117. de libris bonis & malis, & *Possev.* appar. Tom. 1. p. 7. & 486. *Pitseum* de Illustribus Angliæ scriptoribus pag. 772. 780. 781. *Miræum* Bibliothecæ Ecclesiasticæ part. 2. fol. 109. & excusantem â plagio Alanum, *Jacobum Thomasium* de Plagio Litterario §. 186. 16

ALBERTUS MAGNUS cognomento, ex fratribus Prædicatorum Episcopus Ratisbonensis, cujus Elogium vide in *Jovianu*, & apud *Sixtum Senensem* lib. 4. pag. m. 264. *Lansium* Orat. 1. pro German. pag. 40. *Possevinum* in Apparatu Sacro T. 1. p. 31. & seqq. *Anton. Senensem* in Bibliotheca Prædicatorum, *Bellarm.* ad A. C. 1265. *Gerbardum* pag. 602. *Jo. Imperialem* Musei Historici part. 1. in Elogio Arnoldi Villanovani; ubi inter alia hæc sunt illius verba: *Notam plerique* Magno *inusserunt* Alberto, *quod in libris de* Mirabilibus mundi *plurima congerat, quæ vel doctissimorum captum effugiant. Ego verò multa reor opuscula præfulgidum tanti Viri nomen ementiri, ad legentium gratiam, quæ nec somniavit* Albertus; *Nimia quippe scriptorum celsitudo, & opinionum firmitas, in abditissimo rerum omnium examine, quam ab ineptiis quorundam commentis, quæ illi vulgus adscribit, abhorreant, cuilibet vel oscitanter legenti perspicuum fit.* Ipsa Viri scripta vide recensentem prolixo satis Catalogo *Gesnerum* pag. m. 18. & 19. In quibus *I. De laudibus Virginis Mariæ libri tres* impressi Colon. 1509. quos eosdem arbitror cum eo, cui titulus, *Biblia Mariæ, cum Descriptione Vitæ ejus*, Colon. 1625. 8. aut cum eo, qui *Marialis* nomine citatur, & *Richardo â S.* LAURENTIO vindicatur per *Theoph. Raynaudum*, de libris malis ac bonis pag. 121. & 235. ac in Diptychis Marianis. *II. De Quintis Essentiis* liber, quem *Joannis de* RUPESCISSA, qui Gallicè de ROCQUETAILLADE vocatur, esse tradit *Petrus Borellus* in Bibliotheca Chymica, quem vide ad nomen utrumque scripta plurima referentem. Plura de hoc auctore vide apud nobis supra citatos, & *Olearium* pag. 16. Abaci Patrum, ubi & libros ejus, *de Secretis Mulierum*, Venet. 1508. editos supposititios esse testa-

17 18

19 testatur : nec non III. Libros *de Natura rerum*, esse *THOMÆ* CANTIPRATENSIS affirmat, quos non extare putat falsò *Gerhardus* Patrolog. p 603. ab aliis *Bartholomæo* ANGLICO adscribuntur, *& de rerum proprietatibus* inscribuntur, teste *Possev.* Appar. S. Tom 2. p.304. ubi & Thomam hunc *de Barbansano* cognominatum refert.

20 Sotto nome finto D'ALCINIO Lupa, si truova *L'Ambasciatore Invidiato* di *Ferrante* PALLAVICINO di Piacenza, il quale fu decapitato in Avignone, per haver dato alle stampe alcuni scritti contro l'Autorità del Pontifice Urbano VIII. de' quali habbiamo fatta mentione alcuna negl' *Anonymi* cap. 16. Della presente operetta rendono testimonianza, il *Ghilino*, il *Brussoni*, & l'Autore dell *Academia de gli Incogniti di Venetia*, ascrivendolo concordevolmente al detto autore.

21 Flaccius ALCUINUS Albinus Anglus, Caroli M. Præceptor. De eo ita scribit *Th. Raynaudus* de libris malis & bonis, loco superius citato, pag. 122. *Alcuino* (*ut refert Christophorus* Madridius *lib. de freq. Commun. cap. 3.*) *multi doctissimi Viri supposuerunt librum de* Ecclesiasticis dogmatibus, *quem* Gregorius Ariminensis *ex rubricis antiquis*, (*ut ait*) *adscribit Divo* AUGUSTINO ; *sed liber ille neque* Augustini, *neque* Alcuini *est*, at GENNADII, qua de re vide infra in scriptis *Augustini*. De hoc auctore, scriptisque illius variis bene multa vide apud *Sigebertum*, de Script. ill. c. 82. *Bellarm.* ad A. D. 780. *Trithemium* de script. Eccles. fol. 250. *Gesner.* pag. m. 196. 197. *Voss.* de Hist. Lat. lib. 2. c. 30. pag. 289. 290. ex eoque *Zeiler.* part. 2. pag. 4. de Historicis Chronol. &c. *Gerhard.* Patrolog. pag. 506. *Olearium* Abaci Patrum p. 17. 18. Ejusdem scriptum *Caroli Magni* nomine, *de Imaginibus editum*, vide infra ad nomina *Caroli Magni* & *Eliphili*. Ejusdem nomine scriptum editum *ad Carolum Magnum*, tanquam a *Joanne* CALVINO confictum, refert in præfatione sui apparatus *Possevinus*, idque illo nomine confixum per Indicem Romanum memorat *Th Raynaudus* de malis & bonis libris part. 1. Erot. 10. §. 3. n. 267. p. 163. Sed an rectè *Calvino* tributum hoc opus sit à Papa, viderint alii. Suspicionem enim merito nobis hic quoq; movent exempla notissima & recentiora alia, quæ facile nos erudiunt hac in parte de technis Curiæ Romanæ, modo affingentis opiniones certas certis scriptoribus, quas iidem nunquam habuere, ceu *Defensores Jansenianorum Manium*, inter alios *Jansenio* factum publicis scriptis abunde pro-

probaverunt: modo auctorem alium ipsi scripto affingentis, in quem liberius sævire posit. Cujus posterioris facti exemplum illustre recensque videre est, in Inclyti Scriptoris *Petri de Marca*, ArchiEpiscopi, Libro *de Concordia Sacerdotii & Imperii*, seu *De Libertate Ecclesiæ Gallicanæ*, Parisiis, 1641. in 4. & rursus 1663. impresso, laudatoque ante sæpius Catholicorum plurimis atque doctissimis, qui per Decretum sacræ (quemadmodum auri sacra fames) Indicis Congregationis Romæ die 17. Novembris Anno 1664. promulgatum, confixus est hoc modo: *De Concordia Sacerdotii & Imperii, seu de libertate Ecclesiæ Gallicanæ liber à Stephano Baluzio impressus*, Parisiis anno 1663. *perperam adscriptus* Petro de Marca, *ex cujus retractatis scriptis, alterumque erroneis sententiis opera præfati* Baluzii *editus est*, de quo Decreto, ita prudenter judicavit *Diarium Eruditorum Gallorum*, Anno 1665. die 12. Januarii *La Cour de Rome ayant toufiours ses visées, il n'est pas trop seur de s'attacher scrupuleusement a ses Censures. C'est pour quoy ce Decret ne doit pas empescher, qu'on ne fasse toufiours autant d'estime qu'on faisoit du livre* des Libertez de l'Eglise Gallicane, *composé par feu* M. de Marca; *En effet il ne contient que des Maximes tres-constantes, & qui peuvent passer pour des loix fondamentales de cette Monarchie. De mesme on n'aura pas moins bonne opinion de la sincerite de M. Baluse, quoy qu'on l'accuse dans ce Decret d'auoir faussement attribué ce livre a M. de Marca. Car il est visible que la Congregation n'a usé de cette addresse, que par ce qu'elle n'a pas osé attaquer directement la memoire de ce grand Archevesque; & qu'elle s'est imaginée qu'il seroit plus facile de descrier son livre, en substituant a sa place une personne d'une dignité moins relevée dans l'Eglise.* i. e. *Curia Romana, cum perpetuo suos habeat peculiares scopos, ad quos collimet: tutum satis haud est, ipsorum Censuris scrupulosius inhærere. Quam ob rem etiam hocce Decretum impedire non debet, quin pretium fiat idem imposterum, ac olim Libro* De Libertate Ecclesiæ Gallicanæ, *composito à piæ memoriæ Domino* de Marca. *Et sanè non continet ille, nisi propositiones certissimas, quæque pro Legibus hujusce Monarchiæ fundamentalibus haberi merentur. Similiter non minus benè sentiemus imposterum de sinceritate Domini* Balusii, *quamlibet accusetur in hoc ipso Decreto, quasi falsò attribuerit librum hunc* Domino de Marca. *Etenim manifestum est, Congregationem non alio fine hac usam esse dexteritate, nisi quod ausa non est directè invadere memoriam Magni hujusce Archi-Episcopi: quodque sibi persuasit, facilius fore librum hunc ipsum infamare, supponendo eidem auctorem alium, cujus persona minus excelsam*

in Ecclesia dignitatem obtineret. Si taliter habet Congregatio Archi-Episcopos suos, quid non audebit erga inimicos Capitales & quos hæreticos vocat, & anathemate pro lubitu feriendos sibi sumit? v. plura de hoc *Alcuino* ll. cc.) infra ad nomen *Caroli M. Eliphili*, & *Calliopii.*

22 Eidem falso hactenus suppositum librum de *S. Baptismate ad Carolum M.* AMALARIUM Fortunatum Trevirensem, Alcuini discipulum auctorem habere *Sirmondus* docet, & ex eo *Labbeus* apud *Olearium* Abaci Patrum pag. 24. De *Homiliis* ejusdem cum alieni Interpolatoris opere confusis vide *C. Barthium* Adversarior. l. 43. cap. 26. *Possev.* Appar. sacri Tom. I. p. 37. & 298

23 ALDES *Dissertatio Epistolica contra Guilielmum Harvæum* Amstelodami 1666. in 12. paucissimis foliis constans prodiit, auctore, (ut habet inscriptio Epistolæ,) Theodoro ALDES Anglo, *ad Amicum Batavum* scripta, quædam in anatomicis ab *Harvæo* minus accuratè observata, melius exponens, caussasque errorum Harvæanorum indicans. Eam esse *Matthæi* SLADI, Medici Amstelodami, ni fallor, adhuc degentis, ex nominis similitudine, aliisque nonnullis argumentis, collegisse se satis probabiliter indicavit *Amicus quidam*, & ipse Medicorum haudquaquam infimus.

24 Christianus ALEMANNUS, quod sit fictitium nomen, æq; ac *Regius Selenus* & *Christ. Thrasybulus*, occultans unum *Basilium* MONNERUM, indicat Limnæus Jurispublici l. 1. c. 11. §. 72. non addens, quidnam librorum sub hisce nominibus prodierit. *Basilii Monneri* nomine extant *de Matrimonio, deque Clandestinis Conjugiis* Tractatus. Francof. 1561. & Jenæ 1603. utrobique in 4. excusi, nec non *Orationes* Francof. 1560. 4. De fictis vero nominibus tribus cunctis omnes mei Bibliothecarii muti sunt.

25 ALEXANDRI III. Papæ nomine, egregiam *ad Iconii Soldanum parænesin* prodire voluit BLESENSIS, verba sunt *Theoph. Raynaudi* de mal. & bon. libr. part. 1. erot. 10. §. 1. pag. 120. Ea de re ad A.C. 1177. *Bellarminus* ita commentatur pag. m. 239. postquam scripta *Petri* BLESENSIS enumeravit. *Instructio fidei ad Soldanum, invenitur etiam apud Matthæum Parisiensem ad ann. Dom. 1169. sub nomine* Alexandri tertii *Pontificis, Pontifex enim eam direxit nomine suo, quamvis à* Petro Blesensi *conscriptam,*

adde ejusdem præfationem circa f. Plura de ſcriptis illius, vide apud *Geſner*. pag.m.554. *Poſſevin.* in Apparatu, Tom.1.p.38.& Tom.3.p.41. *Gerbardum* pag.585. *Olearium* pag.367. ibique citatos.

ALEXANDER PATRITIUS v. infra

ALEXANDRI Severi nomine, *de B. V. Mariæ Annunciatione Carmen*, Veronæ 1613. in 4. editum, laudat inter ſcripta *Hieronymi* 26
TORTOLETTI Veronenſis, *Leo Allatius* pag. 133. Apum Urbanarum.

ALEXII à Maſſalia *Diatriba*, *de Mutui alienatione contra Coprianum* in 8. 1640. Leidæ edita, opponitur *Jo. Jacobi* Wiſſembacchii 27
J. U. D. & Profeſſoris Franckerani primarii *Confutationi Diatribæ Salmaſianæ, de Mutuo*: ibidem excuſæ, habetque auctorem *Claudium* SALMASIUM, ut ex ipſo patet opere, pluſimique ſcriptores alii teſtantur, v. gr. *Clementius Zirizæus* in Catalogo operum, ipſius Vitæ ac Epiſtolis juncto. *Lorenzo Graßi* in italicis Elogiis Litteratorum part. 2. pag. 209. vide quæ de eodem ſupra diximus cap. 3. pr. adde Scaven. n. 97.

Sebaſtiani ALETHOPHILI *Epiſtola*, inter adjunctas alias 28
Experimentis Anatomicis Joannis Pecqueti, Pariſ. 1654. in 4. editis pag. 164. legitur. Eam eſſe Domini de SORBIERE, cujus *Epiſtolas Gallicas* varia doctrina refertas, Pariſiis 1660. in 4. editas, aliaque nonnulla habemus, ex relatione Domini *Jacobi Mentelii*, de quo vide infra, ad nomen *Tilebomeni*, margini exemplaris ſui adnotavit, laudatus aliquoties mihi, laudandusque iterum Civis & Amicus meus Dn. *Martinus Fogelius* Ph. & Med. D.

ALITOPHILUS, *Veritatis Lacrumæ*, ſive *Euphormionis* 29
Luſinini continuatio, juncta *Joannis Barclaii* Satyrico, tanquam ejusdem pars V. cum in aliis editionibus, tum in Amſtelodamenſi A. 1664. in 12. publicata, quod ſit *Claudii Bartholomæi* MORISOTI Divionenſis, cujus ad Ludovicum XIII. opus doctiſſimum habemus, titulo *Orbis Maritimi* ſeu *rerum mari & littoribus geſtarum Generalem Hiſtoriam, in qua Inventiones navium, partes, armamenta, Hiſtoriam Claßium &c.* refert impreſſam, Divione 1643. in fol. Item *Vitam Henrici* IV. Genev. 1629. in 12. *Chriſtophori Forſtneri* teſtimonio docet D. *Geulerus* dec. 4. n. 7.

ALOYSII Siderei nomine Italicum Libellum titulo *Faſciculi* 30
Myrrha, ſive *Conſiderationum variarum de plagis Chriſti*, prodiiſſe Romæ

1635. qui biennio post vero auctoris *Vincentii* CARAFFÆ, Jesuitæ Neapolitani, nomine præscripto, Viennæ Austriæ in 12. fit recusus & Gallicè quoque â Jesuita quodam versus, auctor est *Alegambe* scriptorum Jesuiticorum Collector diligentissimus, pag. 15. & 442.

ALPHONSUS VARGAS v. infra.

31 Romani ALTGLAUB, Philo-Christiani nomine, *Defensionem trium Causarum, quas pro sua conversione* (imo perversione) *ad Religionem Pontificiam à nostra, statuarius quidam Osnabrugensis adduxerat*, contra Refutationem *VVolfgangi Helvici* Lutherani, Superintendentis Osnabrugensis edidit, *Guilielmus* ASCHENDORF, Jesuita Westphalus, docente *Alegambe* Bibl. Jesuiticæ pag. 167.

32 ALVARI Cordubensis creditum librum, qui *Scintilla* vel *Indiculus Luminosus* dicitur, non ipsius, sed BONITI, ex Archi-Diacono Episcopi Toletani esse, vide ex *Luitprandi* Chronico ad A. 869. probantem cum *Ramiresio, Hallervordium*, spicilegii de Historicis Latinis pag. 15. adde *Voss* de Hist. Lat. l. 3. c. 4. p. 759.

33. AMADIO Nicolucci est *Nicolo* MACHIAVELLI v. Rhodian. n. 27. Scav. n. 62.

AMALARII Fortunati, Trevirensis, quem *Sigebertus* de Viris Ill. c. 87. AMULARIUM, AMILARIUM, HAMULARIUM & ATTULARIUM vocari in Codd. Mss. testatur, *Alcuini*, de quo superius egimus, Discipuli nomine, qui circumferuntur libri IV. *de divinis officiis*, quod AMILARII Metensis Diaconi sint, vide contra *Possevinum* T. 1. p. 56. *Bellarminum, Gerhard* p. 511. aliosque asserentes plurimos, apud *Olearium* Abaci Patrum, pag. 24. quibus adde *Th. Raynaudum* de mal. & bon. libris part. 1. Erot. 10. §. 2. pag. 122. 123.

34 AMANDUS Verus. Ejus sub nomine prodiere *Imperium Politicum ex sacra Regum Historia descriptum*, ad Christianum Ludovicum Magnanimum, Ducem Megapolitanum Anno 1661.

35 *Triumphans Anima*, (sive *Philosophica demonstratio Immortalitatis Animæ*.

36 *Nova detecta Veritas*, sive *Animadversio in veterem ratiocinandi artem Aristotelis*, omnia in 12. quæ profecta esse â *Chrysosthomo* EGGENFELD

FELD J. U. D. & tum temporis Consiliario intimo Ducis Megapolitani, non æque reliquis ac ingenio felici, memorant qui & Virum & scripta ejus noverunt, de quibus judicium ferre, nobis nunc non arrogamus, at quod ab omnibus æque non probentur, haud sine causa fieri credimus.

AMBROSIUS Ansbertus, Monachus, refertur ad annum 890. a *Bellarm.* pag. m. 197. *Tritthemio*, *Possevino* & *Gerbard.* p. 523. & inter alia *in Apocalypsin* scripsisse dicitur, & quidem libris X. editis Col. 1539. ut est 37
apud *Sixtum Senensem* lib. 4. p. m. 238. Eos libros non huic, sed AUTHPERTO *Abbati S. Vincentii* ad Vulturnum amnem deberi, scribit *Theoph. Raynaudus* pag. 125. de mal. & bon. libris, quos duos confundere videtur *Olearius* Abaci patrum p. 25. quem vide.

S. AMBROSII Mediolanensis Episcopi scripta supposititia plurima, recensentur ab iis, qui opera ejusdem edidere in præfationibus eorundem: tum etiam à *Bellarmino* de script. Eccles. ad A. C. 374. *Sixto Senensi* Bibl. sanctæ lib. 4. pag. m. 229. & seqq. *Possevino* in Apparatu sacro Tom. 1. pag. 57. & seqq. *Gerhardo* in Patrologia pag. 271. & seqq. *Roberto Coco* Censuræ à pag. m. 257. usque ad 277. *Andrea Riveto* Critici sacri lib. 3. cap. 16. & seqq. *Theophilo Raynaudo* de mal. & bon. lib. pag. 123. 124. citatosque plurimos alios ab hisce partim, & *Oleario* Abaci Patrum pag 26 & seqq. Ex hisce pleraque *ἀδέσποτα* mansere, auctoribus tamen suis aliqua, licet haud æque certis semper argumentis restitui cæperunt, quæ Alphabetico nunc ordine breviter recensere hujus instituti ratio jubet: sunt itaque sequentia.

38 I. *Apologia pro Davide utraque* per Erasmum eidem auctori, 38
cujus sunt *de Vocatione gentium* Ambrosio suppositi libri, quos vel EUCHERIO vel GREGORIO NAZIANZENO vel PROSPERO adjudicari mox videbimus: qua de re imprimis lege *Rivetum* Critici sacri l. 3. c. 18. p. 320. Et de posteriori quidem ipsi Pontifici, quod sit supposititia, magno numero consentiunt apud *Bellarminum*, *Possevinum*, *Cocum*, &c. supra laudatos: priorem vero plerique eorum genuinam volunt, quorum aliqui posteriorem etiam defendunt, uti videre est apud *Th. Raynaud.* p. 123.

II. *Commentarius* sive *Expositio in Apocalypsin* supposititius 39
agnoscitur à Doctoribus Pontificiorum, adductis apud supra laudatos. Verum operis auctorem autem esse BERENGANDUM, quem laudat *Diony-*

Dionysius Carthusianus cap.10. in Apocalypsin *ex Manuscripto Oxoniensi* docet *Joannes Raynoldus* de libris Apocryphis prælect.74. & cum eo *Jo. Pitseus* de Rebus Anglicis, aliique citati *Rob.Coco*.pag.275 *Riveto* p.325.*Gerhardo* p.288. ubi *Salmeronis* conjecturam de AMBROSIO Monacho frustraneam, ut ex
40 hisce patet, vide. *III.Commentaria in Epistolas Paulinas omnes*, etsi multis se genuina venditaverint, attamen â pluribus doctiorum supposititia judicantur; adjudicantur autem diversis auctoribus â diversis. Nimirum HILARIO *Diacono Romano*, qui Luciferi schisma propagavit.v.*Bellarm.* p.97.98. *Franciscus Lucas*, *Brugensis* apud *Cocum* p.271. & aliis apud *Rivetum* l.3.c.18.& l.4.c.13. *Theoph.Raynaud* p.124. Cum OPTATO convenire partim & disconvenire notat *Jo.Gerh.Voss.* de Baptismo disp.8. thes.28. pag.120. & Disp. Historico-Theolog. 26. th.8. p.390. REMIGIO *Lugdunensi* tribuit *Maldonatus* apud *Cocum* p.271. & *Possevinum*, ac *Gerhard*. p.285. Sed de *Hilario* videtur esse potior sententia, de qua re vide plura inferius, ubi & de scripto *Augustini* supposititio, cui *Quæstionum in V. & N. Testamentum* est
41 titulus, sermonem faciemus. *IV. Commentarius in Epistolam ad Hebræos*, licet ipse multis probatus, attamen improbatus magno *Erasmo*, potius ANSHELMI vel REMIGII modo memorati creditus in præfatione Tom.1. Operum Ambrosii. v. *Cocum* p.273. *Rivet*. p.324. & *Possev*. ac
42 *Gerhard*. p. 288. *V. Epistola 79. ad Theophilum & Anysum.*
43 DAMASI Pontificii esse dicitur â *Riveto* l.3. c.14. p.306. *VI. Epistola ad Demetriadem Virginem* legitur diversa ab ea, quæ in *Hieronymi* operibus ab *Erasmo* editis Tom.3.Ep.84. exhibetur; eam COELESTII aut PELAGII Hæreticorum dicit *Baronius*, Pelagii Augustinus etiam esse scribit apud *Rivet*. l.3.c.7.p.405. & *Erasmum* in præfatione ejus p.m.12. ubi â *Beda* JULIANO hæretico tribui dicit: confutans illam. *Hieronymi* credita, revera est PROSPERI *Aquitanici*, docente *Joanne Costero*, *Suaresio* & aliis apud *Rob. Cocum* p.261. & 263. *Rivet*. l.4. c.18. p.443. & *Possev*. Appar.S.Tom.1.p.68 &
44 *Gerhard*. pag. 277. *VII. Conciones ad populum breves* Tomo tertio Ambrosianorum operum extantes, omnes Ambrosio abjudicat *Erasmus*, Et sanè quomodo earum aliæ in AUGUSTINI, aliæ in MAXIMI Taurinensis sermonibus legantur, vide apud *Bellarm*. p. 95. *Richard. Montacat*. Orig.Eccles. part.1. §.137. p.130. *Cocum* p.263.& seqq. & *Rivetum*

l.3.

l.3.c.17.p.314.315.316. *Poſſevin.& Gerbard.*p.277. VIII. *Liber de Fide contra* 45
Arrianos,GREGORIO Nazianzeno tribuitur, in Latina operum
ejus interpretatione,per Ruffinum facta. *Gerbard.* p.275. Compendium
ejus argumenti genuini ab alio factum, pro Ambroſiano venditatum,
memorat *Rivetus* l.3. c 19. p.326. IX. Hymnus, *Vexilla Regis prodeunt,* 46
FORTUNATI eſt. *Bellarm.* p.98. X. *Alius,Te Deum laudamus*,etſi 47
AMBROSIO & Auguſtino communis per miraculū factus memo-
retur,ex *Dacii* Chronico, tamē ut ſuppoſititiū hunc hymnū,utriq; abjudicat
*Th.Rayn.*p.124.125. XI.Liber unicus *de Pœnitentia*,ſub titulo *Exhortatio-* 48
nis ad pœnitentiam,à nonnullis *Ambroſio* quoq; tribuitur: à quo *libri bini de*
pœnitentia ſoli ſcripti quod ſint, conſtat ex ipſius teſtimonio in Pſ.37.quique
genuini creduntur & defenduntur, poſt alios contra *Petrum Soto* à *Theoph.*
Raynaud. pag.123.124. Eum librum ſuppoſitum Ambroſio docti cenſent
tantum non omnes: at non modo ſuppoſitum eſſe, ſed & AUGUSTINI
genuinum eſſe, vult *Jo. Coſterius* in Catalogo ſcriptorum, poſt vitam Am-
broſii Tom.1.præfixam ſubjuncto. *Rivetus* l.3.c.19.p.327.ex ſtylo *Africanum*
collegit, & VICTOREM, Caſtennæ Epiſcopum in Mauritania, ei aucto-
rem aſſignat. Quod ad ſummam rei attinet, idem omninò eſt hic tra-
ctatus cum Homilia 39. quæ CÆSARIO *Arelatenſi* tribuitur,inquit *Cocus*
pag. 277. XII. Liber *de Dignitate Sacerdotali* ANSELMUM 49
potius redolet, quam *Ambroſium*,nihil tamen definio,inquit *Theoph.Ray-*
naud. pag.124. XIII. Liber *ad Virginem lapſam* à *Bellarmino,Poſſevino,* 50
aliiſque Pontificiis plurimis *Ambroſio* quidem abjudicatur, at auctori certo
nulli adjudicatur. Eundem hunc librum eſſe paucisſimis exceptis, cum
Ep.22.tomi 9. operum HIERONYMI, quæ nunc titulum gerit *in Suſan-*
nam lapſam Exhortatio, teſtatur *Cocus* p.257. neque *Auguſtini* vel hoc,vel
illud eſſe ſcriptum,aliorum teſtimoniis probans: adde *Rivet.*l.3.c.16.p.311.
312. XIV. *De Virtutum & vitiorum conflictu* liber, inter Opera 51
AUGUSTINI uberior etiam extat, & à nonnullis LEONI *Papæ*, licet
haud adſtipulante *Poſſevino*, ab aliis GREGORIO *Magno Pontifici* tri-
buitur, teſte *Riveto* l.3.c.19. p.326. XV. *De Vocatione Gentium* libri, 52
Tomo ſecundo Ambroſianorum operum inſerti, eidem communi fermè
doctiorum Theologorum conſenſu abjudicantur, & aſſignantur ab aliis

T EUCHE-

EUCHERIO *Lugdunensi* : quos inter est præcipuus *Erasmus* , ab aliis GREGORIO NAZIANZENO, non contemnendis argumentis allatis â *Riveto* l.3.c.17. p.313. â plerisque verò cum PROSPERI *Aquitanici* lib. 1. c.7. & lib.2. c.8. iidem esse manifesto deprehensi sunt, ut est apud *Bellarm.* p.95. *Rivet.* l.c. *Possev.* & *Gerhard.* pag.275. ubi *Erasmo, Salmerone* & aliis adductis, *Perkinsium* Prospero eas adimere conantem refutari legas. Plura vide infra, ubi de *Augustino* & *Hieronymo* sermo incidet.

53 AMESIUS. [Inter opera Guilielmi Amesii , est Tractatio unius folii quantivis pretii, cui titulus de *Traductione Peccatoris ad vitam*, cujus Auctor est *Thomas* PARKHERUS Anglus. De quo tractatulo, & quas ille turbas dederit , vide Præfationem *Netheni*, operibus Amesii præfixam. *Richardus Baxter* in libro *Anglico*, quem *requiem Sanctorum* appellat, hanc tractationem quoque adserit *Thomæ Parkhero*, sed vulgatæ in operibus *Amesii* editioni deesse in fine theses quindecim dicit. Vellem folium istud attente legeres, nil in hac materia elegantius & concisius legisti unquam. Dedit idem auctor , ni fallor & alia, *Politiam* nimirum *Ecclesiasticam*, de cujus mutilata editione anni 1638. vid. *Hoornbeck*, summam controv. lib.10. pag. 762.] verba sunt laudati aliquoties Domini *Gerhardi von Mastricht*, in excerptis hujus argumenti ad me missis.

AMMONIUS Alexandrinus, de quo vid. *Hieron.* & *Sophron.* in Vitis Ecclesiasticor. pag. m.114. 115. *Bellarm.* ad A.C.226. *Sixtum Senensem* lib.4. pag.m.242. *Baron.* ad A.C.147.n.5.& seq. *Possev.* in Apparatu, *Gerhard.*
54 p.157.&c. Ei tributos *I. Canones* X. in *Orthodox. Patr.* lat. Tom.1. fol.747. EUSEBIO vindicat *Balth. Bebelius*, Antiq. sac.3. f.478. apud *Olear.* Abaci Patrum. p.29. TATIANI SYRI, ab aliis, imo & THEOPHYLACTI frustra
55 creditos, docet *Possev.* Apparat. sacr. T.1. p.75.76. *II. Diatesseron* vero, sive *Harmonia Evangelica*, perperam VICTORI Capuano , & aliis cum libris de Consonantia Mosis & Jesu , genuinis ejusdem confusa TATIANO Syro, Justini Martyris auditori, dé quo *S. Hieron.* & *Sophron.* pag. m.91. 95. rectè asseritur ab eodem *Bebelio* l. c. & *Raynaudo* p.125. v. *Baron.* ad A.C.174.n.9. & Monumenta Orthodoxographica Patrum. Ubi quemadmodum & apud *Gesnerum* p.m.32. de aliis Ammoniis vide, â quibus omnibus diversi sunt illi, de quibus egimus in *Anonymis* n.142.& 157. De quorum posteriori v. etiam *Popeliniere*, Histoire des Histoires lib.8. p.431.

AMOE-

AMOENUS in Codd. Mſſ. vocatur auctor *Enchiridii Veteris* 56
& N. T. quod in *Prudentii* operibus legi ſolet. *Joannes Sichardus* SEDULII eſſe exiſtimabat. *Amœnum* vocat & *Fabricius*, in editione Chriſtianorum Poetarum: Item *Margarinus Bigneus* Tom. VIII. Bibliothecæ Sanctorum Patrum. verba ſunt *Voſſii* de Poët. Lat. c. 8. pr. ad quem locum nos remiſerat jam cap. 4. p. 57. Sed de SEDULIO quidem non video, quid aſſenſum noſtrum provocare debeat. De PRUDENTIO verò videtur res penè certa eſſe ex iis, quæ habent *Andr. Rivetus* Critici ſacri lib. 3. c. 26. circa finem, & *Caſp. Barthius* Adverſarior. lib. 6. c. 1. & l. 8 c. 11. ubi poſtquam plurima Exempla cognominum, in ipſa Scriptorum nomina per librarios commutatorum, ſatis notabilia notaſſet, etiam *Prudentium Amœnum*, ab amœnitate ſua nominatum, & hocce carmen illius eſſe, multis argumentis probat, quæ huc ſingula transſcribere nimis foret prolixum. Adde citatos *Oleario* Abaci pag. 29. 30.

ANACLETI antiquiſſimi Pontificis, qui Petrum Apoſtolum viderit, *Epiſtolas* 3. ſpurias probantem vide *Cocum*, Cenſuræ pag. 53. & 57
ſeqq. De eo *Voſſius* Diſp. hiſtorico-Theolog. XI. theſ. 1. pag. 147. *Adverſus hæc, inquit, Pamelius obtendit Anacleti Decretalem tertiam. Quaſi non etiam Nicolai Cardinalis de Concord. Cathol. lib. 2. cap. 34. p. 771. Antonii Contii, JCti, aliorumque confeſſione Epiſtolas ejus ſuppoſititias eſſe, jam olim conſtaret.* Vide has ISIDORO MERCATORI, vel PSEUD-ISIDORO vendicantem *Davidem Blondellum* in Pſeud-Iſidoro & Turriano vapulante. & ipſum *Fr. Turrianum* de Epiſtolis Pontificiis, deque hujus *Anacleti* Decretis, impreſſis Colon. v. *Geſner.* p. m. 33. *Poſſev.* appar. S. Tom I. p. 78.

ANASTASII plures videantur apud *Bellarminum, Baronium, Sixtum, Poſſevinum, Geſnerum, Gerbardum, Olearium, Mareſium* diſp. Theolog. de vocibus Trinitatis theſ. 48. & eundem de Papiſſa Joanna pag 28 174. & 217. *Delrio* in vindiciis Areopagiticis cap. 4. p. 55. aliosque. Eorum unus Pon- 58
tifex, qui Siricio ſucceſſit, fertur auctor *Decreti*, cujus eſt Exordium: *Sane Theſſalonicenſes Epiſcopi* &c. quod non illius eſſe, verum HORMISDÆ, *Pontificis* itidem Maximi, docet *Poſſevinus* in apparatu ſacro T. 1. pag. 78. & T. 2. p. 60.

ANDREÆ Apoſtoli *liber Paſſionis*, qui extat in *Hiſtoria Sanctorum Surii*, Tom. 6. quod à NEOCHARIDE & LEONE Philoſophis, 59

una cum aliis scriptis, suppositis aliorum Apostolorum nominibus, maliciosè confictus fuerit, vide probantes *Rivet.* lib.1.Crit.sacri c.4.p.123 *Cocum* p.102.& seqq.& *Possev.*T.1.appar.p.81. ad *Acta illius* hoc restringentem,& *Paßionem* pro legitima defendentem.

Cunradi ANDREÆ, legitimi Jacobi Andreæ fratris
60 nomine Jesuitam *Conradum* VETTER latitare, docet *Ludov. Lucius* Historiæ Jesuiticæ lib.2. c.4. p.203.edit. Basil.1627. in 4. quod *Alegambe* dissimulans,sub eo nomine nihil recenset, inter illius scripta p.83.enumerata.

Angelus Masarellus v. Masarellus

61 ANHALTINI Ducatus Ecclesiæ Ministrorum nomine,
62 *Confessio de quibusdam Controversis Articulis fidei* , *& Refutatio præfationis libri Concordiæ* prodierunt A. D 1581.& 1582.quæ scripta auctorem habent *Georgium* AMELING , ut ex *Conradi Schlüsselburgii* Theologia Calvinistarum refert *Draudius* Bibl. Class. Theolog. p.142. Eorum posterius solum mihi videre contigit *Germanicè* scriptum , & hoc titulo editum: Neustadt 1581. in 4. Der Anhaldinischen Theologen Bedencken über die præfation des neulich ausgegangenen Concordien-Buchs / sampt Refutation-Schrifft der dreyen weltlichen Churfürsten Theologen , wider gemeldetes Bedencken/ und Apologia der Anhaldinischen Theologen , wider gemeldete Refutation, liber operosus, & quaternionibus ad minimum 60: constans , variaque religionis controversiæ capita examinans.

63 ANICETI, Papæ Romani *Epistolam decretalem* supposititiam,probat *Cocus* pag.62.ab ISIDORO vel PSEUD-ISIDORO MERCATORE confictam, demonstrat in Pseud-Isidoro suo *David Blondellus* : de eo vide plura apud *Salmasium* de Coma p.186. & seqq. *Voss.* de Historicis Lat.lib.3. p.7 0.ubi *Peccatoris* ei cognomen loco Mercatoris tribuit.

64 ANNOSI Fidelis Verimontani nomine, *Synopsim Apostasiæ Marci Antonii de Dominis, ex ipsiusmet libro delineatam* , Ant-
65 werpiæ typis Nutii 1617. Item *Detectionem Hypocrisis M. Ant. de Dominis.* Antverpiæ 1619. in 8. typis Plantinianis Moreti : nec non
66 *Censuram X. librorum de Republica Ecclesiastica M. Antonii de Dominis.* Coloniæ 1621. in 8. scripsisse *Joannem* FLOYDUM, Jesuitam Anglum,testatur *Alegambe* pag.242.Bibliothecæ Jesuiticæ.

ANS-

ANSELMUS plus quam unus inter scriptores Ecclesiasticos memoratur â *Bellarmino*, *Sixto Senensi*, *Possevino*, *Balæo* in vita Thomæ Cantuariensis, *Gerhardo*, & *Oleario*, sed eorum facile celeberrimus Cantuariensis ille Archi-Episcopus est, cujus opera supposititia plurima, præter memoratos, etiam censet *Cocus* pag. 432. & seqq. Ex iis auctores certos invenerunt.
I. Commentaria in Matthæum, quæ ut alii multi supposititia proba- 67
verunt, ita *Petro* BABIONI primus vindicavit *Theophilus Raynaudus* de lib. mal. & bon. p. 126. ubi imprimis erit videndus, nam in Syntaxi operum ipsius editorum, nondum auctorem detexerat. *II. Commentaria in* 68
Epistolas Pauli, HERVÆO *Monacho* inscripta in vetustis exemplaribus invenisse se testatur *Sixtus* lib. 4. p. m. 244. Adde *Possevinum* in Apparatu T. 1. p. 94. & *Cocum* p. m. 433. III. De confusis etiam *operibus* hu- 69
jus Anselmi, cum operibus Anselmi Laudensis, vide auctores eosdem.

ANTENOR, Ein Liebhaber der heiligen Schrifft / sub cujus nomine prodierunt: Der geplagte Hiob / das ist / Fürstellung des grossen 70
Creutzträgers Hiobs / etc. 1660. in 12. Der rachgierige und unversöhnliche 71
Lucidor, erinnert / und vermahnet durch Antenorem &c. 1658. in 12. Ninivi- 72
tischer Buß-Spiegel / über den Propheten Jonam, quod sit p. m. Vir laudatissimus *Jo. Balthasar* SCHUPPIUS, SS. Theol. Dr. & fama notoria, & editio librorum ipsius conjunctim in 8. recusorum abundè probat, quam v. p. 129. & 169. & in iis ejusdem Ehrenrettung / p. 625.

Di Timauro ANTIATIS *Lettera a Filaleti, della vera storia* 73
della cicloide, e della famosissima Esperienza dell' Argento vivo, in Firenze 1663. in 4. Italico Idiomate impressa Epistola paucorum foliorum, sed eleganter atque doctè scripta: qua prima lineæ trochoidis sive Cycloidis antiquis Geometris, non sine dispendio artis suæ neglectæ, Consideratio Mathematica, & adeo Inventio *Marino Mersenno* (cujus habemus *cogitata Physico Mathematica* Tomis aliquot Paris. 1644. & 1647. in 4.) falsò adscripta (ab auctore libelli Gallici, cui titulus, *Histoire de la Roulette*, postea latinè quoque excusi) *Galilæi de Galilæis* esse, documentis certissimis liquido probatur, *Torricellius* etiam, illius discipulus, â plagii litterarii accusatione defenditur, & Inventio de presſione aëris per argentum vivum examinata eidem asseritur. Ea Epistola quod sit CAROLI DATI, Nobilis Florentini, litterarum humaniorum latinarum & Græcarum in Academia Florentina

Professoris publici, patet ex ejusdem Epistolæ pag. 26. De cujus viri multa doctrina indignum hic arbitror pauca dicere: humanitatis vero mihi præsenti ante decennium Florentiæ, ab eodem & á Domino *Antonio Magliabecci* eundem ad me ignotum, adducente, mihi præstitæ dememinisse nec debeo nec possum.

Cornelio Aspasio ANTIVIGILMI tra i vagabondi di Tabbia detto L'Aggirato. Sub hocce nomine fictitio quod sit edita ab *Angelico* APROSIO *Vintimigliense*, cujus in *Rhodiano* n. 40. 41.
74 meminimus *Bibliotheca Aprosiana passatempo autonnale*, in 12. 1673. paucis abhinc mensibus ex litteris Domini *Antonii Magliabecci*, Bibliothecarii Eminentissimi Cardinalis Medicæi, ad Dn. *Martinum Vogelium* Ph. & Med. Dr. scriptis cognovi: quem precatus etiam sum, ut de argumento scripti illius, nondum ad hasce nostras oras delati, certiora scire, vel in hujusce opusculi mei gratiam, salute multa Domino Magliabeccio nomine meo nunciata, laboraret: sed ad eas ipsius litteras responsum adhuc expectamus: & tanto quidem avidius, quanto plenius illud mihi promitto a summa Viri humanitate, quam ipso compertam opere in Carminibus meis Juvenilibus lib. 4. pag. 363. laudibus, etsi valde imparibus sum prosecutus, animo verò etiamnum memori, ceu par est, prosequor.

75 ANTONINI Pii, Imperatoris *Itinerarium* suppositiitium ab ANNIO Viterbiensi profectum in *Rhodianis* n. 18. vidimus: genuinum extare docet *Vossius* de Histor. Lat. l. 3. p. 695. ubi ut & pag. 693. vide ipsum eundem hunc cum ÆTHICO Cosmographiæ auctore (quem JULIUM Oratorem in nonnullis Codd. esse, ac ineptè hinc *Julium Cæsarem* quibusdam creditum, docet) arbitrantem, in quo consentientes habet inter alios magnum *Casp. Barthium* Adversarior. lib. 45. c. 13. pr. & pag. 2086. & 2088. ubi legi imprimis meretur. MARTIANI cujusdam illa esse putavit, nescio quibus rationibus adductus, *Naudæus* Bibliographiæ, mihi p 49.

76 APIARIUS dictus est THOMAS CANTIPRATENSIS, â libro *de Apibus Mysticis*, de quo in anonymis c. 2. n. 19. egimus, v. infra *Brabantini* nomen.

APOMASARIS nomine, quod extat *Oneirocriticon*, de ejus auctore sic *Casp. Barthius* scribit adversar. lib. 31. c. 14. in principio: ACHMETIS *Sereimi filii Oneirocriticus Commentarius ex Ægyptiorum, Indorum,* Per-

Persarum opinionibus conflatus, ut præfert titulus, non ingratus doctis Græca lingua non ita olim ex Regia Franciæ Bibliotheca prodiit. Eum Apomasaris *nomine perperam ediderat Latinum, ex Sambuci Cimeliis, Leunclavius. Exstat Leonis Tusci ad Hugonem Eterianum, scriptorem ævo suo luculentum, ejus operis ad nos Latina interpretatio non contemnenda.* Denique concludit illud caput hisce verbis: *Auctorem vero hujus collectionis Græcum quem dicam, sanè dubium & invenio & relinquo, secundo capiti auctor laudatur* Sirbacham, *Tertio* Baram, *Quarto* Tarphan. *Nomina Orientalium linguarum peritis adgnoscenda. In superscriptione verò Leonis nostri, illis nominibus junguntur* Serim & Achmet: *ut, indicibus etiam vocabulis, Interpretes, & illi Barbarici somniorum fuerint. Inscriptio hæc est:* Syrnachan *Indorum*, Baram *Persarum*, Tarphan *Ægyptiorum*, Serim & Filius suus Achmet. *Quæ ne quis temerè adscripta putet ab librario, etiam versui inclusa sunt hoc pacto:*

SYRNACHAN ATQVE BARAM, TARPHAN, SERIM PATER ACHMET.

Cryptonymus quidam, nondum mihi detectus *Peganius*, cujus habemus Anno 1670. in 12. editam declarationem Germanicam Apocalypsios, certè lectu dignissimam, etsi non ubique fortassis probandam. pag. 218. laudat hunc librum ad interpretationem imaginum Apocalypticarum.

Andreæ del ARCA, Comitis nomine, prodiisse scriptum Italicum Bononiæ 1614. in 4. hoc titulo: *Esamina sopra le ragioni del Conte Lodovico Tesauro, in difesa d'un sonetto del Cavalier Marini:* auctore Hieronymo TORTOLETTO Veronense, testis est *Leo Allatius* Apum Urbanar. p. 133. 77

ARCHILOCHUS, quod sit ANNII *Viterbiensis* v. in *Rhodianis* n. 18. 78

Leonhardus ARETINUS, vero nomine BRUNUS, quomodo *Gothicam Historiam* PROCOPII latine, quasi ex multis aliis collectam, suo nomine publicaverit, vide ex *Jovio* & *Cuspiniano* referentes *Bayerlingium* in Theatro *Zwingeri* à se aucto, *Voss.* de Histor. Lat. lib. 3. c. 5. pag. 558. *Lomeyerum* de Bibliothecis pag. 203. & *Thomasium* de plagio litterario §. 361. 79

Cl. Marium ARETIUM suppositicium ANNII, vide in *Rhodianis* n. 18. 80

ARI-

ARISTARQVE. Sous ce nom Monf. *Sorell* dans fa Bibliotheq;
81 Françoife, nous raconte pag. m.132. avoir eté publié un *livre contre Nicandre exerceant fa Critique & contre Phylarque* ceft a dire le Pere Goulu, *& contre Narciffe* ou Monf. Balzac tout enfemble; par le *Sieur de* JAVERSAC: dont les aventures, ont eté bien ridicules. On en voit comme les Critiques s'attachent a leurs mots & phrafes tout de méme, comme les enfants a leur jouets, jusques a s'en facher & entre battre, comme fi c'eftoient des chofes de confequence.

82 ARISTOTELIS Stagiritæ, qui leguntur in Scholis *Categoriarum* libri, non illius effe, fed ARCHYTÆ *Tarentini*, quod a philofophis plurimis credantur, fcribit *Sixtus Senenfis* Bib. fanctæ l.4. conclufione p. m.416. fed nominat nullum: Et verò Vetuftisfimos Ariftotelis Interpretes, *Theophraftum, Eudemum, Alexandrum & Simplicium* hofce libros pro Ariftotelicis habere, nec fine caufa, docet pluribus *Piccartus* p.14. in Synopfi Organica Ariftotelis. Adde Commentatores alios in hofce libros benè multos, in quibus exfcribendis nunc non vacat operam abuti. De ejusdem
83 libris *Ethicorum Nicomachiis* a Cicerone. NICOMACHO, filio Ariftotelis, adfcriptis l.5. de finibus, ut & περὶ ἀτόμων γραμμῶν, feu de Lineis
84 infecabilibus THEOPHRASTO apud *Simplicium* l.3. de Cælo asfignatis,
85 ac *Rhetoricorum* per *Quintilianum* THEODECTO tributis libris, alios multos de vita ejus, & in fcripta ifta commentantes difputare videas, quibus examinandis nunc infudare non licet.

86 ARISTOTELIS de Benedictis, qui *Nomina Sanctorum ex Martyrologio Romano collecta* edidit, eft *Petrus Antonius* SPINELLUS, Jefuita Neapolitanus, docente *Alegambe* p.372.

ARNOBII Afri nomen, quo pacto MINUTII FELICIS Caus-
87 fidici *Octavius* diu gefferit, & malè, vide apud *Francifcum Balduinum* in Prolegomenis ad hunc auctorem, editioni *Elmenhorftianæ*, Hamb. 1610. in fol. publicatæ præfixis; nec non apud *Rivetum* Critici facri lib.2. c. 17. pag. m.240. *Poffevin.* apparatus facri p.130. & alios ipfis citatos. *Gefner.* p.508. edit. Simleri &c.

ASCANII Torri nomine *Benedictus* JUSTINIANUS,
88 Jefuita Genuenfis, fcripfit *Apologiam pro libertate Ecclefiaftica ad Gallo-Francos* Romæ 1607. in 4. editam, memorante *Alegambe* pag.59.

Jo.

Jo. Francisci ASPASTIS Salassi U.D.M. *in virulentam planeque sophisticam Andreæ Pouchenii criminationem, quam adversus Joannis Palmerii justas & necessarias protestationes conscripsit, pro eodem Palmerio vera atque modesta Defensio* Genevæ 1580. in 8. prodiit. Eam *Fr.* HOTOMANNO tribuit *Conradus Schlüsselburgius*, in Theologia Calvinistica, cum *Huttero* Concordiæ concordis cap. 32. ubi commendat librum *Andreæ Pouchenii*, Superintendentis Lubecensis, cui titulus est: *Responsio ad Jo. Palmerii, Sacramentarii protestationes*, oppositas formulæ Concordiæ, Lubecæ 1579. in 4. vide infra *Palmerius*. 89

ASSAPH adscriptos *Psalmos* DAVIDIS esse, vide apud *Sixtum Senensem* lib. 1. p. 13. *Bella m.* ad A.M. 2919. *Possevin.* appar. sacr. & alios notatos in *Anonym.* c. 1. n. 6. 90

Justi ASTERII JCti nomine prodiere Tractatus duo, quorum primus *Deploratio Pacis Germanicæ*, sive *Dissertatio de Pace Pragensi, tam infaustè, quam injustè inita, Pragæ Bohemorum* $\frac{20}{30}$. Martii 1637. Paris 1639. quam Suecarum esse partium liquidò constat, inquit ex vero *Geisler.* dec. 5. n. 2. Idem scriptum Germanice sed mutilatum 1669. in 8. recusum docens. Ei opponitur der Schwedische Störenfriede / oder gewisser Grund und Beweiß / daß die Schwedische Waffen nach geschlossenem Pragischen Frieden in Teutschland unrecht / &c. Durch Innocentium Ehrenfried vom Creutztag 1637. in 4. cui adde. Vindicias Pacificationis Pragensis Germanicas, auffgesetzt durch einen getreuen Chur-Sächsischen Patrioten 1635. 4. Item, Gegründete Ablehnung etlicher wider den Pragischen Friedens-Schluß movirten dubiorum, von einem Liebhaber des Friedens 1636. 4. aliaque hinc inde vulgata scripta plura. Secundus, *Examen Comitiorum Ratisbonensium*, sive *Disquisitio Politica, de nupera Electione novissimi Regis Romanorum: in qua perspicuè ostenditur, neque Conventum Electoralem Ratisbonæ ritè institutum, neque Designationem Regis Romanorum legitimè celebratam esse.* Juxta Exemplar Hanoviæ 1637. cum Privilegio Veritatis. in 4. Horum duorum scriptorum prius HUGONI GROTIO adscribitur à *Georgio Hornio*, in orbe Politico part. 2 pag. m. 38. An etiam posterius eidem adscribi debeat, Lector videat. Ego vix ea de re dubitaverim. 91 92

ATHANASIUS Episcopus Alexandrinus quænam scripserit, vide apud *Hieronym.* & *Sophronium* pag. m. 137. *Sixtum Senensem* l. 4.

1635. qui biennio post vero auctoris *Vincentii* CARAFFÆ, Jesuitæ Neapolitani,nomine præscripto,Viennæ Austriæ in 12. fit recusus & Gallicè quoque â Jesuita quodam versus, auctor est *Alegambe* scriptorum Jesuiticorum Collector diligentissimus, pag. 15. & 442.

ALPHONSUS VARGAS v. infra.

31 Romani ALTGLAUB, Philo Christiani nomine, *Defensionem trium Causarum, quas pro sua conversione* (imo perversione) *ad Religionem Pontificiam à nostra, statuarius quidam Osnabrugensis adduxerat,* contra Refutationem *VVolfgangi Helvici* Lutherani, Superintendentis Osnabrugensis edidit, *Guilielmus* ASCHENDORF, Jesuita Westphalus,docente *Alegambe* Bibl. Jesuiticæ pag.167.

32 ALVARI Cordubensis creditum librum , qui *Scintilla* vel *Indiculus Luminosus* dicitur, non ipsius, sed BONITI,ex Archi-Diacono Episcopi Toletani esse , vide ex *Luitprandi* Chronico ad A.869.probantem cum *Ramircsio,Hallerrordium* , spicilegii de Historicis Latinis pag. 15. adde *Voss* de Hist.Lat. l.3. c.4. p.759.

33. AMADIO Nicolucci est *Nicolo* MACHIAVELLI v. Rhodian. n.27. Scav. n.62.

AMALARII Fortunati, Trevirensis, quem *Sigebertus* de Viris Ill. c. 87. AMULARIUM, AMILARIUM , HAMULARIUM & ATTULARIUM vocari in Codd. Mss. testatur, *Alcuini*, de quo superius egimus,Discipuli nomine, qui circumferuntur libri IV. *de divinis officiis*, quod AMILARII Metensis Diaconi sint, vide contra *Possevinum* T.1. p. 56. *Bellarminum,Gerbard* p.511. aliosque asserentes plurimos, apud *Olearium* Abaci Patrum', pag. 24. quibus adde *Th. Raynaudum* de mal. & bon. libris part.1. Erot.10. §.2. pag.122. 123.

34 AMANDUS Verus. Ejus sub nomine prodiere *Imperium Politicum ex sacra Regum Historia descriptum*, ad Christianum Ludovicum Magnanimum, Ducem Megapolitanum Anno 1661.

35 *Triumphans Anima*, (sive *Philosophica demonstratio Immortalitatis Animæ*.

36 *Nova detecta Veritas*, sive *Animadversio in veterem ratiocinandi artem Aristotelis*, omnia in 12. quæ profecta esse â *Chrysosthomo* EGGENFELD

FELD J. U. D. & tum temporis Consiliario intimo Ducis Megapolitani,
non æque reliquis ac ingenio felici, memorant qui & Virum & scripta ejus
noverunt, de quibus judicium ferre, nobis nunc non arrogamus, at quod
ab omnibus æque non probentur, haud sine causa fieri credimus.

AMBROSIUS Ansbertus, Monachus, refertur ad annum
890. a *Bellarm.* pag. m. 197. *Tritthemio, Possevino* & *Gerhard.* p. 523. & inter alia
in Apocalypsin scripsisse dicitur, & quidem libris X. editis Col. 1539. ut est 37
apud *Sixtum Senensem* lib. 4. p. m. 238. Eos libros non huic, sed AUTHPERTO
Abbati S. Vincentii ad Vulturnum amnem deberi, scribit *Theoph. Raynaudus*
pag. 125. de mal. & bon. libris, quos duos confundere videtur *Olearius* Abaci patrum p. 25. quem vide.

S. AMBROSII Mediolanensis Episcopi scripta supposititia plurima, recensentur ab iis, qui opera ejusdem edidere in præfationibus eorundem: tum etiam â *Bellarmino* de script. Eccles. ad A. C. 374. *Sixto Senensi* Bibl. sanctæ lib. 4. pag. m. 229. & seqq. *Possevino* in Apparatu sacro Tom. 1. pag. 57. & seqq. *Gerhardo* in Patrologia pag. 271. & seqq. *Roberto Coco* Censuræ â pag. m. 257. usque ad 277. *Andrea Riveto* Critici sacri lib 3. cap. 16. & seqq. *Theophilo Raynaudo* de mal. & bon. lib. pag. 123. 124. citatosque plurimos alios ab hisce partim, & *Oleario* Abaci Patrum pag 26 & seqq. Ex hisce pleraque ἀδέσποτα mansere, auctoribus tamen suis aliqua, licet haud æque certis semper argumentis restitui cæperunt, quæ Alphabetico nunc ordine breviter recensere hujus instituti ratio jubet: sunt itaque sequentia.

I. Apologia pro Davide utraque per Erasmum eidem auctori, 38
cujus sunt *de Vocatione gentium* Ambrosio suppositi libri, quos vel EUCHERIO vel GREGORIO NAZIANZENO vel PROSPERO adjudicari mox videbimus: qua de re imprimis lege *Rivetum* Critici sacri l. 3. c. 18. p. 320. Et de posteriori quidem ipsi Pontificii, quod sit supposititia, magno numero consentiunt apud *Bellarminum, Possevinum, Cocum*, &c. supra laudatos: priorem vero plerique eorum genuinam volunt, quorum aliqui posteriorem etiam defendunt, uti videre est apud *Th. Raynaud.* p. 123.

II. Commentarius sive *Expositio in Apocalypsin* supposititius 39
agnoscitur â Doctoribus Pontificiorum, adductis apud supra laudatos.
Verum operis auctorem autem esse BERENGANDUM, quem laudat

Diony-

Dionysius Carthusianus cap.10. in Apocalypsin *ex Manuscripto Oxoniensi* docet *Joannes Raynoldus* de libris Apocryphis prælect.74. & cum eo *Jo. Pitseus* de Rebus Anglicis, aliique citati *Rob.Coco*.pag.275 *Riveto* p.325.*Gerhardo* p.288. ubi *Salmeronis* conjecturam de AMBROSIO Monacho frustraneam, ut ex
40 hisce patet, vide. *III.Commentaria in Epistolas Paulinas omnes*, etsi multis se genuina venditaverint, attamen â pluribus doctiorum supposititia judicantur; adjudicantur autem diversis auctoribus â diversis. Nimirum HILARIO *Diacono Romano*, qui Luciferi schisma propagavit. v. *Bellarm.* p.97.98. *Franciscus Lucas, Brugensis* apud *Cocum* p.271. & aliis apud *Rivetum* l.3.c.18. & l.4.c.13. *Theoph.Raynaud* p.124. Cum OPTATO convenire partim & disconvenire notat *Jo.Gerb.Voss.* de Baptismo disp.8. thes.28. pag.120. & Disp. Historico-Theolog. 26. th.8. p.390. REMIGIO *Lugdunensi* tribuit *Maldonatus* apud *Cocum* p.271. & *Possevinum*, ac *Gerhard.* p.285. Sed de *Hilario* videtur esse potior sententia, de qua re vide plura inferius, ubi & de scripto *Augustini* supposititio, cui *Quæstionum in V.& N. Testamentum* est
41 titulus, sermonem faciemus. *IV. Commentarius in Epistolam ad Hebræos*, licet ipse multis probatus, attamen improbatus magno *Erasmo*, potius ANSHELMI vel REMIGII modo memorati creditus in præfatione Tom.I. Operum Ambrosii. v. *Cocum* p.273. *Rivet.* p.324. & *Possev.* ac
42 *Gerhard.* p. 288. *V. Epistola 79. ad Theophilum & Anysium.*
43 DAMASI Pontificii esse dicitur â *Riveto* l.3.c.14. p.306. *VI. Epistola ad Demetriadem Virginem* legitur diversa ab ea, quæ in *Hieronymi* operibus ab *Erasmo* editis Tom.3.Ep.84. exhibetur; eam COELESTII aut PELAGII Hæreticorum dicit *Baronius*, Pelagii Augustinus etiam esse scribit apud *Rivet.* l.3.c.7.p.405. & *Erasmum* in præfatione ejus p.m.12. ubi â *Beda* JULIANO hæretico tribui dicit: confutans illam. *Hieronymi* credita, revera est PROSPERI *Aquitanici*, docente *Joanne Costero, Suaresio* & aliis apud *Rob. Cocum* p.261. & 263. *Rivet.* l.4. c.18. p.443. & *Possev.* Appar.S.Tom.1.p.68 &
44 *Gerhard.* pag. 277. *VII. Conciones ad populum breves* Tomo tertio Ambrosianorum operum extantes, omnes Ambrosio abjudicat *Erasmus*, Et sanè quomodo earum aliæ in AUGUSTINI, aliæ in MAXIMI Taurinensis sermonibus legantur, vide apud *Bellarm.* p. 95. *Richard. Montacut.* Orig.Eccles. part.1. §.137. p.130. *Cocum* p.263.& seqq. & *Rivetum*

l.3.

l.3.c.17.p.314.315.316. *Possevin.& Gerhard.*p.277. VIII. *Liber de Fide contra* 45
Arrianos, GREGORIO Nazianzeno tribuitur, in Latina operum ejus interpretatione, per Ruffinum facta. *Gerhard.* p.275. Compendium ejus argumenti genuini ab alio factum, pro Ambrosiano venditatum, memorat *Rivetus* l.3. c 19. p.326. IX. Hymnus, *Vexilla Regis prodeunt,* 46
FORTUNATI est. *Bellarm.* p.98. X. *Alius, Te Deum laudamus*, etsi 47
AMBROSIO & Augustino communis per miraculũ factus memoretur, ex *Dacii* Chronico, tamẽ ut suppositītiũ hunc hymnũ, utriq; abjudicat *Th.Rayn.*p.124.125. XI.Liber unicus *de Pœnitentia*, sub titulo *Exhortatio-* 48
nis ad pœnitentiam, â nonnullis *Ambrosio* quoq; tribuitur: â quo *libri bini de pœnitentia* soli scripti quod sint, constat ex ipsius testimonio in Ps.37. quique genuini creduntur & defenduntur, post alios contra *Petrum Soto* â *Theoph. Raynaud.* pag.123.124. Eum librum suppositum Ambrosio docti censent tantum non omnes: at non modo suppositum esse, sed & AUGUSTINI genuinum esse, vult *Jo. Costerius* in Catalogo scriptorum, post vitam Ambrosii Tom.1. præfixam subjuncto. *Rivetus* l.3.c.19.p.327. ex stylo *Africanum* collegit, & VICTOREM, Castennæ Episcopum in Mauritania, ei auctorem assignat. Quod ad summam rei attinet, idem omninò est hic tractatus cum Homilia 39. quæ CÆSARIO *Arelatensi* tribuitur, inquit *Cocus* pag. 277. XII. Liber *de Dignitate Sacerdotali* ANSELMUM 49
potius redolet, quam *Ambrosium*, nihil tamen definio, inquit *Theoph.Raynaud.* pag. 124. XIII. Liber *ad Virginem lapsam* â *Bellarmino, Possevino,* 50
aliisque Pontificiis plurimis *Ambrosio* quidem abjudicatur, at auctori certo nulli adjudicatur. Eundem hunc librum esse paucissimis exceptis, cum Ep.22. tomi 9. operum HIERONYMI, quæ nunc titulum gerit *in Susannam lapsam Exhortatio*, testatur *Cocus* p. 257. neque *Augustini* vel hoc, vel illud esse scriptum, aliorum testimoniis probans: adde *Rivet.*l.3.c.16.p.311. 312. XIV. *De Virtutum & vitiorum conflictu* liber, inter Opera 51
AUGUSTINI uberior etiam extat, & â nonnullis LEONI *Papæ*, licet haud adstipulante *Possevino*, ab aliis GREGORIO *Magno Pontifici* tribuitur, teste *Riveto* l. 3. c.19. p.326. XV. *De Vocatione Gentium* libri, 52
Tomo secundo Ambrosianorum operum inserti, eidem communi fermè doctiorum Theologorum consensu abjudicantur, & assignantur ab aliis

EUCHERIO *Lugdunensi* : quos inter est præcipuus *Erasmus* , ab aliis GREGORIO NAZIANZENO, non contemnendis argumentis allatis â *Riveto* l.3.c.17. p.313. â plerisque verò cum PROSPERI *Aquitanici* lib. 1. c.7. & lib.2. c.8. iidem esse manifesto deprehensi sunt, ut est apud *Bellarm.* p.95. *Rivet.* l.c. *Possev. & Gerhard.* pag.275. ubi *Erasmo, Salmerone* & aliis adductis, *Perkinsium* Prospero eas adimere conantem refutari legas. Plura vide infra, ubi de *Augustino* & *Hieronymo* sermo incidet.

53 AMESIUS. [Inter opera Guilielmi Amesii , est Tractatio unius folii quantivis pretii, cui titulus de *Traductione Peccatoris ad vitam*, cujus Auctor est *Thomas* PARKHERUS Anglus. De quo tractatulo, & quas ille turbas dederit , vide Præfationem *Netheni*, operibus Amesii præfixam. *Richardus Baxter* in libro *Anglico*, quem *requiem Sanctorum* appellat, hanc tractationem quoque adserit *Thomæ Parkhero*, sed vulgatæ in operibus *Amesii* editioni deesse in fine theses quindecim dicit. Vellem folium istud attente legeres, nil in hac materia elegantius & concisius legisti unquam. Dedit idem auctor , ni fallor & alia, *Politiam* nimirum *Ecclesiasticam*, de cujus mutilata editione anni 1638. vid. *Hoornbeck*, summam controv. lib.10. pag. 762.] verba sunt laudati aliquoties Domini *Gerhardi von Mastricht*, in excerptis hujus argumenti ad me missis.

AMMONIUS Alexandrinus, de quo vid. *Hieron.* & *Sophron.* in Vitis Ecclesiasticor. pag. m.114. 115. *Bellarm.* ad A.C.226. *Sixtum Senensem* lib.4. pag.m.242. *Baron.* ad A.C.147.n.5.& seq. *Possev.* in Apparatu, *Gerhard.*
54 p.157.&c. Ei tributos *I. Canones* X. in *Orthodox. Patr.* lat. Tom.I. fol.747. EUSEBIO vindicat *Balth. Bebelius*, Antiq. sac.3. f.478. apud *Olear.* Abaci Patrum. p.29. TATIANI SYRI, ab aliis, imo & THEOPHYLACTI frustra
55 creditos, docet *Possev.* Apparat. sacr. T.1. p.75.76. *II. Diatesseron* vero, sive *Harmonia Evangelica*, perperam VICTORI Capuano , & aliis cum libris de Consonantia Mosis & Jesu , genuinis ejusdem confusa TATIANO Syro , Justini Martyris auditori, de quo *S. Hieron.* & *Sophron.* pag. m. 91. 95. rectè asseritur ab eodem *Bebelio* l. c. & *Raynaudo* p.125. v. *Baron.* ad A.C.174.n.9. & Monumenta Orthodoxographica Patrum. Ubi quemadmodum & apud *Gesnerum* p.m.32. de aliis Ammoniis vide, â quibus omnibus diversi sunt illi, de quibus egimus in *Anonymis* n.142.& 157. De quorum posteriori v. etiam *Popelniere*, Histoire des Histoires lib.8.p.431.

AMOENUS in Codd. MSS. vocatur auctor *Enchiridii Veteris* 56
& N. T. quod in *Prudentii* operibus legi solet. *Joannes Sichardus* SEDULII esse existimabat. *Amœnum* vocat & *Fabricius*, in editione Christianorum Poetarum: Item *Margarinus Bigneus* Tom. VIII. Bibliothecæ Sanctorum Patrum. verba sunt *Vossii* de Poët. Lat. c. 8. pr. ad quem locum nos remiserat jam cap. 4. p. 57. Sed de SEDULIO quidem non video, quid assensum nostrum provocare debeat. De PRUDENTIO verò videtur res penè certa esse ex iis, quæ habent *Andr. Rivetus* Critici sacri lib. 3. c. 26. circa finem, & *Casp. Barthius* Adversarior. lib. 6. c. 1. & l. 8 c. 11. ubi postquam plurima Exempla cognominum, in ipsa Scriptorum nomina per librarios commutatorum, satis notabilia notasset, etiam *Prudentium Amœnum*, ab amœnitate sua nominatum, & hocce carmen illius esse, multis argumentis probat, quæ huc singula transscribere nimis foret prolixum. Adde citatos *Oleario* Abaci pag. 29. 30.

ANACLETI antiquissimi Pontificis, qui Petrum Apostolum viderit, *Epistolas* 3. spurias probantem vide *Cocum*, Censuræ pag. 53. & 57
seqq. De eo *Vossius* Disp. historico-Theolog. XI. thes. 1. pag. 147. *Adversus hæc*, inquit, *Pamelius obtendit Anacleti Decretalem tertiam. Quasi non etiam Nicolai Cardinalis de Concord. Cathol. lib. 2. cap. 34. p. 771. Antonii Contii, JCti, aliorumque confessione Epistolas ejus supposititias esse, jam olim constaret.* Vide has ISIDORO MERCATORI, vel PSEUD-ISIDORO vendicantem *Davidem Blondellum* in Pseud-Isidoro & Turriano vapulante. & ipsum *Fr. Turrianum* de Epistolis Pontificiis, deque hujus *Anacleti* Decretis, impressis Colon. v. *Gesner*. p. m. 33. *Possev*. appar. S. Tom 1. p. 78.

ANASTASII plures videantur apud *Bellarminum, Baronium, Sixtum, Possevinum, Gesnerum, Gerhardum, Olearium, Maresium* disp. Theolog. de vocibus Trinitatis. thes. 48. & eundem de Papissa Joanna pag 28 174. & 217. *Delrio* in vindiciis Areopagiticis cap. 4. p. 55. aliosque. Eorum unus Pontifex, qui Siricio successit, fertur auctor *Decreti*, cujus est Exordium: *Sane* 58
Thessalonicenses Episcopi &c. quod non illius esse, verum HORMISDÆ, *Pontificis* itidem Maximi, docet *Possevinus* in apparatu sacro T. 1. pag. 78. & T. 2. p. 60.

ANDREÆ Apostoli *liber Passionis*, qui extat in *Historia Sanctorum Surii*, Tom. 6. quod à NEOCHARIDE & LEONE Philosophis, 59

una cum aliis scriptis, suppositis aliorum Apostolorum nominibus, maliciosè confictus fuerit, vide probantes *Rivet.* lib.1.Crit.sacri c.4.p.123 *Cocum* p.102.& seqq.& *Possev.*T.1.appar.p.81. ad *Acta illius* hoc restringentem,& *Paßionem* pro legitima defendentem.

Cunradi ANDREÆ, legitimi Jacobi Andreæ fratris
60 nomine Jesuitam *Conradum* VETTER latitare, docet *Ludov. Lucius* Historiæ Jesuiticæ lib.2. c.4. p.203.edit. Basil.1627. in 4. quod *Alegambe* dissimulans, sub eo nomine nihil recenset, inter illius scripta p.83.enumerata.

Angelus Masarellus v. Masarellus

61 ANHALTINI Ducatus Ecclesiæ Ministrorum nomine,
62 *Confessio de quibusdam Controversis Articulis fidei*, & *Refutatio præfationis libri Concordiæ* prodierunt A. D 1581.& 1582.quæ scripta auctorem habent *Georgium* AMELING, ut ex *Conradi Schlüsselburgii* Theologia Calvinistarum refert *Draudius* Bibl. Class. Theolog. p.142. Eorum posterius solum mihi videre contigit *Germanicè* scriptum, & hoc titulo editum: Neustadt 1581. in 4. Der Anhaldinischen Theologen Bedencken über die præfation des neulich ausgegangenen Concordien-Buchs / sampt Refutation-Schrifft der dreyen weltlichen Churfürsten Theologen, wider gemeldetes Bedencken/ und Apologia der Anhaldinischen Theologen, wider gemeldete Refutation, liber operosus, & quaternionibus ad minimum 60. constans, variaque religionis controversæ capita examinans.

63 ANICETI, Papæ Romani *Epistolam decretalem* supposititiam, probat *Cocus* pag.62.ab ISIDORO vel PSEUD-ISIDORO MERCATORE confictam, demonstrat in Pseud-Isidoro suo *David Blondellus*: de eo vide plura apud *Salmasium* de Coma p.186. & seqq. *Voss.* de Historicis Lat. lib.3. p.7 0. ubi *Peccatoris* ei cognomen loco Mercatoris tribuit.

64 ANNOSI Fidelis Verimontani nomine, *Synopsim Apostasiæ Marci Antonii de Dominis, ex ipsiusmet libro delineatam*, Ant-
65 werpiæ typis Nutii 1617. Item *Detectionem Hypocrisis M. Ant. de Dominis*. Antverpiæ 1619. in 8. typis Plantinianis Moreti: nec non
66 *Censuram X. librorum de Republica Ecclesiastica M. Antonii de Dominis.* Coloniæ 1621. in 8. scripsisse *Joannem* FLOYDUM, Jesuitam Anglum, testatur *Alegambe* pag.242.Bibliothecæ Jesuiticæ.

 ANS-

ANSELMUS plus quam unus inter scriptores Ecclesiasticos memoratur à *Bellarmino*, *Sixto Senensi*, *Possevino*, *Balæo* in vita Thomæ Cantuariensis, *Gerhardo*, & *Oleario*, sed eorum facile celeberrimus Cantuariensis ille Archi-Episcopus est, cujus opera suppositia plurima, præter memoratos, etiam censet *Cocus* pag. 432. & seqq. Ex iis auctores certos invenerunt.
I. Commentaria in Matthæum, quæ ut alii multi suppositia probaverunt, ita *Petro* BABIONI primus vindicavit *Theophilus Raynaudus* de lib. mal. & bon. p. 126. ubi imprimis erit videndus, nam in Syntaxi operum ipsius editorum, nondum auctorem detexerat. *II. Commentaria in Epistolas Pauli*, HERVÆO *Monacho* inscripta in vetustis exemplaribus invenisse se testatur *Sixtus* lib. 4. p. m. 244. Adde *Possevinum* in Apparatu T. 1. p. 94. & *Cocum* p. m. 433. III. De confusis etiam *operibus* hujus Anselmi, cum operibus Anselmi Laudensis, vide auctores eosdem. 67 68 69

ANTENOR, Ein Liebhaber der heiligen Schrifft / sub cujus nomine prodierunt: Der geplagte Hiob / das ist / Fürstellung des grossen Creutzträgers Hiobs / &c. 1660. in 12. Der rachgierige und unversöhnliche Lucidor, erinnert / und vermahnet durch Antenorem &c. 1658. in 12. Ninivitischer Buß-Spiegel / über den Propheten Jonam, quod sit p. m. Vir laudatissimus *Jo. Balthasar* SCHUPPIUS, SS. Theol Dr. & fama notoria, & editio librorum ipsius conjunctim in 8. recusorum abundè probat, quam v. p. 129 & 169. & in iis ejusdem Ehrenrettung / p. 625. 70 71 72

Di Timauro ANTIATIS *Lettera a Filaleti, della vera storia della cicloide, e della famosissima Esperienza dell' Argento vivo*, in Firenze 1663. in 4. Italico Idiomate impressa Epistola paucorum foliorum, sed eleganter atque doctè scripta. qua prima lineæ trochoidis sive Cycloidis antiquis Geometris, non sine dispendio artis suæ neglectæ, Consideratio Mathematica, & adeo Inventio *Marino Mersenno* (cujus habemus *cogitata Physico Mathematica* Tomis aliquot Paris. 1644. & 1647. in 4.) falso adscripta (ab auctore libelli Gallici, cui titulus, *Histoire de la Roulette*, postea latinè quoque excusi) *Galilæi de Galilæu* esse, documentis certissimis liquido probatur, *Torricellius* etiam, illius discipulus, â plagii litterarii accusatione defenditur, & Inventio de presione aëris per argentum vivum examinata eidem asseritur. Ea Epistola quod sit CAROLI DATI, Nobilis Florentini, litterarum humaniorum latinarum & Græcarum in Academia Florentina 73

Professoris publici, patet ex ejusdem Epistolæ pag. 26. De cujus viri multa doctrina indignum hic arbitror pauca dicere: humanitatis vero mihi præsenti ante decennium Florentiæ, ab eodem & á Domino *Antonio Magliabecci* eundem ad me ignotum, adducente, mihi præstitæ dememinisse nec debeo nec possum.

Cornelio Aspasio ANTIVIGILMI tra i vagabondi di Tabbia detto L'Aggirato. Sub hocce nomine fictitio quod sit edita ab *Angelico* APROSIO *Vintimigliense*, cujus in *Rhodiano* n. 40. 41.
74 meminimus *Bibliotheca Aprosiana passatempo autonnale*, in 12. 1673. paucis abhinc mensibus ex litteris Domini *Antonii Magliabecci*, Bibliothecarii Eminentissimi Cardinalis Medicæi, ad Dn. *Martinum Vogelium* Ph.& Med.Dr. scriptis cognovi: quem precatus etiam sum, ut de argumento scripti illius, nondum ad hasce nostras oras delati, certiora scire, vel in hujusce opusculi mei gratiam, salute multa Domino Magliabeccio nomine meo nunciata, laboraret: sed ad eas ipsius litteras responsum adhuc expectamus: & tanto quidem avidius, quanto plenius illud mihi promitto a summa Viri humanitate, quam ipso compertam opere in Carminibus meis Juvenilibus lib.4. pag.363. laudibus, etsi valde imparibus sum prosecutus, animo verò etiamnum memori, ceu par est, prosequor.

75 ANTONINI Pii, Imperatoris *Itinerarium* suppostititium ab ANNIO Viterbiensi profectum in *Rhodianis* n.18. vidimus: genuinum extare docet *Vossius* de Histor. Lat. l.3. p.695. ubi ut & pag.693. vide ipsum eundem hunc cum ÆTHICO Cosmographiæ auctore (quem JULIUM Oratorem in nonnullis Codd. esse, ac ineptè hinc *Julium Cæsarem* quibusdam creditum, docet) arbitrantem, in quo consentientes habet inter alios magnum *Casp. Barthium* Adversarior. lib.45. c.13. pr. & pag.2086.& 2088. ubi legi imprimis meretur. MARTIANI cujusdam illa esse putavit, nescio quibus rationibus adductus, *Naudæus* Bibliographiæ, mihi p 49.

76 APIARIUS dictus est THOMAS CANTIPRATENSIS, â libro *de Apibus Mysticis*, de quo in anonymis c.2.n.19. egimus, v. infra *Brabantini* nomen.

APOMASARIS nomine, quod extat *Oneirocriticon*, de ejus auctore sic *Casp. Barthius* scribit adversar. lib.31. c.14. in principio: ACHMETIS *Sereimi filii Oneirocriticus Commentarius ex Ægyptiorum, Indorum,* Per-

Perſarum opinionibus conflatus, ut præfert titulus, non ingratus doctis Græca lingua non ita olim ex Regia Franciæ Bibliotheca prodiit. Eum Apomaſaris *nomine perperam ediderat Latinum, ex Sambuci Cimeliis, Leunclavius. Exſtat Leonis Tuſci ad Hugonem Eteriarium, ſcriptorem ævo ſuo luculentum, ejus operis ad nos Latina interpretatio non contemnenda.* Denique concludit illud caput hiſce verbis: *Auctorem vero hujus collectionis Græcum quem dicam, ſanè dubium & invenio & relinquo, ſecundo capiti auctor laudatur* Sirbacham, *Tertio* Baram, *Quarto* Tarphan. *Nomina Orientalium linguarum peritis adgnoſcenda. In ſuperſcriptione verò Leonis noſtri, illis nominibus junguntur* Serim & Achmet: *ut, indicibus etiam vocabulis, Interpretes & illi Barbarici ſomniorum fuerint. Inſcriptio hæc eſt*: Syrnachan *Indorum*, Baram *Perſarum*, Tarphan *Ægyptiorum*, Serim & Filius ſuus Achmet. *Quæ ne quis temerè adſcripta putet ab librario, etiam verſui incluſa ſunt hoc pacto:*

SYRNACHAN ATQVE BARAM, TARPHAN, SERIM PATER ACHMET.

Cryptonymus quidam, nondum mihi detectus *Peganius*, cujus habemus Anno 1670 in 12. editam declarationem Germanicam Apocalypſios, certè lectu dignisſimam, etſi non ubique fortasſis probandam. pag. 218. laudat hunc librum ad interpretationem imaginum Apocalypticarum.

Andreæ del ARCA, Comitis nomine, prodiiſſe ſcriptum Italicum Bononiæ 1614. in 4. hoc titulo: *Eſamina ſopra le ragioni del Conte Lodovico Teſauro, in diſeſa d'un ſonetto del Cavalier Marini*: auctore Hieronymo TORTOLETTO Veronenſe, teſtis eſt *Leo Allatius* Apum Urbanar. p. 133. 77

ARCHILOCHUS, quod ſit ANNII *Viterbienſis* v. in *Rhodianis* n. 18. 78

Leonhardus ARETINUS, vero nomine BRUNUS, quomodo *Gothicam Hiſtoriam* PROCOPII latine, quaſi ex multis aliis collectam, ſuo nomine publicaverit, vide ex *Jovio* & *Cuſpiniano* referentes *Bayerlingium* in Theatro *Zvvingeri* à ſe aucto, *Voſſ.* de Hiſtor. Lat. lib. 3. c. 5. pag. 558. *Lomeyerum* de Bibliothecis pag. 203. & *Thomaſium* de plagio litterario §. 361. 79

Cl. Marium ARETIUM ſuppoſititium ANNII, vide in *Rhodianis* n. 18. 80

ARISTARQVE. Sous ce nom Monſ. *Sorell* dans ſa Bibliotheq;
81 Françoiſe, nous raconte pag. m.132. avoir été publié un *livre contre Nicandre exerceant ſa Critique & contre Phylarque* ceſt a dire le Pere Goulu, *& contre Narciſſe* ou Monſ. Balzac tout enſemble ; par le *Sieur de* JAVERSAC: dont les aventures, ont eté bien ridicules. On en voit comme les Critiques s'attachent a leurs mots & phraſes tout de méme, comme les enfants a leur jouets, jusques a s'en facher & entre battre, comme ſi c'eſtoient des choſes de conſequence.

82 ARISTOTELIS Stagiritæ, qui leguntur in Scholis *Categoriarum* libri, non illius eſſe, ſed ARCHYTÆ *Tarentini*, quod a philoſophis plurimis credantur, ſcribit *Sixtus Senenſis* Bib.ſanctæ l.4.concluſione p. m.416.ſed nominat nullum: Et verò Vetuſtiſſimos Ariſtotelis Interpretes, *Theophraſtum, Eudemum, Alexandrum & Simplicium* hoſce libros pro Ariſtotelicis habere, nec ſine cauſa, docet pluribus *Piccartus* p.14. in Synopſi Organica Ariſtotelis. Adde Commentatores alios in hoſce libros benè multos, in quibus exſcribendis nunc non vacat operam abuti. De ejusdem
83 libris *Ethicorum Nicomachiis* a Cicerone. NICOMACHO, filio Ariſtotelis, adſcriptis l.5.de finibus, ut & περὶ ἀτόμων γραμμῶν, ſeu de Lineis
84 inſecabilibus THEOPHRASTO apud *Simplicium* l.3. de Cælo aſſignatis,
85 ac *Rhetoricorum* per *Quintilianum* THEODECTO tributis libris, alios multos de vita ejus, & in ſcripta iſta commentantes diſputare videas, quibus examinandis nunc inſudare non licet.

86 ARISTOTELIS de Benedictis, qui *Nomina Sanctorum ex Martyrologio Romano collecta* edidit, eſt *Petrus Antonius* SPINELLUS, Jeſuita Neapolitanus, docente *Alegambe* p.372.

ARNOBII Afri nomen, quo pacto MINUTII FELICIS Cauſ-
87 ſidici *Octavius* diu geſſerit, & malè, vide apud *Franciſcum Balduinum* in Prolegomenis ad hunc auctorem, editioni *Elmenhorſtianæ*, Hamb. 1610. in fol.publicatæ præfixis, nec non apud *Rivetum* Critici ſacri lib.2. c.17. pag. m.240. *Poſſevin.* apparatus ſacri p.130. & alios ipſis citatos. *Geſner.* p.508. edit.Simleri &c.

ASCANII Torri nomine *Benedictus* JUSTINIANUS,
88 Jeſuita Genuenſis, ſcripſit *Apologiam pro libertate Eccleſiaſtica ad Gallo-Francos* Romæ 1607. in 4. editam, memorante *Alegambe* pag.59.

Jo.

Jo. Francisci ASPASTIS Salassi U.D.M. *in virulentam planeque sophisticam Andreæ Pouchenii criminationem, quam adversus Joannis Palmerii justas & necessarias protestationes conscripsit, pro eodem Palmerio vera atque modesta Defensio* Genevæ 1580. in 8. prodiit. Eam *Fr.* HOTOMANNO tribuit *Conradus Schlüsselburgius*, in Theologia Calvinistica, cum *Huttero* Concordiæ concordis cap. 32. ubi commendat librum *Andreæ Pouchenii*, Superintendentis Lubecensis, cui titulus est: *Responsio ad Jo. Palmerii, Sacramentarii protestationes*, oppositas formulæ Concordiæ, Lubecæ 1579. in 4. vide infra *Palmerius*. 89

ASSAPH adscriptos *Psalmos* DAVIDIS esse, vide apud *Sixtum Senensem* lib. 1. p. 13. *Bella m.* ad A.M. 2919. *Possevin.* appar. sacr. & alios notatos in *Anonym.* c. 1. n. 6. 90

Justi ASTERII JCti nomine prodiere Tractatus duo, quorum primus *Deploratio Pacis Germanicæ*, sive *Dissertatio de Pace Pragensi, tam infaustè, quam injustè inita, Pragæ Bohemorum* $\frac{20}{30}$. Martii 1637. Paris 1639. quam Suecarum esse partium liquidò constat, inquit ex vero *Geisler.* dec. 5. n. 2. Idem scriptum Germanice sed mutilatum 1669. in 8. recusum docens. Ei opponitur der Schwedische Störenfriede / oder gewisser Grund und Beweiß / daß die Schwedische Waffen nach geschlossenem Pragischen Frieden in Teutschland unrecht / &c. Durch Innocentium Ehrenfried vom Creutzlag 1637. in 4. cui adde. Vindicias Pacificationis Pragensis Germanicas, auffgesetzt durch einen getreuen Chur-Sächsischen Patrioten 1635. 4. Item, Gegründete Ablehnung etlicher wider den Pragischen Friedens-Schluss movirten dubiorum, von einem Liebhaber des Friedens 1636. 4. aliaque hinc inde vulgata scripta plura. Secundus, *Examen Comitiorum Ratisbonensium*, sive *Disquisitio Politica, de nupera Electione novissimi Regis Romanorum: in qua perspicuè ostenditur, neque Conventum Electoralem Ratisbonæ ritè institutum, neque Designationem Regis Romanorum legitimè celebratam esse.* Juxta Exemplar Hanoviæ 1637. cum Privilegio Veritatis. in 4. Horum duorum scriptorum prius HUGONI GROTIO adscribitur â *Georgio Hornio*, in orbe Politico part. 2 pag. m. 38. An etiam posterius eidem adscribi debeat, Lector videat. Ego vix ea de re dubitaverim. 91 92

ATHANASIUS Episcopus Alexandrinus quænam scripserit, vide apud *Hieronym.* & *Sophronium* pag. m. 137. *Sixtum Senensem* l. 4.

pag.m.250. *Bellarm.* ad A.C.340. *Possevinum* T.1. p.125. & seqq. *Gerhardum*, *Ges-*
nerum aliosque. Suspecta & supposititia illius præter horum aliquos, & edi-
tores varios operum ejus, recensent *Bellarminus*, *Cocus*, *Rivetus*. Ex hisce certis
93 auctoribus vindicantur. *I. Commentarius in Epistolas omnes Pauli-*
nas, THEOPHILACTI Bulgariæ Episcopi postea deprehensus, do-
94 cente *Possevino*, & *Riveto* Crit. sacr. lib.3. c.6. in f. p.m.227. *II. De Vera &*
pura Ecclesia, quem contra visibilem Ecclesiam ab *Henrico* BUL-
LINGERO conscriptum, & sub hujusce Patris nomine divulgatum asse-
runt Pontificii, *Th. Raynaud.* de mal. & bon. lib. pag.m.163. *Possevinus* in præ-
fat. apparatus sacri. Quo jure hæc dicantur, & quomodo probari pos-
sint ejuscemodi traditiones, ipsi viderint, vide quæ supra ad *Alcuinum* dixi-
95 mus. *III. Epistolas ad Constantinum Imperatorem* ab Arrianis
96 scriptas prætereo, quia non extant amplius. *IV. De Incarnatione*, *Cu-*
mulus opusculorum, quem MAXIMI cujusdam multo recentioris esse vult
Schultetus in Analysi Patrum part. 2. c.42. cui adde *Bezam* apud *Maresium*
in disp. de vocab. Trinitatis: thes.43. THEODORETI esse, *Raynaud.* de mal.
& bon. lib. p.127. ex *Photio* probat, & *Dalæus* de Demonstrat. fidei ex scriptis
97 part. 1. c.8. pag. 40. & seqq. *V. Disputatio Laodiceæ habita contra Ar-*
rium VIGILII, ex propria illius confessione probatur. *Bellarm.* p.m.78. Ri-
98 vet. l.3. c.6. p.275. *Raynaud.* p.117. 118. & 235. *VI. Quæstiones ad Antio-*
chum ex V. & N. Testamento, communiter *Athanasio* nostro abjudi-
cantur. Collectanea cujusdam Studiosi ex Patribus variis putat *Sixtus*,
alterius verò cujusdam ATHANASII quod sint, docere conatur *Raynaud.*
l.c. p.127.

Aurelius AUGUSTINUS Hipponensis, quam multa scri-
pserit egregia, vide apud auctores modo laudatos, quorum etiam plerique
supposita eidem multa recensent, una cum illius editoribus. Nobis ea
sola, quæ verum auctorem certum aut probabilem invenisse creduntur,
alphabetica serie nunc recensere instituti ratio mandat. Ea igitur hæc sunt.
99 *I. De Spiritu & Anima* HUGONI VICTORINO secundum *Tri-*
themium & *Vincentium Bellovacensem*, vel ETHERIANO, sec. alios: CISTER-
CIENSI cuidam, sec. *Thomam Aquinatem* attribuitur. v. *Cocum* p.339. &
100 *Raynaud.* p.128. *Rivet.* l.4. c.12. p.422. *II. Explicatio in Apocalypsim*
TYCHO-

TYCHONII dicitur *Gretsero* in Mystæ Salmuriensis proleg. c. 6. p. 47. & *Raynaudus* illud evicisse *Franciscum Riberam* in Anacrisi Interpretum Apocalypseos docet p. 128. v. *Coc.* 356. *& Rivetum*. *III. De Clericorum singularitate* liber, olim in operibus Augustini legebatur, nunc non amplius, 101
sed CYPRIANI modo, modo HIERONYMI nomine excusus est, cum sit neutrius: verum ORIGENIS, si *Pamelio* credimus, cui tamen ipsi multum repugnat *Erasmus*: v. *Cocum* p. 149. & seqq. *Rivetum* l. 2. c. 13. p. 225. plura v. infra in *Cypriano*. *IV. De Continentia* HUGONIS a S. VICTORE 102
putat *Erasmus* apud *Rivet.* p. 426. contradicentibus aliis. *V. De Rectitudine* 103
Conversationis Catholicæ, S. ELIGII Episcopi Noviomensis, ex *Audoëno* in vita ejus l. 2. c. 16. probatur â *Raynaudo* l. c. *VI. De Divinitatis Essentia*, 104
ANSELMI judicatur â *Possevino* appar. sacr. p. 94. *VII. De Bono Disciplinæ*. 105
ex fide Codicis MSS. S. VALERIONI Cimelensi Episcopo tribuitur â *Goldasto* apud *Rivet.* l. 4. c. 15. p. m. 432. *VIII. De Ecclesiæ Dogmatibus*. 106
ALCUINO etiam â *Trithemio* aliisque tributo scripto, supra egimus: illudque non minus male Fulgentio, ut & B. Isidoro, aut Gregorio Papæ tribui, docet *Cocus* p. 131. GENNADIO illud *Bellarm.* p. m. 124. vindicat, & plerique melioribus fundamentis nixi v. *Coc.* p. 340. 341. *Raynaud.* p. 122. *Rivet.* l. 3. c. 2. p. m. 421. Imò & Tertulliani operibus insertum prodiit, æque malè. Vide imprimis editionem Elmenhorstii 1614. publicatam, ubi testimoniis auctorum & Mstti cujusdam probat esse GENNADII, sed capita quædam ex Epistolis COELESTINI & CONCILIORUM quorundam esse desumpta, cum in Mstto deessent. *IX. De Fide contra* 107
Manichæos, librum esse EVODII Uzalensis, ex *Mstto Corbejensi*, & *Sirmondi* Histor. prædest. c. 1. probat *Raynaud.* p. 128. *X. De Fide ad Pe-* 108
trum Diaconum liber, S. FULGENTII probatur â *Raynaud.* l. c. *Bellarm.* p. 125. Maximè verò fide *Mstti* cujusdam, â *Thoma Jamesio* in Ecloga Oxonio-Cantabrigiensi ad finem libri secundi, ubi Censura talis hujusce libri extat: *Librum* de Fide ad Petrum Diaconum *non fuisse scriptum ab* Augustino, *scribunt cum* Erasmo Lovanienses, *& ego facile inducor ut credam, tum ob rationes â Viris doctissimis allatas, tum vel maximè quod in celeberrima Bibliotheca Collegii Mertanensis invenitur scriptum sub hoc titulo*: Fulgentii ad Petrum Diaconum de Fide &c. v. *Gerh.* p. 462. & *Coc.* p. 541. nec non *Rivet.* lib. 4.

109 c.12.p.419.& cap.25.p.470 prolixè hac de re docentem. *XI. De Triplici Habitaculo*, FULGENTIO ex auctoritate *Bonaventuræ* tribuitur â *Raynaud.* l.c. ab aliis S. BERNARDO, ut habet *Angelus Rocca* apud *Cocum* p.35.
110 Quod *Augustini* non sit, omnes ferè affirmant. *XII. De V. Hæresibus* liber, *PETRO* CHRYSOLOGO adscribitur â *S. Hildephonso* lib. de perp. Virginitate & Partu S. Mariæ, inquit *Raynaud.* l.c. Beda tamen *Augu-*
111 *stinianum* agnoscit. *XIII. De Mirabilibus S. Scripturæ* tripartitum opus, perperam *Augustino* tribui, jam olim monuit *Thomas Aquinas* 3. part. q. 45. art. 3. ad 2. Vide in eandem sententiam euntes plurimos apud *Cocum* p.337. & seq. Verum ejus auctorem esse quendam *Sanctum Hibernum*, MARCHIANUM, *Henricus Firtzesimon* in libro de Sanctis Hiberniæ scriptum
112 reliquit. *XIV. De Benedictionibus Patriarcharum* liber, excerptus videtur ex S. HIERONYMI *Q. Q. Hebraicis*, *Bellarm.* p.m.125. quod appro-
113 bant *Possevinus* & *Rivetus* p.419. l.3. c.12. *XV. De Prædestinatione & Gratiâ* librum, esse FULGENTII, scripto peculiari probaverunt *Theoph. Raynaudus* cui titulus: *Censura inofficiosæ censuræ*, & *Sirmondus* editioni libri illius A.1623. factæ præfixa peculiari præfatione v. *Rivetum* l.4. c.14. p. 430.
114 & c.25. p.471. 472. *XVI. Quæstiones in* V. & N. *Testamentum*, quod non sint *Augustini*, ferè omnes animadvertunt eruditi, cujus autem sint auctoris, strenuè controvertitur: vide quæ in Ambrosio *de Comm. in Epistolas Paulinas* diximus. Unde ut & ex aliis *Joh. Gerhard.* pag. 282. & 285. HILARIUM *Diaconum* auctorem earum credi notat. Adde *Rivetum* l. 3. c.13.
115 p. 423. *XVII. Responsio Augustini ad articulos sibi propositos*, quomodo â S. PROSPERO conscripta sit, & *Augustini* nomine publicata, vide prolixe *Raynaud* de mal. & bon. lib. p.117. *XVIII. Sententiæ Augustini*, quod sint
116 â PROSPERO collectæ, potissimum tamen ex ipso *Augustino*, testantur ferè omnes, v. *Bellarm.* p. 125. *Rivetum* p. 419. 424. 425. *XIX. Sermones*
117 ejusdem multi suspecti sunt: v. gr. *De Absolone*, quem ei tribui â nonnullis, revera autem esse CHRYSOSTOMI, docet *Th. Raynaudus* p.148.
118 *XX. De Cathedra Petri*, quod sit AMBROSII, multis probare laborat
119 *Is. Casaubonus* in Baronium, Exercit.13. Diatribe 17. p. m. 267. *XXI. De Epiphania*, LEONIS *Pontificis* esse docet *Th. Raynaudus* p.148. v. *Rivet.*
120 l.4. c.22 p.458. *Coc.* p.398. *XXII. De Laudibus Mariæ ex partu Salvato-*

rio,

ris,cujus initium : *Nativitas Domini* &c. & est 15. *de tempore* in quibusdam Mss. Teste *Perkinso*, tribuitur SEVERIANO. *Rivet*.l.4. c.25.p.470. *Raynaud.* p.128. vult esse FULGENTII. *XXIII. De Quadragesima*, LEONIS 121
I. *Pontificis* est, docente eodem *Raynaudo* l. c. *XXIV. Sermo I. de Festo* 122
omnium Sanctorum, quem Lovanienses volunt potius esse ALCUINI, tribuitur ODONI Cluniacensi in *Mscto Codice* Ecclesiæ S. Mariæ ad Martyres Romæ, teste *Baronio* in Martyrolog. 1. Novemb. *XXV. De Bono* 123
Viduitatis liber, JULIANI Pelagiani creditur multis, tam Catholicis, quam Reformatis, aliisque, vide *Rivet*. l. 4. c. 13. p 426. 427. *Possevin.* Tom. 1. appar. sacr. *Raynaud.* pag. 147. qui duo posteriores tamen reclamant huic sententiæ, una cum *Bellarmino*. *XXVI. Liber de Vita Christiana*, 124
ad Sororem viduam, id est, piam Matronam orbam conjuge, FASTIDII, *Episcopi Britanni* esse perhibetur, nulla ratione addita, *Raynaudo* p. 127. non esse *Augustini* v. apud *Cocum* p. 357. 358. *XXVII. De Cognitione Veræ* 125
Vitæ liber, ANSELMO vindicatur ab eodem p. 128. v. *Cocum* p. 358.
XXVIII. De Virtutum & Vitiorum Conflictu, in Ambrosii operibus 126
supra jam memoratus liber, LEONI *Papæ* tribuitur, sed malè, secundum *Bellarm*. p. 134. & 150. & *Possevinum*. Alios GREGORIO MAGNO eum tribuere docet. *Rivet*. p. 326. adde p. 431. & l. 4. c. 22. p. 462. Plura lege apud editores operum *Augustini*, quos nunc exscribere, comparare, examinare, moles operis, otiumque, & instituti ratio non patitur.

AUSONII nomine *Satyram* SULPITIÆ malè insignitam, docet 127
Barthius Adversar. l. 19. c. 16. ipsa verba v. *infra* in *Tibullo*.

B.

GUilielmi BALDESANI nomen præfert liber perutilis, cui titulus est : *Stimuli virtutum Adolescentiæ Christianæ*, 128
quem conscriptum esse à *Bernardino* ROSSIGNOLIO, Rectore tunc Taurinensi, compertum habeo testimonio ejus, cui ipse Rossignolius rem aperuit, & quo consilio sub alieno nomine vulgasset, exposuit. Ejusdem Rossignolii est, *Historia SS. Martyrum Thebæorum*, 129
eidem Baldesano supposita, verba sunt *Theoph. Raynaudi* de mal. & bon. lib. p. m. 141. vide confirmantem idem *Alegamben*. p. 63. Bibliothecæ Jesuiticæ.

130 . Justi BARRÆI, Antvverpiani nomine, *ad Abrahamum Schultetum scripta Epistola, Majestatem Omnipræsentiæ Carnis Christi defendens*, *Joannis* SAUBERTI Theologi summi esse, ex *Jo. Micrælii* histor. Eccles. lib. 3. Sect. 2. q. 48. p. 540. docetur â Dn. *Geilero*, dec. 4 n. 3.

BASILII Magni operum editiones varias, vide apud *Gerhard*. p. 248. 249. & *Olear*. p. 71. quorum Concinnatores de operibus tum genuinis, tum suppostitiis ejus diversimode agunt, quæ curioso lectori examinanda relinquimus: Nobis hinc inde sparsim collecta, de operibus ad alios auctores relatis, pro instituto nostro breviter referre suffecerit, plura qui volet, *Bellarminum, Sixtum Senensem, Trittbemium, Possevinum, Baronium* ad A. C. 361. *Labbæum*, aliosque de scriptoribus Ecclesiasticis fusius commen-
131 tantes adeat. Itaque I. *Asceticorum præfatio*, cujus initium: *Etsi præclaræ sunt illæ legum sanctiones*, eadem cum CHRYSOSTOMI *Homilia de Militia Spirituali* Tom. 3. operum ejus excusa, notatur *Riveto* Critici sacri lib. 3. c. 20.
132 p. m. 330. II. *Ascetica* verò ipsa EUSTATHIO *Sebasteno hæretico* adscribuntur, auctoritate *Nicephori*, & *Sozomeni*, & aliorum, ab eodem *Riveto*
133 l. c. Coc. p. 251. & *Gerbardo* p. 252. III. *Epistola* 80. eadem cum *GREGORII* NYSSENI *de Trinitate ad Eusthatium* tractatu deprehensa *Theoph. Raynaudo* de mal. & bon. lib. p. 128. videtur *Gregorio* adjudicari, sed *Basilii* malunt esse
134 *Rivetus* l. 3. c. 20. & c. 23. p. 350. *Bellarminus* aliique. IV. *De Eremi laudibus* opusculum, contineri capite ultimo, operis *de Dominus Vobiscum*, â *Petro*
135 DAMIANO conscripti, monet idem pag. 129. V. *Grammaticas Exercitationes*, libellum *Basilio* malè tributum, rectè â Parisiensibus, *Manuelis* MOSCHOPULI nomine recusum esse, docet ibidem cum aliis. Editio illa facta 1545. in 4. ex Officina Roberti Stephani, nitidissima, cum inscriptione libri Græca tali: Τȣ̃ Σοφωτάτȣ καὶ λογιωτάτȣ μανȣήλȣ τȣ̃ μοσχοπύλȣ περὶ σχεδῶν. Latina vero ista: *Manuelis Moschopuli de ratione exa-*
136 *minandæ orationis libellus*, ex Bibliotheca Regia. VI. *Homiliam* X. & XI. idem p. 129. adjudicat dubie GREGORIO NYSSENO, quod plenius probat *Rivetus* l. c. p. 328. & *Possev*. Tom. 1. p. 192. appar. sacri.
137 VII. *Monasticas Constitutiones*, ab ipso *Basilio* & *GREGORIO* NAZIANZENO conscriptas, ex *Georgio Præsbytero* idem Raynaudus l. c. docet: verum *Nicetas* Commentator Nazianzeni, Monasticam Institutio-

nem

nem non *Basilio*, sed EUSTHATIO *Sebasteno* expresse tributam â *Nicephoro* in Ecclesiastica Historia testatur. Vid. *Gerbard.* p.253. VIII. *Præfatio* 138
Psalmorum, eadem cum AUGUSTINI Præfatione in eosdem esse, adeoque Græcè, & ab eodem iterum Latine dein reddita creditur, *Frontoni Ducæo* & *Riveto* l.c.p.329. IX. *Commentarius* autem *in Psalmos*. Cinnus 139
Commentariorum CHRYSOSTHOMI & THEODORETI, docetur ab eodem *Riveto* p.333. X. *Quæstiones Compendio tractatæ*, EUSTHA- 140
TIO *Sebastiano* tribuuntur â *Sozomeno* Hist. lib.3. c.15. & *Niceph.* lib.9. c.16. & l.13. c.9. teste *Bellarm.* de amiss. gratiæ lib 1, c.13. apud *Gerbard.* p.26.33. & *Possev.* Tom.1. apparat. pag.192. *XI. Regulæ breviores* ejusdem EUSTHA- 141
TII, ex *Nicephori* l.9. c.16. & l.13. c.19. judicantur Pontificiis quibusdam, â quibus alii iterum, *Photii* auctoritate moti, dissentiunt: qua de re vide sibimetipsi ferè contrarium *Th. Raynaud.* l.c.p.128. & 139. & *Cocum* p.251.

BASILIUS Valentinus Monachus Benedictinus (cujus libri Chymici plurimi recensentur apud *Borellum*, Bibl. Chymicæ p.212. & seqq. nec non apud *Draudium*, titulis variis, *Lindanum* pag. 93. & jejunè apud *Schenck* p.43. Bibl. Med.) nullus unquam in rerum natura fuisse quibusdam creditur. *Morhofius* sane in Epistola elegantissima de Metallorum transmutatione, hic Hamburgi anno superiori edita p. m.133. omnia de ipso incerta esse testatur; quanquam diligentissimè in ejus Historiam inquisitum fuerit ab Imperatoribus Germanicis. Certe Dominus *Martinus Fogelius* Ph. & Med. Dr. aliquoties mihi, sed pro merito nunquam dignè laudatus, ex Domino *Raschio*, Med. olim Doctore, se plus semel audivisse, mihi confirmavit, nullum ejus nominis Monachum Benedictinum fuisse, quandoquidem nec in Catalogo Benedictinorum Provinciali Erfurti, neque in Generali Romæ nomen hoc â se fuerit inventum. Arbitrari verò se, quendam hoc nomine latitare voluisse ex familia Johann. Tholdeni 142
Hessi, cujus *Haliographia* Germanica, sive Beschreibung aller Saltz-Mineralien. Erfurti 1612. in 8. edita Chymiæ notitiam non proletariam arguit. Quicquid autem ejus sit, certè librum illius *Basilii* nomine venditatum de *Incrementis & decrementis Metallorum*, & cum *clavibus illius XII.* impressum, *Andreæ de* SOLFA, seculo integro antiquiori 143
deberi, docet modo laudatus Morhofius pag. m.9.

BAVA-

144 BAVARIÆ Theologorum nomine librum, *De Communione sub utraque specie*, publicatum, â Jesuita Germano *Paulo* HOFFÆO ex *Alegambe* p.365. memoratum est, in *anonymis* cap. 11. n.327.

145 Germani BAVARI Hallensis nomine, *scriptum invectivum contra Dr. Nicolaum Selneccerum* A. 1579. â *Joanne* LAGO, *Pomerano* editum fuisse, ex *Conr. Schlüsselburgii* Theologia Calvinistica refert *Draudius* Bibl. Class. Theol. p. 142.

146 Ludovici de BEAUMANOIR nomine *contra Servinum, Advocatum Regium, Apologiam, pro Societate Jesu Gallicam* prodiisse, conscriptam â *Ludovico* RICHEOMO vel RICHELMIO, vid. apud *Alegamben* p. 318.

147 Georgii BECKERI Elbingensis nomine, prodiit aliquoties libellus Rhetoricus, cui titulus: *Orator Extemporaneus*, sive *Artis Oratoriæ breviarium bipartitum.* In eo sibi adscribendo, cum â *Michaele* RADAU, Jesuita dictatus Regiomonti esset publicè, plagium ipsum admisisse, per præfationem editioni Amstelodamensi 1655. in 12. præfixam docuit *Adamus Motkoveski*; unde factum, ut postea vel sub utroque, vel sub *Radavii* nomine solo prodierit, Lipsiæ 1659. cum anonymi præfatione dubitante de auctore, & 1664. vide notantem etiam hoc *Thomasium* de plagio litterario §. 369.

BEDA Britannus, ex vitæ sanctimonia Venerabilis nomen sortitus, opera varia scripsit, de quibus vide *Bellarm. Sixtum, Possevinum, Labbæum, Olearium* & alios. Ex iis aliis asseruntur. *I. Commentaria in Epi-*
148 *stolas Paulinas*, quæ PETRO TRIPOLITANO Abbati tribuit *Baronius*, tom. 7. annal. ad A.C. 862. BARTHOLOMÆO URBINATI cuidam, aut etiam FLORO *Monacho Sixtus Senensis* lib. 4. p.m. 267. re-
149 pugnante utrique *Bellarmino* de script. Eccles. p. m. 180. *II. Epistola de Divinatione Mortis & vitæ*, quam sub APULEII *Platonici* nomine vult
150 extare *Bellarminus*. p. 178. de script. Eccles. *III. Vitæ Sanctorum*, non
151 omnes *Bedæ* quod sint, ipsæ arguunt. Ex his *Arnulphi vita* PAULO
152 DIACONO. *Patritii* PROBO. *Columbani, Attalæ, Eusthatii &*
153 *Bertolfi Abbatum*, JONÆ SCOTO sunt adscribendæ, vid. *Possev.* in
154 appar.
155

appar. ad nomen Jonæ. *Bellarm.* p. 181. 182. *Cocum* p. 426. *Gerhardum* p. 405. 406.

BELGICORUM Ministrorum nomine, *contra libri Concordiæ scriptores* editam *Epistolam* A. 1579. esse *Petri* VILLERII, Galli Concionatoris Principis Auriaci, docet ex *Conr. Schlüsselburgii* Theologia Calvinistica *Draud.* Bibl. Class. Theol. p. 142. 156

BELGII Ordinum persona tectum *Dominicum* BAUDIUM edidisse *ad Jacobum I. Angliæ Regem Orationem de non ineundo fœdere cum Hispano*, docet *Valerius Andreæ* Bibl. Belgicæ p. m. 192. tacente hac de re *Fr. Swveertio* p. 221. Athenar. Belgicar. ubi ejusdem scripta enumerat. 157

Nicolai BELLERMONTANI veri an ficti nomine, publicati *discursus Academici in optimos veteris ac novæ historiæ scriptores*, Francof. 1602. quomodo ex fragmentis magnis AMMIRATI, BESOLDI, FORSTNERI &c. sint conscripti, vide apud *Jacob Thomas.* de plag. Litterar. §. 238. & 263. 158

Martini BELLII nomine *Sebastianum* CASTALIONEM, licet hoc ejerasset, contra Calvinum scripsisse *Dialogum Lælium*, *de hæreticis gladio coërcendis*, nihilominus contendentem in vita Calvini *Theodorum Bezam*, seque scriptum hoc refutasse memorantem, legere operæ pretium est; prolixior enim est locus, quam ut hac vice possit hic exhiberi. Adde *Hornbeck* controversiar. lib. 7. p. 563. edit. secundæ. 159

Petri BELLONII, sive ut à *Scævola Sanmartano* (in Elogio P. Gillii, quod est in Elogiis Gallor. part. 1. pag. m. 13. & 14.) nominatur, BELOINI furtum scriptorum, Domino suo cognomini GILLIO factum plures confirmant, apud *Thomasium* de plag. litt. §. 371. quem vide, & adde non nominatos illi, *Toll.* appendice ad *Pierium Valerianum* de Infelicitate litteratorum, & ex eodem *Lomeyerum* de Bibliothecis, cap. 9. sect. 1. p. 192. Omnium autem disertissimè, nisique fallor, primus denunciavit hoc furtum *Sanmarthanus*, cujus, quia rarior est, solius verba nunc exscribam, ita se habentia: *A Barbaris interceptus, & in Africo littore durissimam carceris molestiam perpessus, vix tandem Armeniaci Cardinalis munificentissimi cura & liberalitate redemptus evasit. Cujus benignitatis non immemor, Mæcenatem de se benè meritum, Romæ tunc agentem adiit, ejusque demum jussu, quidquid apud exteras nationes memoratu dignum observaverat, eo stylo perscribere aggressus* 160

est, qui non obscuram eruditionis & facundiæ laudem sibi polliceretur, sed ejus generis unicum habemus, de Bosphoro Thracio Commentarium, *præter Græcos aliquot scriptores Latinitate donatos. Cætera* P. Belo, *unus è domesticis, mortuo Domino surripuisse, ac pro suis edidisse, constantissimo rumore dictus est, Cum Docti omnes Viri ab homine vix mediocriter literato præstari talia nequaquam posse, facillima conjectura judicarent.* Ejus Bellonii scripta vide apud *Draudium* in Latinis & Gallicis, *Gesnerum* p.m.553. *Lindan.* p.516. 517. *Schenck* p.441.

Antonius BEMBELLONA de Godentiis, inter scriptores Juris publici præcipuos numeratus à *Limnæo*, Juris publici l.1. c.3. v.6. dicitur esse *Bartholomæus* GOERICIUS, ab eodem c.11. §. 72. Extant sub
161 hoc fictitio nomine. *Ad pragmaticam Constitutionem de Pace Religionis in Comitiis Augustanis A.D. 1555. promulgatam, Commentatio Juridico-Politico-Historica, pro Defensione Autonomiæ, & Conscientiarum libertate,*
162 *Imperiique Romani dignitate*, Francof.1612. in 8. Item *Tempestivum suscitabulum pro Principibus, sive Commentarius ad Edictum Diocletiani Imp. in Christianos, C. Hermog. de Malef. & Mathem. pro Defensione Autonomiæ & Eunomiæ in Imperio Romano concessæ & statutæ.* Servestæ 1602. 4.

163 Theodosii BERENICI nomine publicata duo scripta: *Proaulium Tuba pacis occentum Scioppiano sacri belli Classico, à Salpiste* Theodosio Berenico, Norico, *historiarum & patriæ studioso.* Argentin.1620.
164 in 4. & *Tuba Pacis AntiScioppiana* Theodosii Berenici, Norici, ibid.1621. in 4. libri oppositi, *Gasparis Scioppii Classico belli sacri* funestissimo, auctorem habent *Matthiam* BERNEGGERUM, aliis quoque scriptis litteratissimis celebrem; uti patet ex elogio viri, quod *Theodorus Spizelius* suo Templo honoris inseruit, pag.353. vid. *Scaven.* n.94.

165 BERNARDINUS Lauretanus, est *Carolus* SIGONIUS, vid. *Rhod.* n.20.

BERNARDUS natione Burgundus; Abbas Clarævallensis, scripsit multa sæpius edita conjunctim, quorum editores in discernendis ejusdem scriptis genuinis à suppositiitiis, multum laboravere, adeoque cumprimis hic erunt consulendi & comparandi cum iis, quæ nos

hinc

hinc inde præterea de ſcriptis ad alios pertinentibus collegimus, illos ex-
ſcribere nolentes. Hujus itaque Patris *I. De Amoris natura & di-* 166
gnitate liber GUILIELMI ABBATIS *S. Theodorici*, Bernardo conjun-
ctiſſimi eſſe, ex confeſſione propria probatur â *Th. Raynaudo* de mal. &
bon. libris p. 131. *II. Epiſtolas aliquas* ſuo nomine vulgatas â quodam 167
NICOLAO, ſuperſtes adhuc ipſe conqueritur acerbe Epiſtola 298.
III. Epiſtola de re familiari benè adminiſtranda, quondam *Bernardo* 168
tributa, *Bernardo* SYLVESTRO vindicatur â *Th. Raynaud.* p. 130. ut &
IV. Formula honeſtæ Vitæ. *V. Meditationes* verò, quarum ini- 169
tium eſt: *Verbum abſconditum mihi eſt*, ECKBERTO *Abbati* tribuũtur â 170
Trithemio; eidemque auctoritate *Richardi à S. Laurentio* adſcribitur
VI. Oratio ad Deiparam, quæ incipit: *Mentem & oculos*: â *Th. Raynaud.* 171
l. c. *VII. Scala Clauſtralium* GUIGONI, *Carthuſiano*, ibidem aſſe- 172
ritur. *VIII. Sermonesque varii*, AELREDO *Ciſtercienſi* vindican- 173
tur *ibidem.* Eum Ailredum vocat *Carolus Viſch*, quem vid. p. 9. & 10. Bi-
blioth. Ciſtercienſis. *IX. Sermones V. ſuper Salve Regina* BERNARDO, 174
alteri *Benedictino, Archi-Epiſcopo Toletano* tribuuntur â *Raynaud.* p. 131.
X. De Vita ſolitaria verò liber, GUILIELMO *Abbati* ſive Theodorici 175
coævo, ſive Bernardi, â *Bellarmino* imputatur p. m. 224. quod pluribus
etiam adſtruere laborat *Raynaud.* l. c. Plura vide apud *Bellarm.* ad A. D. 1130.
Poſſevinum in Apparatu. *Carolum Viſch* Bibl. Ciſtercienſis pag. 40. & ſeqq.
ac citatos alios iſtis ut & *Oleario* pag. 81.

BERNONI Augienſi ſuppoſitum *Micrologi* titulo (quem
aliqui pro cognomine auctoris habentes, ne prænomine deſtitueretur,
Joannem ridiculè nominarunt) librum *de officiis Miſſæ, & Eccleſiaſticis* 176
obſervationibus, GUIDONIS Abbatis exiſtimatum eſſe docent, ac
benè an male factum hoc ſit diſputant *Th. Raynaud.* l. c. p. 131 *Labbæus* T. I.
diſſ. ad *Bellarm.* p. 91. & citati apud *Olear.* p. 84. & 316. adde *Rivet.* cap. ult.
p. 498

BEROSUS. *Joannis* ANNII *Viterbienſis* v. *Rhod.* n. 18. 177

Franciſco BERSABITA: *Giacomo* CASTELLANO 178
v. *Rhod.* n. 29.

 Scipio-

179 Scipione Africano de BERTI, *Cæsar* CREMONINUS *Rhod.* n. 36. de cujus Atheiſmo vid. *Gubertum Voetium* Diſpp. Theologicar. part. 1. Diſp. de Atheiſmo p. 206.

180 BERTRAMI librum *de Euchariſtia*, quovis modo cupiunt adulterinum facere, qui transſubſtantiationis dogma defendunt. Hinc alii Caroloſtadio eundem, eo quod ab ipſo primitus ſuit editus, aut totum aut ex parte conati ſunt imputare, ſed nulla idonea ne præſumtione quidem, nedum probatione inducti: inter quos vide præcipue *Poſſevinum* in præfatione ſui apparatus. & *Th. Raynaud.* de mal & bon. lib. p. 132. Sed illius quidem levitatem jam detexit *Rivetus* Critici ſacri l. 4. c. 12. p. m. 420. Hic autem ipſe ſuam inconſtantiam, & quam parum huic ſuæ, pro lubitu in caput, jam alias, ut ipſe judicabat, condemnatum, confictæ calumniæ tribuerit, vel inde aperit: quod mox magno conatu, neſcio quem, RATRANNUM pro Caroloſtadio ſubſtituere, ex quodam ignobili manuſcripto nulli viſo laborat. Locus ipſe prolixior eſt, quam ut nunc exſcribi poſſit, adeoque Lectori curioſo ipſe auctor inſpiciendus. Confer quæ diximus ad *Aluinum*.

181 Chriſtophori BESOLDI nomine prodiere *Diſputationes ad jus VVürtembergicum*, ſub ejuſdem publico præſidio ventilatæ. Eas ipſe collectas ſibi ex FRATRIS SUI defuncti Adverſariis, fatetur in Theſauro Practico, lit. R. in voce Rungen und gewunnen p. m. 296.

Theodori BEZÆ nomine edita *diſſertatio contra Tyrannos.* v. *Junius* Brutus.

Gabriel BIEL Tubingenſis Profeſſor, Occami Sectator, cujus ſcripta recenſent *Bellarm.* ad A. C. 1490. & *Gerhardus* p. m. 669. dicens ſibi manuſcripta ejuſdem Budſtadii in Wetteravia inſpecta; addit autem recenſitis per hoſce ſcriptis ejus. *Olearius* p. 172. alia etiam. Pſeudonyma vero

182 *Canonis Miſſæ expoſitio* prodiit Baſileæ 1515. quam non illius, ſed EGGELINGI, neſcio cujus, eſſe, ex ipſa confesſione *Bielu* docet *Th. Raynaudus* de mal & bon. lib. p. 140.

D. Pauli BISCIOLÆ, fratris ſui nomine, *Lalium* Biſciolam, Jeſuitam Mutinenſem edidiſſe Italica ſcripta ſequentia, refert *Alegambe*

183 Bibl. Jeſ. p. 293. *I. Dialogum de Bono Peregrinationis, II. Dialogum*

184 *de*

de Bono Mortis. *III. Discursus Christianos & Morales tom. 2.* 185
IV. Librum Comparationum & Similitudinum, pro Concionatoribus. 186
Similem in modum.

BLASII de Pinna Freyre, fratris sui nomine, Jesuitam Lusitanum, *Franciscum* FREYRE publicasse Lusitanica scripta bina, videlicet: *I. De Excellenti magnitudine Imperii Austriaci.* *II. Musas* 187
Christianas oratione ligata, testis est idem *Alegambe* p. 123. 188

Petrus BLESENSIS à natali Galliæ ad Ligerim oppido, vulgò Blois dicto cognominatus, quæ scripserit, enumerat *Bellarm.* ad A.C. 1177. & posteum *Possevinus* atque *Gerhardus.* In iis est *De Amicitia Christiana* 189
liber, quem suppositititum esse, ac conferendum cum AELREDII, ejusdem argumenti titulique scripto, monet *Th Raynaud.* libro superius citato p. 151. vide Petrum hunc laudatum *Casp. Zieglero*, in eleganti tractatu, Episcopus miles, inscripto, c. II. §. 32.

Benedicti BLOTESANDÆI, *Antonius Deusingius Heautontimorumenos* in 4. apud Batavos editus, quod *Olao* BORRICHIO *Dano*, cujus alia scripta doctissima extant, debeatur, ipsius Populari *Petro Scavenio* n. 86. hoc affirmanti lubentes accredimus. Nomen fictum ex Danico derivatum est. Danis enim *Sande* Veritatem, *Blot* nudum denotat, quasi dicas *Nuditerius.* 190

Joannis BOBOLÆ nomine, scripsisse *Albertum* ROZCISZEVSKI, Jesuitam Polonum, *defensionem Calendarii Gregoriani, contra Latosium Mathematicum*, titulo Polonico *Latosie Ciele*, id est, *Latosii vitulus*, ob ineptias hominis, quem confutabat, auctor est *Alegambe* pag. 10. 191

Trajani BOCCALINI scripta, *Cardinali* GAETANO 192
à *Joanne Rhodio* tributa, vid. in *Rhod.* n. 57. Ejus sententiam vide an non juvare possit, *Janus Nicius* Pinacothecæ suæ part. 3. Elogio 59. quod secundum est *Boccalini*, quem part. I. Elog. 149. jam commendaverat, disertè scribens, ei, quemadmodum Terentio, fuisse objectum, quod in actis suis referendis homines nobilissimos socios & adjutores haberet, ipsum verò cum Terentio sibi laudi duxisse, quod adversarii probro vertissent. Ibidem de Morte ipsius historiam totam enarrat. Extat etiam *auctarium* earum *Relationum Italicum*, X. relationibus constans, di Girolamo Briani cittadino 193

Modanese in Modona 1614. & *Centuria quarta*, contra quam scripta est Risposta *alla quarta Centuria*, & huic iterum opposita *Replica alla Risposta*, sed omnia anonyma. *Centuria* etiam *quinta* Normbergæ 1619. edita exstat anonyma; *Michele Pio* quoque scripsit *allegationi per confutatione di quello che si scrive nell annotationi dell avisi di Parnasso* &c. Anthopoli 1621. in 4. item *Supplemento all Avisi di Parnasso* in 4.

194 Joannis BODINI *Commentarium in Oppianum* editum, refert *Draud.* Bibl. Class. p. 1602. Eas esse Lectiones *Adriani* TURNEBI, docet *Conr. Rittershus.* in Epistola ad Richtherum, cujus inter Epistolas legitur pag. 205. citante V. Cl. *Thomasio* de plag. litterar. §. 373. Bodinum hoc nomine plagiariis accensente.

Mirabilis de BONA CASA, quod sit *Eberhardus à* WEIHE, JCtus & Cancellarius olim Illustrissimi Domini Julii, Principis Brunsuicensis ac Lüneburgensis, ex *Limnæi* de J. publ. l. 1. c. 11. n. 72. *Geulerus* dec. 1. n. 1. indicium fecerat, eundemque & Wahremundum ab Ehrenberg, & Durum de Pascolo se vocasse monuerat; quod & *Zeilerus* Ep. 15. confirmat: sed nullus horum, quid sub quoquo nomine prodierit, recenset. Et de reliquis quidem nominibus suo loco agetur: sub hocce Bona Casæ nomine vero prodiit scriptum doctissimum, contra Regicidii defensores Jesuitas, aliosque Judithæ exemplo scelera sua defendentes, egregiè probans, & apocryphum librum, & illaudatum Judithæ factum esse. Illius hæc

195 est inscriptio: *Ficta Juditha, & falsa ex ea sumpta Doctrina, Licere hostem quemcunque omni in loco, sub prætextu Amicitiæ & simulationis, Religionis, & ratione Status, interficere, proposita & refutata per* Mirabilem de Bona Casa, *contra* Rosæum, Marianam, *& alios scelestissimos Monarchomachos* &c. Veronæ, apud Johannem de Pomo, prostat in Bibliopolio Emmeliano 1614. v. *Piccart.* Obs. Polit. Dec. 16. c. 5. p. 250. ubi laudat hunc auctorem: quem ob toties mutatum nomen Proteum Politicum vocat *Dav. Otto* de J. publ. c. 10. p. 155. v. *Thomasium* de plag. litterario §. 243. qui *Besoldi* testimonium etiam adducit. Adde *Rumelin.* in A. B. part. 1. diss. 3. th. 1. pr. p. 53. *Peller.* Polit. scelerat. pag. 2.

196 Clarus BONARSCIUS, cujus sub nomine extat *Amphitheatrum honoris, libris tribus, in quo Calvinistarum in Societatem Jesu Criminationes jugulatæ.* Palæopoli Aduaticorum, apud Alexandrum Verheiden

(quod

(quod aliqui Antwerpiam interpretantur, alii Ingolstadium) 1594. in 4. quod sit *Carolus* SCRIBANIUS, Jesuita Bruxellensis, per Anagrammatismum jam olim divinaverunt eruditi, & palam professi sunt. *Casaubonus* Ep. 170. pag. m. 160. ubi *Amphitheatrum horroris* illud ex vero nominat. *Paulus Colomesius* in Clave Epistolarum Jos. Scalig. ad pag. 287. *Valerius Andreas* pag. 126. Bibl. Belgicæ. *Fr. Swertius* Athen. Belgicar. p. 270. Etiam Italus *Girolamo Ghilini* in Italico Theatro Litteratorum part. 1. pag. 36. vitam Scribanii enarrans; idem confirmat *Ludov. Lucius* Histor. Jesuiticæ lib. 2. c. 4. p. 203. edit. Basil. 1627. in 4. *Infamem librum* eum appellans. *Josephus Scaliger*, in sermonibus per fratres Puteanos adservatis, & nomine Scaligerianorum editis pag. m. 34. imprimis eum librum ridet, & quod ipsos Jesuitas puduerit tam ineptæ scriptionis, quodque abnegaverint librum & supprimere conati sint, testatur. Attamen, sive quod ipsos depuduit postea, sive quod melius de ipsis sensit Scaliger, quam res erat, ipsi scriptum etiam auctum libro IV. & V. recudi sivere Antvverpiæ typis Plantinianis, & palam ejus auctorem ipse Jesuiticæ Bibliothecæ Catalogus *Alegambes* p. 72. profitetur. Ipso libro sanè vix quidquam insulsius dari poterat & impudentius, sive spectes stylum, sive ipsum argumentum, in ostentatione ridicula suorum, & cavillatione aliorum Virorum omni laude majorum, unicè consistens. Auctorem *Carminum editionis primæ libro tertio insertorum*, supra cap. 10. n. 315. civem hujus Scribanii, Jesuitamque *Maximilianum Habbequium*, ex eodem *Alegambe* p. 338. detectum habemus. Extant etiam *Paralipomena ad Amphitheatrum honoris Jesuitarum*, ex recensione *Petri de VVangen*, Lugduni 1611. in 8. edita, quæ continent varias in Jesuitarum ordinem invectivas.

BONAVENTURA, qui & Eutychius Græcè dictus est, Italus ex Minoritarum Generali Episcopus, ac tandem Cardinalis, multa scripsit, quæ recensentur â *Bellarm.* ad A. C. 1265. *Sixto Senensi* l. 4. p. m. 269. & seq. *Possevino* in Apparatu, *Gerhard.* p. m. 609. & seqq. & citatis aliis ab *Oleario* pag. 89. Ex ejus operibus ad alios referuntur sequentia. *I. De sex alis* 197 *Cherubim*, quem Alano de Insulis, auctoritate multorum scriptorum gravium, & *Codicum Mstorum* vindicat *Carolus de Visch* Bibl. Cisterciensis pag. 14. & 15. *II. Alphabetum Monachorum, Thomæ de* Kempis 198 tribui, docet *Bellarm.* p. m. 25. Idem *III. De Institutione Novitiorum* 199 *partem*

200 partem primam, & IV. *De profectu religiosorum lib.* 1. & 2. *Davidi ab* AUGUSTA tribui docet.

201 Vaudius Dachirius BONGLARUS, auctor *Testis examinati* (Philyra est, Florentiæ 1658. in fol. edita, & Anglicis Ephemeridibus 1668. mens. decembr. inserta) est *Claudius* AUBRIUS Lotharingus, κατ' ἀναγραμμα, ut Pisis accepisse se â Viro insigni *Claudio Tilemanno*, Anatomico Magni Ducis Hetruriæ, narravit mihi sæpius laudatus Dn. Civis meus *Martinus Fogelius* Ph. & Med. Dr.

BONONIENSIS. Collegii nomine editum *Antidotarium*
202 *Ulyssis* ALDROVANDI v. in *Rhodianis* n. 19. adde *Lindan.* p. 76.

Henricus, qui aliis Wilhelmus BRABANTINUS, â patria
203 item Moorbecanus aliis cognominatus, idem est qui *Thomas Apiarius*, sive CANTIPRATENSIS: uti demonstrat pluribus in vita ejusdem *Georgius Colvenerius*, & ex eodem *Valerius Andreæ* pag. 330. & 833. adde *Jo. Gerh. Vossium* de Histor. Lat l. 2. c 60. p. 487. & *Fr. Swertium* p. 692. Vide quæ diximus de eodem supra, in voce *Apiarius*, & *Anon.* c. 2. n. 19. c. 5. n. 178. & c. 6. n. 190.

BRUNONIS Carthusianorum Principis opera, quomodo
204 BRUNONIBUS *aliis*, nempe ASTENSI *Cardinali*, SIGNIENSI,
205 & tertio Episcopo HERBIPOLENSI, vindicata fuerint, vid. apud.
206 *Th. Rajnaud.* de mal, & bon. lib. p. 135. & 139. & *Olearium* abaci Patrum p. 93 & seqq.

Friderici BRUSSI Theologi nomine, scripsit Jesuita Prutenus,
207 *Fridericus* BARTSCHIUS, *Responsionem benevolam & Christianam, qua refutat Orationem Andreæ Volani, Lithuanos â Secta Zwingliana ad fidem Catholicam conversos, ad pristinos errores revocare conantis*: uti refert *Alegambe* p. 144.

208 Stephani Junii BRUTI Celtæ *Vindiciæ contra Tyrannos.* De Auctore hujus libelli, sæpissimè variis in locis excusi, variæ fuere suspiciones eruditorum, donec tandem in Editionis novæ, Anno 1660. apud Ægidium Valkenier, Amstelodami excusæ frontispicio, nomen *Theodori* Bezæ fictitio illi superius memorato subjiceretur. Ibi verò *Gubertus*

Voetius

Voetius, Theologiæ Professor Ultrajectinus, sive quod auctoritate publica fuisset ad hoc ipsum instigatus, (quandoquidem Senatum Genevensem ea de re scripsisse Amstelodamensi, ac *Bezam* suum purgasse, sibi ex fama publica compertum, in litteris suis memorat Excellentissimus Dn. *Gerhard von Mastricht*,) sive quod injuriam *Bezæ* factam arbitraretur, illius Manes libello peculiari defendendos suscepit, cui Titulum fecit: *Disquisitio de Auctore Vindiciarum contra Tyrannos, quæ sub nomine* Junii Bruti Celtæ, *aliquoties typis editæ sunt*, Amstelodami ex officina Ægidii Valkenier Anno 1661. in 12. sine auctoris nomine, quem tamen postea *Voetius* prodidit semetipsum, parti quartæ Disputationum suarum Theologicarum selectarum numero vicesimam p. 231. & seqq. eandem recusam inserens. In ea, *Huberti* LANGUETI opusculum hoc esse, verosimilius facit, quam ut amplius ea de re dubitare sustineam. Interim non possum non aliquid notare ad hæc Disquisitoris illius verba pag. m. 15. editionis in 12. extantia: *Cum ergo nulli editores, nulli Amici & Inimici, tum* Langueti, *tum* Bezæ, *usque ad annum 1660.* Bezam *auctorem prodiderint, ne quidem conjecturam de eo fecerint: non video cur* ἀεροβατοῦντι στοχασμῷ τοῦ δεῖνα, *tantum tribuendum sit, ut conjecturali novi tituli episagmate libellus hac tempestate oneretur, & omnis ordo Theologorum, qui innovandi pruritu à Genevensibus non divortiunt, quamdiu nec illi à verbo Dei, Regibus suspectus redderetur.* Nimirum *Joannem Philippum Anglum* in Responsione sua ad Apologiam (*Brammali*) pro Rege & populo Anglicano, Londini 1652. in 12. edita, pag. m. 29. Bezam expressis verbis harum Vindiciarum contra Tyrannos auctorem affirmare. Quæ forte causa fuit, cur aliquot annis pòst illius nomen editioni novæ publicè præfigeretur. In Languetum consentit etiam *Paulus Colomesius* Recueil des Particularitez pag 130. hisce verbis: *M. Daille m'a dit qu'il avoit appris que l'Autheur du livre intitulé. Vindiciæ contra Tyrannos, sous le nom de* Stephanus Junius Brutus, *est* Hubert Languet, *savant homme, & grand Politique, C[illegible]i m'a esté de puis confirmé par M. Legoux de Dijon, qui ajoûta que M. de la Mare, Conseiller de la mesme Ville, avoit remarque cela, faisant l'Elogé* d'Hubert Languet. *D'Autres attribuent ce livre à* M. du Plessis, *à qui je le donnerois aussi volontiers, sur ce temoignage de D. Aubigné,* Tom. 2. l. 2. ch 2. p. 108. Il paroissoit un autre livre, qui s'appelloit Junius Brutus, ou defense contre les Tyrans, fait par un des doctes Gentils hommes du Royaume, renommé

pour plusieurs excellens livres, & vivant encore aujour d'huy avec authorité. Dans un autre endroit de son Histoire sçavoir Tom.1. liv.2.ch.15. p.91. D'Aubigné dit, que ce Gentilhomme luy á avoûé qu'il en estoit l'Autheur. *Hugonem Grotium* quoque in eadem opinione fuisse, memorat *Scavenius* n.75. Notabilis etiam est locus *Bœcleri* ad Grotium lib.1. de J.Belli & Pacis c.4.§.6. ita sehabens: *Ejus liber satis eleganter scriptus est. Grotius in Apologetico adversus Rivetum docet, Mornæum esse auctorem, nescio an satis verè. Mihi videtur auctorem fuisse* Hub. Languetum. *Losannæ fuit Vir doctus, qui pagellas habuit scriptas manu ipsius* Langueti, *& quidem ita scriptas, quasi composuerit, deinde stylus cum ipsius stylo congruit. Scopus Reformatorum fuit, ut Regis Galliæ potestatem coarctarent.* Idem in Modesto seu Museo suo p.31. adhuc de auctore dubitabat, hisce verbis eundem laudans: *Egregia autem doctrina famaque præditum, Franco Galliæ scriptorem, & qui se* Bruti *nomine dissimulat, sive* Mornæus *is est, sive* Hubertus Languetus, *quis non miretur.* Dominus *Dietericus* in notis ad A.R. t.5. p.43. quas Oldenburgerus disc. in Instrum. Pacis part 3. pag.m.5. *succinctas & elegantes* ex vero vocat, ab ejus, tanquam seditionibus excitandis apti, lectione cavendum, unà cum aliis plurimis Viris doctis monet.

209 BRUXELLENSIS Collegii Rhetorum S. J. nomine, *Lacrumas in obitum Serenissimæ Hispaniarum Reginæ, Margaritæ Austriacæ, cum Oratione funebri* 16n. edidisse *Jodocum* ANDRIES, Jesuitam Belgam, testatur *Valerius Andreæ* Bibl.Belg. p.588. & *Alegamb.* Bibl. Jes. p. 280.

210 Johanne Antonio BUMALDO, Bononiense Collectore, quæ prodiit *Bibliotheca Botanica*, seu *Herbaristarum scriptorum promota Synodia, cui accessit individualis graminum omnium, ab auctoribus hucusque observatorum, numerosissima Nomenclatura.* Bononiæ typis hæredis Bonatii 1657. in forma minima 24. Liber ut mole, ita non tam usu exiguus. Ejus auctorem verum esse *Ovidium* MONTALBANUM, Senatorem & Professorem Bononiensem, cognovi ex Civis Amicique mei doctissimi Domini *Martini Fogelii* Ph.& Med. Doctoris, exemplari, quod dono auctoris modo nominati ad se pervenisse, in fronte notaverat.

211 Sebastiani BURGENSIS nomine, *Rhetoricam* impressam, dedit *Sebastianus* MATIENZUS, Jesuita Burgensis, Hispanus, cognominis sui mentione omissâ, prænomine & patria tantummodo, memoratis,

ratis, uti refert accuratissimus Jesuiticorum laborum collector, *Alegambe* p. 420.

Philippi Andreæ BURGOLDENSIS nomine impressa *Notitia Imperii*, sive *Discursus Juridico-Politico-Historicus, ad Instrumentum Pacis Osnabrugo Monasteriensis*, primum in 8. deinde secunda vice cum augmentis, cura & studio Warmundi von Friedberg, Freistadii apud Æmilium Verum 1669. in 4. recusa, quod auctorem habeat Dn. *Philippum Andream* OLDENBURGERUM ex *Relsendso*, personato itidem inferius detecto, c. 5. p. 67. probat Dominus *Geulerus* dec. 2. n. 6. hac occasione, de auctoritate personatorum scriptorum alleganda, erudita quædam adspergens. Idem fama publica nominumque affinitas, quæ non serio latitare voluisse auctorem facilè probat, plerisque, mihi verò etiam Cognatorum meorum Excellentissimi alicujus testimonium privatum, qui ex litteris ipsius hoc intellexerat, notum fecit. Ejus *censuram*, *defensionem*, & *additamenta* tangemus infra, ad nomen *Francisci Irenici*. 212

Alberti BURONZI nomine scripsit italicè *Praxim rectè meditandi*. Romæ apud Bartholomæum Zannettum 1609. in 16. *Nicolaus* BERZETUS, Jesuita Italus, docente *Alegambe* p. 348. 213

Josephi BUSONI nomine verò Jesuita Italus alius, *Joannes* RHO, Mediolanensis, *eodem* pag. 269. testante, scripsit: *Martyrium trium Beatorum è Societate Jesu*, *Pauli Michi*, *Joannis Goto*, *Jacobi Ghisai*, *Japonum crucifixorum*. Florentiæ apud Simonem Ciottum 1628. in 8. 214

C.

CAspari CABALLINI de Cingulo, JCti Picentis nomine edita reperiuntur. *I. Tractatus Commerciorum & usurarum, redituumque pecuniæ constitutorum, & monetarum: cum nova explicatione l. eos D. de usur. l. periculi precium ff. de nautico fœnore, & omnium legum usurariarum, multarumque Legum & Canonum, nativo novè detecto intellectu*. Venet. 1576. in fol. & Colon. Jo. Gymn. 1577. in 8. Quæ editio auctorem *Carolum* MOLINÆUM præfert, recognitorem vero Caballinum, sed cujus dedicatio *Caballini* nomine Venet. 1575. data, facilè indicat, hunc 215

pro auctore venditatum primo fuisse. Extat & sub nomine Caroli Molinæi opus idem, Paris. Lugd. Colon. recusum, ut & ibidem, v. *Draudium* pag. 672. Bibl. Class. Juridicæ. *II. Consilia, cum Felini Sandæi con-*
216 *siliis* Venet. 1582. fol. *III. Tractatus dividui & individui, cum Analy-*
217 *tica, tam in Theoria quam in praxi, declaratione omnium legum ejus materiæ,*
218 Venet. 1576. in 4. *IV. De Evictionibus, cui accessit libellus de ædilitiis actionibus.* Ven. 1571. in 8. & Col. 1574. 1615. cum *tractatu de Emptione &*
219 *Venditione* Fabiani de Monte S. Sabini, & Francisci Zoannetti. *V. De eo quod Interest. Accessit brevis ejusdem discussio de inofficiosis testamentis, donationibus, & dotibus. Discutitur etiam quæstio de Donatione, in contractu Matrimonii celebrata* Ven. 1574. in 8. Col. Gymn. 1597. in 8. Idem sub nomine
220 Caroli MOLINÆI, Lugdun. 1597. in 8. recusus. *VI. Milleloquium Juris, opus Miscellaneum ex omni facultatum genere collectum, in quo notabilia dicta, singulares decisiones, abstrusi legum intellectus, miro artificio explicantur,* partibus 2. Venet. 1575. fol. Hunc Caballinum esse *Carolum* Molinæum, Jurisconsultum summum, cujus alia scripta suo nomine publicata, multa habemus enumerata per *Gesnerum* p. 115. edit. Simleri, testatur *Goddeus* in Vol. 4. Consilior. Marpurgensium 27. n. 101. & cons. 50. n. 24. & ex eodem *Eberhard Faber* in *Gailii* lib. 2. obs. 5. sect. 1. p. m. 63.

Nicolao CABÆSILÆ, sive CABASILÆ adscribitur à nonnullis *Oratio in Trinitatem Theologorum*, quæ verè est PHILO-
221 THEI, *Patriarchæ Constantinopolitani*, ejusque nomine nuper Græcè & Latinè vulgata est, inquit *Raynaud.* de mal. & bon. libr. p. 150. Quod scriptum tamen neque *Bellarm.* ad A. C. 1350. nec *Sixtus* l. 4. p. 347. neque *Gerhardus* p. 637. neque *Gesnerus* p. 507. neque *Olearius* p. 323. scripta illius recensentes memorant. De hujus auctoris aliis scriptis MSS. vid. *Casaub.* adversus Baron. Exerc. 10. diatr. 30. pag. 509. 515. 575. & 608.

222 Despotico CALATHINO, quod sit *Dominicus* PANAROLUS v. in *Rhod.* n. 48.

Cornelii CALLIDII, Chrysopolitani nomine publicata
223 scripta v. gr. *I. Confutatio de seditione Belgarum*, Luceburg. 1540. in 4.
224 *II. Illustrium scriptorum Germaniæ Catalogum*, quem carpit *Valerius Andreæ* Bibl. Belg. p. m. 158. ubi reliqua scripta ejus enumerat, est *Cornelius*

LOOSE

LOOSE Goudanus, cognomen suum Latinè, patriam Græcè quam Germanicè efferre malens, id quod cum aliis plurimis interdum latendi, interdum nescio quo alio consilio, hoc facientibus commune habet. Ita Desiderius Erasmus, Geert Gerdsen/ Melanchthon Schwartz-Erde. Nicius Erythræus &c. quorum aliquos hoc nomine assumpto, quam Patrio notiores, studio recensere neglexìmus, ne nunquam occultatos detegere velle videremur: De *Callidio* vero etiam v. *Fr. Swertium* p. 191. *Zeilerum* de Historicis. part. 3. pag. 46. *Voglers* Introductionem in omnes omnis generis auctores c. 23. p. 89.

CALLIOPIUS qui Terentianis Comœdiis subscribitur Censor, & â nonnullis auctor *Prologorum* citatur, quod sit, ALCUINUS, aut ALBINUS Flaccus Alcuinus, Philosophus, Consiliarius, seu deliciosus Caroli M. ut vocatur *Anastasio* Bibliothecario, c. 97. Historiæ Papalis, doctissimè docet *Barthius* adverf. l. 6. c. 20. 225

M. CAMILLI *de Antichristo libri 2. in quibus, tanquam in speculo, status nostrorum Christianorum cernitur*, sine loci vel anni mentione in 8. excusi, quod debeantur *Thomæ* PISECIO *â Mastovice*, Sociniano, cujus *Responsio ad X. Rationes Edmundi, Campani Jesuitæ* 1610. in 12. Racoviæ impressa extat, â *Stanislao Lubeniez* LUBONIECIO, cujus inter alia ingens *Cometarum Theatrum*. Amstelod. 1668. in fol. editum habemus, se accepisse, narravit Amicus mihi Civisque meus jam aliquoties laudatus, *Martinus Fogelius* Ph. & Med. Dr. 226

Joannes CAMPANUS, cujus nomine habentur *Francisci â Fonte* (id est: Stephani Bruti Jesuitæ) *ex Gallico latinæ* factæ *Vindiciæ Privilegiorum, & gratiarum, quibus in Ecclesiastica Hierarchia Privilegiarii & Religiosi legitimè utuntur, ex SS. Conciliis, Patribus, Orthodoxis Doctoribus atque Theologis desumptæ*. Herbipoli typis Joannis Volmari, 1626. in 12. est *Joannes* ROUSSELET, Jesuita Gallus, docente *Alegambe* pag. 271. 227

Hippolitus FRONTO CARACCIOLTA v infra.

Joannis CARIONIS nomine, quomodo prodierint *Chronicorum libri*, quos revera *Philippus* MELANCHTON conscripsit, disertè narrat, ac de libris ipsis judicium acutè perhibet *Popelieniere* histoire des Histoires liv. 9. pag. 481. cujus verba, quod sunt notatu digna, nec 228

 aucto-

auctoris scripta in omnium manu, huc adscribere operæ pretium duxi. Ea ita sonant. *Jean Carion, Mathematicien, est reputé Autheur des* Chroniques, *premierement imprimées en Germanie, puis és autres Provinces, souz son nom. Bien qu'en ayant presenté les premiers traits d'icelles, a ce que i'ay entendu, a son maistre Philippe Melanchthon, pour les reuoir, y adjouter, & corriger a son plaisir: il raya tout d'un seul traict, & les refit toutes nouuelles: mais par une debonnaireté naturelle, luy permit les imprimer sous son nom. Il y a de la doctrine & diligence. Mais on y doit encor plus remarquer son affection à y profiter au Lecteur. Insistant presque sur tous les plus notables exemples pour l'habituer a la vertu, & par fois l'eleuer au ciel, afin d'y admirer la providence divine, au tant variable gouuernement des humains. Il y excede pourtant le deuoir de Chronologue, en sa prolixité, & de Historien en diverses passions.* Gaspar Peucerus *suivant les traces, de son beau pere, les a doctement accreu & continué. Le tout a depuis esté communiqué aux François par la curieuse version, & laborieuse continuation jusques a ce temps, du docte* S. Goul de Senlis. Adde *Barthol. Keckerm.* de nat. & propr. Histor. auctar. c. 6. p. m. 1876. idem sed minus plene referentem, cum *Georg. Calixt.* Epitom. Theol. Moral p. m. 113. *Zeilero* de Histor. part. 3. pag. 50. De Melanchtonina verò facilitate in hoc genere v. *Thomas.* de plag. litterario. §. 200. & seq.

CAROLI Magni Imperatoris scripta, vide apud *Gesner*, pag. m. 114. *Jamef. Bibl.* Bodlei. p. 110. & citatos *Oleario* pag. 101. & seqq. Inter
229 illa sunt: I. Libri IV. *de Imaginibus contra Nicenum Concilium II.* impresi Parisiis, cum præfat. *Jo Tillii*, uti testatur *Gesnerus* l. c. & *Voss.* de Hist. Lat. l. 2. c. 36. p. 290. eum *Tillium* sub *Eliphili* nomine latere voluisse indicans, de quo suo loco. Illi utpote superstitioni valdè contrarii, omnibus modis pro suppositiis ut habeantur laborant Pontificii, CAROLOSTADIO illos tribuentes. vid *Raynaud.* de mal. & bon. libr. p. 163. & *Possev.* Apparatus T. 1. præfationem & p. 298.. Vbi hæc verba legas. *Carolo Magno qui tribuuntur libri IV. contra sacras imagines, & septimam Synodum, quique A. 1549. editi sunt, ii non sunt illius, sed plenissimi mendaciorum, licet tempore Caroli M. fuerint scripti. Quod Caroli M. non sint, extat liber Adriani Papæ I. ad Carolum, in quo libri isti accurate refelluntur, ex quo Adriani libro perspicuè intelligitur, libros istos ab hæretico aliquo conscriptos, & a Carolo ad Pontificem missos, ut eis responderetur, &c.* Quæ quomodo congruant cum eo, quod imme-

immemor sui in præfatione *Calvinum* Auctorem facit, qui sane Caroli M. temporibus non vixit ipse viderit; Alius ab hoc extat *Jonæ Aurelianensis* ad Carolum M. de Imaginum cultu libellus. Col. 1514. & Antvv. 1561. in minima forma excusus: vide quæ supra diximus ad ALCUINUM, ad quem verè pertinere hoc scriptum, eumque *Carolum* etiam vocatum ex *Barthii* adversar. 45. c. 11. probat *Vossius* l. c. *II. Capitulare Caroli M.* extans 230
in Volumine *Germanicarum antiquitatum* ab *Henr. Stephani* edito, nec non in *Codice Legum Antiquarum Lindenbrogii*, *Baronius* & *Bellarminus* & *Possevinus* T. 1. p. 298. cum aliis unà, ipsius Caroli M. ævo conscriptû largiuntur. quo magis miror *Possev.* in præfat. & p. 18. Tom. 1. Appar. CAROLOSTADIO summa confidentia hoc opus tribuentem, qui sibi ipsi contrarius hic, propterea non immerito ridetur à Riveto Crit. sacr. l. 4. c. 12. p. 420. Vide *præfationem Pithæi* & alia *hac de re*, *præfixa Codici Lindenbrogiano.* Porro extat libellus, inquit *Possevinus* l. c. hoc titulo *Fragmenta quædam, Caroli M.* 231
Imperatoris Rom. aliorumque incerti nominis &c. editus, apud Bellerum Antvverpiæ. Quem in libellum qui inciderit, velim admonitum Lectorem, nihil in eo haberi Caroli M. nomine, præter *Epistolam*, quæ illius est; cætera verò esse fragmenta libri, quem ALCUINUS scripsit *de Divinis officiis*, eaque incipere ab *Isidori* c. 29. libri *de divinis officiis*, quod quidem caput *Alcuinus* in illud suum opus, *de divinis officiis*, integrè transscripsit. &c.

Tarquinii CARPINETTI Tractatus *de Gutta*, sive *juncturarum dolore, quem arthritim dicunt* Patav. & Venet. 1609. in 4. editus, *Adriano* 232
SPIGELIO, cujus *Anatomen* in folio habemus, & alia plurima enumerata *Lindano.* p. 7. *Socero Carpinetti* vindicantur, incertum quo fundamento notitiæ, à *Scavenio.* n. 79.

Jacobus CARPUS, quod sit BERENGARIUS v. *Rhod* n. 3. 233

M. CATONIS fragmenta *de Originibus*, ab ANNIO *Viterbiensi* conficta esse, v. *Rhod.* n. 18. 234

CATONIS *Disticha*, in anonymis cap. 10. n. 29. consideravimus, eum non esse Catonem Censorium, sed DIONYSIUM *Catonem Christianum*, ex *Scaligeri* lib. 2. lect. Auson. c. 32. probat *Raynaud.* de lib. mal. & bon. p. 134. 235

Mini

236 Mini CELSI Senensis *Disputatio in hæreticis coërcendis quatenus progredi liceat, ubi nominatim eos ultimo supplicio affici non debere aperte demonstratur.* Christlingæ 1577. in 8. edita extat, & cum *Theodori Bezæ*, ac *Andreæ Duditbii* Epistolis duabus contrariis recusa, Basil. 1584. in 4. Eum auctorem esse *Faustum* SOCINUM, hæresiarcham illum, sibi fortassis impunitatem hoc genere scribendi quærentem, testatur *Scavenius* n. 70. â quo rationem notitiæ tamen adhuc desideramus.

237 Antonii CERCOETII *Mastigophorus primus, secundus, & tertius*, sive *Elenchi Confutationis, quam* Cl. Salmasius *ementitò nomine Animadversis Cercoetianis opposuit*, Paris. 1624. in 8. una cum Animadversionibus ante editis ad Claudii Salmasii notas in Tertullianum de Pallio. Rhedonis 1622. in 8. excusis, esse *Dionysii* PETAVII, *Scavenii* testimonio n. 95. confirmatur, idemque patet ex *refutatione Francisci Franci*, seu ipsius *Salmasii*, de qua suo loco inferius dicetur.

Marcelli CERVINI & Fr. Mariæ CERVINI nomine scripsisse *Fr. Mariam de* AMATIS, Jesuitam Romanum, teste *Ale-*
238 *gamb.* p. 451. & quidem p. 126. *Orationes duas*, alteram *de Laudibus Mar-*
239 *celli II. Pont. M.* alteram *de laudibus B. Francisci Cervini* Senis 1611. in 4.

Johan. CHARLIERIUS v. GERSON.

CHRISTODULUS, Monachus Vir celebris vitæ sanctitate,
240 scripsit *adversus Judæos sermones IX. extant Romæ in Bibliotheca Vaticana*, inquit *Possev.* Appar. S. T. I. p. 317. Quis ille sit, v. infra *Josuaphus.*

CHRYSOPOLITANUS v. CALLIDIUS.

Alfonsi CIACCONII opus *de Pontificum Romanorum & Cardinalium gestis* Romæ 1601. editum extat, auctumque postea per varios, est recusum, v. g. per *Andream Victorellium, Ferdinandum Ughellum, Floravantem Martinellum &c.* Eo contentæ vitæ non sunt omnes Ciacconiana manu aut opera conscriptæ, sed multæ earum alios habent auctores, v. g.
241 *Gregorii XV. vitam* scripsit *Famianus* STRADA, docente *Aleg.* p. 450.
242 *Pauli V.* *Alexander* DONATUS, Jesuita Senensis, docente eodem p. 12.
243 *M. Tullii* CICERONIS nomine vulgatam *Consolationem*,

variis

variis imputatam, *Caroli* SIGONII esse probavimus in *Rhod.* n. 22. v. præter citatos ibi *Schoock*, Fab. Hamelensis part. 2. c. 4. p. 65.

M. Tullii CICERONIS conversi *Commentarium de Christiano ambitu*, id est, *De potitione cælestis eminentiæ, una cum Epitome stimuli divini Amoris*, eodem auctore, absque loci & anni mentione excusum se vidisse, testis est *Valer. Andr.* Bibl. Belg. pag. 590. *Jodoco* BEISSELIO, Patritio Aquisgranensi, utrumque libellum adscribens. *Fr. Swertius* pag. 490. libri de ambitu meminit, at de Ciceronis nomine silet. 244 245

GasparisCICHOCKI nomine scripsit, docente *Alegambe* p. 152. *Gaspar* SAWICKI, Jesuita Lithuanus, Latinam *Anatomiam Consilii editi, de stabilienda pace Regni Poloniæ, Jesuitis pulsis* 1611. quod Consilium ex Polonico Latinum extat in *Paralipomenis Amphitheatri honoris*, cujus supra mentio in *Bonarscio* facta. 246

Strozzi GICOGNA quod sit *Thomaso* GARZONI v. *Rhod.* n. 23. 247

Pomponio CIMIGLIANI v. ibid. n. 11. 248

Claudiano MAMERTO adscriptum *Carmen de Christo*, quod â nonnullis, sed malè, gentili Poetæ illius nominis tributum esse, dicit *Vossius* de Poet. Lat. c. 5. p. m. 62. S. DAMASI esse docet ex *Martino Delrio*, *Raynaudus* de mal. & bon. libr. p. m. 134. ubi etiam de eidem, aliisque multis falsò imputato poemate *de Collatione Miraculorum utriusque Testamenti* aliqua non vulgaria commentatur. 249

CLEONIS Torbizi nomine scripta Italicè *Vita S. Patriciæ Virginis*, Romæ 1633. in 4. edita, quod sit *Nicolai* BERZETTI, propè per anagramma colligas, etiamsi hoc ipsum non testaretur *Alegambe* p. 348. 250

Pauli COLTELLENI nomine scripsisse *Hieronymum* GOSSIUM, idem *Alegambe* docet p. 455. in toto verò opere non meminerat *Gossii*, sed *Gessii*, sive *Gypsii* cujusdam Hieronymi, quem suppresso, sed non falso nomine scripsisse *Vitam Xaverii* memorat p. 185. & hoc nomine nobiscum jam inter anonymos collocaverat. 251

Ludiomæi COLVINI *Papa Ultrajectinus*, seu *Mysterium Iniquitatis reductum à* Cl. V. Gisberto Voetio *in opere Politiæ Ecclesiasticæ*. Londini 1668. in 4. ut habet titulus, sed uti rectè censet Dominus *Gerbard von* 252

Maſtricht, revera Amſtelodami excuſus, occultat nomen *Ludovici* MOLINÆI, de quo latius egimus in anonymis cap. 2. n. 62. Quod autem ſuam *Pareneſin* hoc ſcripto defendere laboraverit, ipſum operis hujus principium ſtatim arguit.

253 Collegii CONSTANTIENSIS S. J. nomine, *Silvi Caſtrium*, ſeu *Aureum Equitem Illuſtriſſimo Principi, Epiſcopo Conſtantienſi, oblatum* â Jeſuita Germano, *Joanne* BISSELIO, ſcribit *Alegambe* p. 228.

254 CONSTANTINUS Imperator *de Agricultura*, quod citetur adhuc *Naudæo* Bibliogr. Polit. p. m. 17. miror, quandoquidem jam olim eos libros, Conſtantino IV. Pogonato dedicatos, auctori vero CASSIO DIONYSIO *Uticenſi* vindicaverunt Viri docti, de cujus libro ex *Magonis* Punico verſo v. *Plin.* l. 18. c. 3. Crinit. de hon. diſcipl. l. 4. c. 2. & quæ fuſius habemus dicta in *Rhodianis* n. 4. Editio Lugdunenſis 1658. in 8. utrumque nomen *Dionyſii* & *Conſtantini* præfert.

255 CONSTANTINI MAGNI *Donatio* toties falſi convicta eſt â Viris ſummis Theologis, JCtis, & Politicis, vel peculiaribus ſcriptis, vel pro argumenti ratione, ac re nata ſimul inter alia quæſtionem hanc agitantibus, ut idem velle hic prolixè docere, foret actum agere. Hoc tantum ea de re nunc commemoraſſe ſuffecerit. Editam eam eſſe Donationem, una cum Donatione Othonis III. Sylveſtro II. Papæ factam, in qua de fide & auctoritate Conſtantinianæ teſtimonium perhibetur, cum Commentariis anonymi, typis Gothardi Voegelini in 4. dedicatam illam quidem Jacobo, Magnæ Britanniæ Regi, A. D. 1610. hanc verò Leonardo Donato, Duci Venetæ Reip. 1607. Eos ego Commentarios parum abfui, quin doctiſſimo Iſaaco Caſaubono adſcriberem, ſed cum adhuc ea de re dubium ſupereſſet, nolui anonymis noſtris id inſerere. Vide *Caſauboni* mentem in præfatione Exercit. Sacrar. fol. m. 6. & in ipſa exercitat. 15. p. 420. Auctor verò figmenti de Donatione Conſtantini Magni, detegitur opuſculi poſterioris pag. 8. & pag. 21. JOHANNES DIACONUS cognomento Digitorum, adde *Bodinum* de rep. l. 1. c. 9.

ALANUS COPUS v. *ſupra* ALANUS.

Lucius CORNELIUS Europæus, quod ab aliis Jeſuita
256 *Melchior* INCKHOFER, ab aliis *Gaſpar* SCIOPPIUS credatur, monuimus in *Rhodianis* n. 59. Extat idem liber Germanicè titulo: Der

Euro-

Europæischer Lucius Cornelius: Monarchia der alleigenen oder so genanten selbst-Sonnen an Leonem Allatium 1663.in 12.

CORNUTI nomine extat *Commentarius* antiquus *in Satyras* 257
Persii, Eum Præceptorem Persii *Hieronymus* fuisse scribit in Chronico Eusebii. De Inscriptionis autem veritate rationes dubitandi, doctosque Viros dubitantes, vide apud *Henr.Ernst.*l.1. c.7.observ.variar. Ubi tandem probat ex ipso opere, Cornutum ejus auctorem esse non posse, cum posteros suos citet, seque ipsum cum encomio Philosophi virique egregii. Tandem verum auctorem hisce verbis subjungit: *Reperi præterea Mediolani in Bibliotheca Ambrosiana, Cod. antiquissimum calamo exaratum, cujus usum mihi concessit Franciscus Bernardinus Ferrarius, Vir non solum elegans & doctus, verum bonus, & rarissima humanitate præditus, in quo ita scriptum erat;* ACRON *in Persium*, pro Cornutus in Persium. *Idem erat liber, qui Cornuto alias adscribitur. Faveo, ut verum dicam huic sententiæ, cum ob antiqui Codicis auctoritatem, tum ob affinitatem sermonis cum aliis, quorum Acron auctor dicitur.* Et ego faveo, eidemque sententiæ plerosque viros doctos fautores spe certa promitto, quamvis *Barthius* adversarior. 7. c.16. p. m.342. se nescire dicat, cur docti tantopere nomen hoc aversentur, quod ego miror in homine, cui totum hunc Exegetam lectum credidissem, quandoquidem tam luculentum ei perhibet testimonium, nimirum quod *suo merito minoris esse nobis non debeat, quam quivis vetus Exegetes.* Adde eund.l.11.c.27.p.560.

CRACOVIENSIS Collegii S. J. nomine publicasse *Paulum* KUHN, Jesuitam Polonum, sequentia scripta, testis est *Alegambe* p.367.
I. Trophæum Regale Potentissimo Polonorum & Svecorum Regi Vladislao 258
IV. Cracoviam ipso suæ inaugurationis die ineunti, Anno 1633. *II. Immortales* 259
les Gratias eidem Serenissimo Regi, Liberatori, Vindici, Servatori, dum pacato Septentrione, Victorem exercitum in Amurathen Turcarum Imperatorem duceret. 1634. *III. Arcum Pacis, novo fine sanguine Triumphatori Vladislao IV.* 260
Sarmatiæ Monarchæ, ab Expeditione bellica in Amurathem Turcarum Imperatorem suscepta, feliciter & auspicato reduci, à Societate Jesu consecratum 1635. Aliumque itidem Jesuitam Polonum, *Severinum* KARVAT WOKCIEWIC, eodem nomine sequentia scripta prodidisse, testatur idem
p.421. *I. Lachrymas Vectigales magnis manibus Magni Sigismundi III.* 261
Poloniæ Sueciæque Regis, inter parentalia sacra persolutas, anno 1633.

262 II. *Siradiam trabeatam, dum illustrissimus Dn. Stanislaus à Koniecpole Koniecpolski, Supremus exercituum Dux Cracoviensem Castellanatum adiret, propositam sub auspiciis Procerum, Siradianæ gentis luminum.* Anno Domini 1633.

Joachimi CURÆI Freistadiani nomine, prodiit *Exegesis*
263 *perspicua & fermè integra controversiæ de sacra Cœna scripta, ut privatim conscientias piorum erudiat, & subjecta judicio sociorum Confessionis Augustanæ, quicunque candidè & sine pravis affectibus judicaturi sint*; Ejusdem auctoris *Spongia exigua & mollis*, comparata ad *eluendos colores, quos illevit controversiæ de S. Cœna D. D. Paulus Eberus, Pastor Ecclesiæ VVittebergensis.* Accesserunt præterea scripta aliquot D. Philippi Melanchtonis, & aliorum de eadem Controversia. Heidelb. 1575. in 8. Eadem Exegesis Neostadii, apud Harnesium, nec non Lipsiæ, Genevæ, Wittebergæ, latinè pariter & Germanicè impressa habetur, teste *Draudio* Bibl. Class. Theol. p. 117. ex *Conr. Schlüsselburgii* Theologia Calvinistica, nec non p. 118. & 269. hoc asserente. ubi *refutationes* etiam ejusdem libelli aliquot recenset, quibus *VVigandi* aliam addit *Leonardus Hutterus*, Concordiæ concordis c. 4. p. 171. ubi recenset prolixè, quo pacto Typographus Ernestus Voegelinus ejusce scripti se auctorem prima editione mentitus, pœnæque subjectus fuerit, quomodoque Curæus hic (cujus vitam vide apud *Melchiorem Adami* in Vitis Medicor. p. 168. & seqq.) falsò venditatus fuerit eius auctor, mortuus jam, cum sub ipsius nomine liber hic ederetur, ut docet *Schlüsselburgius* l. c. idque verè, si compares mortis tempus & editionis, quorum hoc anno 1574. & 75. illud 72. incidit. Verus autem auctor illius fuisse videtur *Zacharias* URSINUS, Uratislaviensis Theologus, qui A. 1563. quemadmodum ex oratione *Francisci Junii*, & *Quirini Reuteri*, testium satis idoneorum, refert in vita Ursini *Melchior Adami* pag. m. 535. Quo pacto etiam alius Medicus celebris Casparus Peucerus in suspicionem confecti hujusce scripti inciderit, ac propterea multum passus sit, vide in vita hujus apud *Melch. Adami* pag. 379. Ubi sicut & in vita *Curæi* p. 214. *Curæum* verum auctorem ejusce scripti asserit: quod diversum videtur ab ea *Exegesi veræ doctrinæ de Sacramento & Eucharistia*, quam *Heidelbergensium Theologorum nomine*, jussu Electoris & Magistratus, à Zacharia Ursino scriptam celebrat in ejus vita idem *Melch. Adami* in Theologor. vitis p. 535. Certè diversa est ab utraque *Exege-*

Exegesis dissensionis & consensionis Lutheranorum & Calvinianorum, quæ oritur in doctrina de Cœna Domini, scripta post Colloquia de ea duorum Virorum ad pacificationem non inutilis &c. Marpurgi 1606. in 4. licet & hocce scriptum sententiam Calvinianam defendat, una cum superius memoratis.

Cæcilius CYPRIANUS Martyr, Patria Carthaginensis, scripsit diversa opuscula, quæ recenset *Bellarm.* ad A.C. 250. & in certa ac supposititia vel dubia dividit, sed ita ut aliqua etiam ex dubiis ad certa referat. Ex illis ea quæ certis auctoribus aliis sunt afferta reperio sequentia. *I. De Abusionibus XII. seculi* scriptum, omnes abjudicant *Cypriano*, nec minus Augustino, vid. *Bellarm.* p. 64. *Cocum* p. 251. *Pamelius* judicat 264
esse ERRARDI cujuspiam, cujus nomen ad marginem D. Augustini adscriptum reperit, aut Joannis CLIMACI, v. *Riv.* lib. 2. c. 15. p. 237. *II. De Cardinalibus Christi operibus* jam inde â *Bellarm.* p. 62. Cypria 265
no abjudicatum opus, Salviano malè, rectius ARNOLDO BONÆ VALLIS, seu BONAVILLACENO, aut BOVILLACENSI, qui seculo XII. demum vixit, tribui, post *Cocum* p. 146. & *Rivetum* p. 235. docet *Raynaudus* Jesuita, citans *Rivetum*, quod miror, de lib. bon. & mal. p. 136. ubi prolixe hac de re agit, & aliqua repetit etiam p. 234. adde *Joh. Dalæum* de confirmatione lib. 1. c. 8. p. 157. & l. 3. c. 17. in fine, item de scriptis, quæ sub Dionysii Areopagitæ & Ignatii Antiochini nominibus circumferuntur. *III. Carmina* 266
Cypriani nomine vulgata laudat, etsi Cypriani quod sint probari non posse fateatur, *Bellarm.* p. 64. ea partim TERTULLIANO, partim VICTO 267
RINO PICTAVIENSI tribui, vide apud *Voss.* de Poet. Lat. p. 52. & 53. *Rivetum* p. 235. *Barth.* adversarior. l. 17. c. 19. *IV. De Clericorum singularitate,* 268
supra in Augustini operibus jam inspectus, abjudicatur utrique, sed & ORIGENI & RUFFINO, quibus alii atque alii eum tribuebant, v. *Bellarm.* p. 62. *Rivetum* p. 225. & 235. *Cocum* p. 149. 150. *Th. Raynaudum* p. 135. & 154. *V. De Incredulitate Judæorum*, CELSO tribuitur â *Bellarm.* p. 64. *Co-* 269
co. p. 152 *Riveto* p. 236. & *Gerhardo* p. 172. *VI. Exhortatio ad Martyrium* 270
â *Bellarmino* inter indubitata opera *Cypriani* collocatur, HILARIO vindicatur â *Mariano Victorio*, apud *Cocum* p. 140. *VII. De Duplici Martyrio,* 271
ut rectè abjudicatur ab omnibus *Cypriano*, sic malè *Riveti* p. 237. judicio, & meo, imputatur ERASMO, â *Gravio* & *Pamelio* apud *Cocum* p. 151. quibus sub-

 scribere

272 scribere videtur *Raynaud.* p.117.& 135. *VIII. De Disciplina & bono pudicitiæ* librum TERTULLIANO adjudicare mavult *Erasmus*, v. *Riv.* p.230. & re-
273 pugnantes Pontificios *Bellarm.* p.63. & *Posserin.* *IX. Symbolum expositum* RUFFINO, *Bellarm.* p.62. *Rivetus* p.236. & *Gerhard.* p.168. vindicant. adde *Melchior.* Comm. Locor. Theolog. c.11. p.67. Plura vide apud adductos auctores, & editores operum Cypriani citatorum apud *Olear.* p.123.

274 CYRIACI Thrasymachi *de Justitia armorum Suecicorum in Polonos, perque ea liberata à magno periculo Germania, ad Andream Nicanorem Epistola* doctissima; juxta exemplar Stetinense Helmæstadii 1656. in 4. eodemque anno hic Hamburgi Germanicè recusa, quod sit Excellentissimi Viri *Hermanni* CONRINGII, Medicinæ Politicesque Professoris in Academia Julia, diversorumque Principum Consiliarii, fama publica, nec non ipsius typographi relatio, versanti ante hosce annos 16. ibidem confirmavit. Publicè primus quod sciam hoc scripsit *Ericus Mauritius* specim. Jur. publ. cap.2. §. VI. n.25. pag.16. ex eoque D. *Geulerus* dec.5. n.6.

275 CYRILLI Alexandrini nomine extantes *I. Commentarii XII. libris in Evangelium Joannis*, habent libros 4. medios *Jodoco* CLICHTOVEO debitos, uti *Bellarm.* p.m.143. *Rivetus* l.4.c.19. p 445. aliique
276 docent. *II. Commentarios in Leviticum* ORIGENI, *Posser.* præfat.
277 apparatus ac *Rivetus* l.c. adjudicari ab omnibus, testantur. *III. Epistolam* ejus nomine confictam à NESTORIANIS, qua purgabant hæresin suam ejusque patronos, memoratam *Concil.5.* collat.5. pag.560. ut non amplius
278 extantem, obiter tango. *IV. Homilias* etiam ejusdem nomine excusas, ejus non esse, vid. apud *Theoph. Raynaud.* p.134. *Cocum* p 131. ORIGENIS etiam nomine excusas notantem, sed nec eidem adjudicare sustinentem.
279 *V. Thesaurum* aliquas habere partes THOMÆ AQVINATI debitas, prolixè contra *Bellarminum Rivetus* l.c. p.445. & seqq. docet. Imo totum esse supposititium, quidam anonymus disputationis de supposito auctor, asseruerat, quem refutat *Theoph. Raynaudus* p.134.

280 CYRILLI Hierosolymitani verò *I. Catecheses s. Mystagogicæ* à *Simlero* in Gesneriana Bibliotheca pag.m.153. JOHANNI, *Episcopo* cuidam Hierosolymitano adscribuntur, cum dubitatione tamen: Eum locum

locum adduxit *Robertus Cocus* Censuræ suæ p. 239. quem propterea malè tractant Pontificii, *Johannes Prevotius* in præfatione ad Lectorem, editis à se operibus Cyrilli præfixa, *Theoph. Raynaudus* de lib mal. & bon. p.143. Sed immeritò, quemadmodum rectè docent *Rivetus* l.3. c. 8. p. 281. vide hac de re quoque *Jo.Raynoldum* de libris Apocryphis Tom.1.p.328.& *Mornaum* de Missæ Sacrificio l.3.c.16.p 1208. ratione omnino valida suspectas hasce Catecheses facientem.

Joannis CYSENII Paraschii *Notas in orationem Ciceronis* 281 *pro Roscio Amerino*, *Quirino* REUTERO, Theologo Germano acceptum ferendas monet *Melchior Adami*, in vita ipsius, quæ est inter Theologos Germanos p.m. 827.

D.

DACRIANI Abbatis S. Benedicti nomine *I. Documenta* 282 *Vitæ Spiritualis*, & *II. Speculum Monachorum*, extant in Bi- 283 bliotheca Patrum. Eum *Margarinus de la Bigne* in suo indice Chronologico refert ad seculum octavum. Sed *Th. Raynaud.* de mal. & bon. lib. p.137. fictitium hocce nomen Græcum esse *Ludovici* BLOSII, Abbatis Lætiensis adstruxit.

Johannis DAMASCENI *Historia Barlaami & Josaphati*, 284 supposititia quidem contra *Bellarminum* etiam à Pontificiis doctis agnoscitur; vid. *Possev.* apparat. item *Cocum* p.427. *Gerhard.* p.501. Auctorem autem ejus verum *Johannem* SABAITAM primus asseruit *Matthæus Raderus*, cap.1. prologi ad Joannem Climacum à se Paris.1633. editum, quem contra *Martyrologium Romanum* defendit *Th. Raynaud.* p.137. eidem crassissimo errore libros Medicos *Joannis Mesuæ* tributos ab *Abrahamo Bzovio* notans.

DAMASI Papæ nomine venditatum aliquamdiu *Pontificale*, 285 seu *de Vitis Pontificum opus*, ANASTASIO *Bibliothecario* vindicarunt postea Viri docti, *Bellarm.* p.m.92. & præfat. de Scriptor. Eccles. *Cocus* p.280. *Vossius* de hist. Lat. l.2. c.8. p.200. & c.35. p.319. *Rivetus*, l.3. c.14. p.307. notans librum excusum Moguntiæ 1602. sub Anastasii nomine, sed castratum Historia de Joanna Papissa, quam in Msstis *Marquardi Freheri*, communicatis cum hisce editoribus Jesuitis, extitisse, ac propterea in Exemplaribus impres-

impresfis duobus ipfi mifsis folis exhibitam, in reliquis omiffam fuiffe narrat, egregium Jefuiticæ fidei argumentum. Extat etiam editio Parifina 1649. in fol.

286 Petri DAMIANI *Sermones*, *De rivis fluminis*, in vigil.
287 nativ. nec non *Sermones alios de SS. Stephano, Andrea, & Nicolao*,
288 BERNHARDI effe docet *Th. Rayn.* p.152. ubi *fermonem* etiam *de S. Mar-*
289 *tino*, Galli cujusdam effe docet.

290 DARETIS PHRYGII nomine fcriptus *de bello Trojano* liber,
291 & translatus â Cornelio Nepote creditus, qnod neutrius operam & ævum redoleat, jam olim animadverterunt eruditi. vid. *Voff.* de Hiftor. Lat. l.1.c.14.p.72. & lib.3.p.701. & Præfationem editioni Daretis Amftelodamenfi 1630. in 24. præfixam, (ubi & de *Dicty* fuppofititio, de quo & *Lomeyer* de Bibl. p.297. & *Voff.* p.719. & 742.) adde *Schoockium* Fab. Hamelenf. part. 2.
292 c.4. p. 19. 68. Ex eo tamen fcripto *Daretis* etiam *Carminum libri fex* ejusdem argumenti â *Cornelio Nepote* verfi circumferuntur, quos effe *Jofephi* EXONIENSIS five ISCANII, *Poetæ Angli Chriftiani*, vide apud *Voff.* de Poet. Lat. p.74. de Idolol. l.1.c.36. *Barthium* l.22. adverfarior. c.11. pr. *Th. Raynaud.* p.138.

Vaudius DATHIRIUS v. fupra BONGLARUS.

VOLUPIUS DECORIUS v. *infra.*

DESIDERIUS PACIUS v. *infra.*

293 DESPOTICUS Calathinus, eft *Dominicus* PANAROLUS v. *Rhod.* n.48

294 Flavii DEXTRI Barcinonenfis, Viri Clarisfimi, Orientalis Imperii Præfecti, & divo Hieronymo amicifsimi, *Chronicon omnimodæ Hiftoriæ*, primo quidem eidem Hieronymo dicatum, fed eo ad fuperos translato, multis locis locupletatum, Paulo Orofio, Tarraconenfi iterum nuncupatum, Nunc demum opera & ftudio Fratris *Francifci* BIVARII, Mantuæ Carpentani; ex obfervantia Sancti Bernardi, Cifterciensis Monachi, ejusque in Romana Curia procuratoris Generalis, ac Sacræ Theologiæ & Philofophiæ Magiftri, Commentariis Apodicticis illuftratum, quibus univerfa Ecclefiaftica Hiftoria â Chrifto nato per annos 450. rerum tam ad Italiam, Galliam, Germaniam aliasque Chriftiani Orbis provincias

cias ſpectantium, quam Hiſpaniam, de qua bona ex parte differit Autor, ad amuſsim expenditur: ubi vulgare nihil, innumera verò quæ ſcriptorum pene omnium notitiam aufugerant, eaque admiratione digniſsima reperire licet. Lugd. 1627. Illud autem ab ipſo BIVARIO vel VIVARIO confictum credidere *Gabriel Pennottus*, & *Matthæus Raderus*, contra quos ipſe tamen Apologiis ſeſe binis defendit, quas approbant *Carolus Viſch* Bibl. Ciſtercienſis p. 114. & *Th. Raynaud.* de mal. & bon. lib. p. 139. ſibi ferè contrarius p. 164. aliis adhuc repugnantibus: inter quos etiam *Schookius* Fab. Hamelenſ. part. 2. c. 4. p. 61. Adde *Zeiler.* part. 3. p. 65. ibique citatos, & *Hallervordi* ſpicilegium p 59.

DICTUINI Veridici nomine excuſa, neſcio quæ, *Thomæ* 295
STAPLETONO, *Anglo*, tribuit *Poſſevinus* in apparatu ſuo T. 1. pag. 89. & 97.

DIDASCALICUS v. RHAMNUSIUS.

DIODOCLAVII nomine tegi *Davidem* CALDERWODUM, indicat *Joh. Hoornbeck*, ſummæ controverſ. lib. 10. pag. 792. & 795. ubi
doctiſsimum auctorem *Altaris Damaſceni* eundem vocat. 296

Leonis Huberti à S. DIONYSIO, Theologiæ Doctoris nomine, *de bono ſtatu eorum qui vivent & colent caſtitatem in hoc ſeculo* Col. 1615. editus liber, eſt *Leonardi* LESSII, Belgæ Jeſuitæ, docente *Valer. Andr.* Bibl. Belg. p. 625. & *Alegambe* p. 304. in varias linguas eundem translatum etiam teſtante. Uterque ejuſdem Auctoris ſub alieno (neſcio
quo) nomine prodiiſſe ſcribit *Diſcuſsionem Decreti Magni Concilii* 297
Lateranenſis Mogunt. 1613. in 8. (Adverſus eam prodiit *Diſcuſsio Diſcuſſionis Concilii magni Lateranenſis Rogeri VViddringthoni*, Angli, Londini 1619.
in 8.) item *Eraſmi Chokier Scholia in Conſtitutionem Concilii La-* 298
teranenſis Leonis X. bipartitam, Exemptiones Clericorum ſecularium, Regulariumque, ac utrorumque conſervatorias brevi modo complectentem, Colon. in 4. 1620. *Franciſcus Sweertius* in Athenis ſuis Belgicis, de hoc auctore agens p. 514. hæc omnia ſilentio involvit.

Pauli DOLSCII nomine prodiere *I. Syracides Græco Ele-* 299
giaco Carmine redditus Lipſ. 1571. 8. *II. Pſalterium Græcis verſibus* 300
redditum. Baſ. 1555. *III. Confeſsio* item *Auguſtana Græcè* reddita, 301

quam *Joh. Hoornbeek* in summa Controvers. lib. 11. pag. 979. edit. secundæ, *Philippi* MELANCHTONIS esse scribit, à quo proinde & priora illa profecta esse nullus dubito.

DOMINICO Pontificiorum Sancto, & Dominicani ordinis Au-
302 ctori, adscriptum *de Corpore Christi* librum, alterius DOMINICI DE PANTALEONIBUS esse, docet ex *Malvenda* de Paradiso c. 6. p. 191. & aliis *Th. Raynaud.* in Diptychis Marianis part. 2. puncto 2. n. 19. ut ipse refert, de lib. mal. & bon. p. 138.

303 DOMITIANO Cæsari male tribui *Carmen de puero Thrace*, quod in Vett. Epigrammatis extat, & C. GERMANICO, Drusi filio à Tiberio adoptato deberi, docet *Voss.* de Poet. Lat. p. 38. Idem de
304 *Arati versione* probat *Barthius* adversarior. l. 10. c. 21. & *Rutgers.* var. lect. l. 2. c 9.

305 DONAES Indinau *Sortem sive Sortilegium sacræ Sapientiæ* scripsit: is per anagramma invenietur *Joannes* DAVID, quem Jesuitam fuisse Belgam, & inter plurima alia hoc etiam opusculum scripsisse, *Valer. Andr.* p. 490. & *Alegambe* pag. 235. testantur: nec non *Fr. Swveertius* p. 417. De fictitio nomine tamen haud quidquam monens.

306 Gneo Falcidio DONALERO est *Giovanni Francesco* LOREDANO v. *Rhod.* n. 32.

Casimiri DOURMAN nomine Anagrammatico, *Adrianus*
307 CROMMIUS, Belga Jesuita edidit vernacula lingua, *Controversiam de S. Petri primatu*, sive *prærogativis sedis Apostolicæ adversus calumnias* Jacobi Triglandii, *verbi Calviniani apud Amstelodamenses Ministri*, *qui libellum* de Cathedra S. Petri, & successione Sanctissimorum Romæ Pontificum, *evulgaverat*. Prodiit prius Antwerpiæ, typis Joannis Cnobbari in forma duodecimâ, recusus mox est Amstelodami in forma octava: verba sunt *Alegambes* Bibl. Jes. p. 5. & 6. qua de re nihil refert *Valer. Andr.* Bibl. Belg. p. 9. ubi scripta ejus auctoris enumerat.

Philippi DOUTEI, Med. Doctoris Parisiensis nomine
308 *de succo Cyrenaico* Parisiis 659. in 4. editâ Dissertatione, & V. Cl. *Francisco* BLONDELLO inscriptam, hujus ipsius esse opus, a multis sibi auditum aliquando narrantem memini Dn. *Martinum Fogelium*, Ph. & Med. Docto-

rem,

rem, alias jam laudatum, nec ipse Douteus id omnino videtur dissimulare in calce Diatribes, & Dedicatione ejusdem.

Godofredi DRIELLII, Noviomagensis, Theologi Moguntini *Hyperaspisten*, seu *Defensionem Rosarii*, seu *Depulsionem Cavillationum, quibus Calvinista quidam Heidelbergensis Apodixin Rosarii obscurare conatus est: in qua pro nomine Rosarii, pro Orationibus, & Repetitione ac numero earundem, proque globulis precariis disputatur.* Herbipoli 1588. in 4. editam, esse *Joannis* BUSÆI, Noviomagi Jesuitæ, Doctoris ac Theologi itidem Moguntini, (cujus opera alia plurima recenset *Alegambe* p. 231. Bibl. Jesuiticæ) Discipulique nomine vulgatam fuisse ab illo, *Valerius Andreæ* auctor est in Bibl. Belg. p. m. 292. & 472. ubi & *Apodixin Theologicam pro ritu orandi Rosarium B. Mariæ Virginis*, ab eodem Moguntiæ 1587. editam commemorat. Auctorem illius Refutationis vid. supra inter *Anonymos* n. 28. *Alegambe* meminit quidem hujus operis, sed tanquam absque dissimulatione, à *Jo. Busæo* editum, inter alia ejusdem scripta recenset, quod & *Fr. Swertius* facit Athen. Belg. p. 403. 404. 309

DURUS de PASCOLO v. *infra*.

E.

EDMUNDUS Monachus, sive EADMUNDUS dictus Richius, quo pacto malè confundatur cum EDINERO, vero auctore librorum alteri tributorum *De Vita Anselmi*, & *De Dissidio inter Anselmum & Regem suum*, notant *Pitseus* Tom. 1. Ill. Angl. scriptor. p. 309. & *Th. Rayn.* de mal. & bon. lib. p. 138. 310 311

EGESIPPI nomine excusa Colon. 1530. & alias, *Historia Judaica*, quod non sit illius auctoris, sed è JOSIPPO spurio aliisque collectaneum opus, *Jo. Andr. Bosius* in Periocha Fl. Josephi, & *Barthius*, apud *Hallervord.* spicilegii p. 84. testantur, adde *Barthium* eundem adversar. l. 40 c. 4. 312

Wahremundus ab EHRENBERG, quod sit *Eberhardus à* WEIHE, cujus sub nomine vero scripta doctissima extant, jam supra ad nomen *de Bona Casa* dictum habemus. Itaque restat ut enumeremus sub hoc etiam nomine quæ prodierunt. Ea sunt *I. Meditamenta pro fœderibus ex prudentum monumentis discursim congesta*: Hanov. 1601. 8. item 313

314 *II. Meditamenta pro fœderibus, & Definitio fœderis novè reperta,*
315 *ejusque variæ formulæ ex aliis* libris II. Fr.1609. 8. *III. Verisimilia Theologica, Juridica, ac Politica, de Regni subsidiis, ac oneribus subditorum, lib. 1. Samuel. c.8. traditis, per Philippum Melanchtonem proposita, repetita ac defensa discursim contra* Bartolum, Bodinum, Rossæum, (fictum de quo *infra*) Brutum (de quo *supra*) Zepperum, & alios, Fr.1606.8. Laudatur sub hoc nomine auctor, ab *Andrea Knichen* in Epopsi Dauthinæ hypotypos. n.476.

Ehrenhold/ ein Priester in Gambrivia, cujus nomine prodiit,
316 *Corinna*, die Ehrbare und scheinheilige Hure/ beschrieben und andern zur Warnung fürgestellt. Ninive 1660. in 12. & eodem anno, ead. forma, cum additamentis Lipsiæ recusa, est p. m. *Joh. Balthasar* SCHUPPIUS Dr. SS. Theol. & Pastor ad D. Jacobi, recusa etiam in operibus ejusdem in 8. p.461. & seqq.

ELIAS PRÆTORIUS v. *infra*.

317 ELIPHILUS, qui *Caroli Magni nomine publicavit libros 4. de imaginibus*, quod sit TILLIUS, Meldorum Episcopus, docemur â *Gesnero* p.m.114. Bibliothecæ Simler. edit. *Zeilero* Histor. part. 2. p.4. *Vossius* verò nominis etiam rationem addit, de Histor. Lat. l.2. c.30. p.290.

Theophili ELYCHNII nomine, quod prodierint opuscula
318 sequentia. *I.* Der Mönchen Affenspiel. II. Von den Janitza-
319 ren des Pabstes, quo nomine Jesuitæ indicantur. II. Bedencken
320 welcher massen ein Stand seine Gefälle und Einkommen verbessern möge/ refert Geisler. dec.5. n.1. additque in Exemplari quodam Cl. V. *Jacobi Thomasii* nomen huic fictitio, *Georgii* OBRECHT. JCti subscriptum fuisse, cujus rei nullum apud *Melchiorem Adami* in vita ejus extare vestigium, eo minus miror, quoniam ex sola parentatione illius ea collecta est, ubi fortasse nondum innotuit, aut expediit publicè innotescere, eum esse horum scriptorum auctorem, ex quibus posterius Argent. 1623. in 8. recusum vidisse memini, prætereaque *Geislero* non enumerata
321 bina scripta sequentia. *IV. Leberis Jesuitica*, Das ist/ Jesuitischer Schlangenbalg/ darinn gewiesen wird/ in welchen Stücken die Jesuiten den alten Bettel-Mönchen/ Predigern und Barfüssern gleich/ und also kein neuer Orden sey/ sondern nur wie eine Schlang/ einen neuen Balg angestreifft/

streiffet/und die alte Haut von sich geleget haben. Durch M. Theophilum Elychnium, Francofurt. 1611. in 4. *V. Montes pietatis Romanensis*, 322 Das ist/ die Berge der Frömmigkeit / oder Gottesforcht in der Stadt Rom Darinnen ein besonderes Mittel Geld in Eil zur Nothdurfft auffzubringen / deren sich die Päbste zu Rom gebrauchen/ beschrieben wird. Durch Elychnium Gottlieb/ Straßburg 1608. in 8.

EMAN, auctor *Psalmi 88.* DAVIDIS quomodo credatur 323 minus bene, vide apud auctores citatos *supra* in *Aggæo*.

S. EMONERII nomine, scripsisse *Theophilum* RAYNAUDUM, à nobis sæpius citatum, aliquid, testatur *Alegambe* pag. 451. quidnam autem libri hoc ipsum sit, non exprimit, pag. 432. ubi scripta ejus recenset, nisi quod sub alieno nomine, quod non addit, edidisse illum fert *Splendorem Veritatis moralis*, seu *de licito usu æquivocationis pro* Leo- 324 nardo Lessio, *adversus* Joannem Barnesium, Anglum, Lugd. 1617. in 8.

ENANTIOPHANES, quomodo creditum sit nomen Interpretis proprium, cum revera coacervationem Legum apparenter pugnantium notet, cujus auctor PHOTIUS, qui *Nomocanonem* reliquit, esse possit, 325 indicat *Cujacius* præfat. in lib. LX. Basilicorum, quæ ipsa etiam Basilici nomine, quasi Interpretis, quibusdam imperitis citata, ibidem testatur.

EPICTETI nomine, quod circumfertur *Enchiridion*, omni lau- 326 de dignum, ARRIANI ejusdem esse, cujus libros ὁμιλιῶν Epicteti 4. ex 12. solos superstites habemus, *Simplicius* in Procemio commentariorum in illud suorum testatur, vide præfationem etiam editionis Epicteti & Arriani Cantabrigiensis 1655. in 8.

Desiderio ERASMO Roterodamo vivo, Dominicanum Monachum quendam Lutetiis Parisiorum *Colloquia* ipsius indoctè 327 admodum & inficete depravasse suis assumentis, operæ pretium est legere apud ipsum in *Epistola ad Joh. Botzhemum* Abstemium, Tomo primo operum suorum præfixa, quorum Catalogum percenset p. 5. & 6. Simile factum in *Epistolis ejusdem* ab ignoto commissum, vid. apud Rob. *Cocum* Censuræ p. m. 437.

Georgii ERHARDI Franci nomine, *Symbola doctissima ad Petronium* extant, in editione A. 1610. in 8. à *Goldasto* curata. p. m. 521 & seqq.

328 seqq. Ejusdem nomine prodiisse quoque ὁμολογούμενα, sive *Elogia, testimonia & judicia de Petronio,* (quæ absque auctoris ullo nomine modo memoratæ editioni præfixa leguntur) memorat, auctori suo *Michaeli Casparı* LUNDORPIO illa reddens *Jo Petrus Lotichius*, in editione sua Petronii 1629. Francof. in 4. publicata, quod etiam notavit *Geuder*. dec. 5. n. 7.

329 ERMINII Taciti nomine, scripsit italicè *vitam Petri Fabri, primi sociorum Ignatii Lojolæ*, Romæ 1629. 8. excusam, & ex Latina Nicolai Orlandini Lugd. 1617. in 8. edita, expressam, *Terentius* ALCIATVS, Jesuita Romanus, uti testantur *Alegambe*. p. 429. & *Leo Allatius* in Apibus Urbanis p. 238.

EROTINUS v. RHAMNUSIUS.

Janus NICIUS ERYTHRÆUS v. *infra*.

330 ESDRÆ qui tribuitur *liber secundus*, quod sit NEHEMIÆ, cui etiam alias inscribitur, vide apud *Sixtum Senensem* lib. 1. p 10. *Bellarm.* ad A. M. 3521. & alios citatos in pr. cap. 1. de *Anonymis*.

331 ETHAN quod non sit auctor *Psalmi 89.* DAVIDIS, vide apud citatos supra, ad nomen *Aggæus*.

332 Parthenius ETIRUS est *Petrus* ARETINUS v. *Rhod.* n. 26.

333 Licentii EVANGELI Sacerdotis, *Præfatio in Marsilii Patavini, pro Ludovico Bavarico, Imperatore Romanorum, Apologiam*, quæ sub titulo *Defensoris Pacis primo*, deinde *Legislatoris Romani*, Francof. 1613. recusa prodiit, quod sit *Beati* RHENANI, Patritii Selestadiensis, cujus alia multa habemus, indicium facit *Melchior Goldastus*, Monarchiæ Imperii, Tom. I. p. 647. quâ & seqq. exhibet eandem recusam.

334 Irenæi EUBULI, Theologi Austriaci, *pro Pace perpetua Protestantibus danda, Consultatio Catholica* Friedeburgi 1643. primò publicata, doctissima, & omnibus â rerum usu publico juxtaque religionis ac eruditionis cura non omninò remotis in notuit non minus ac Illustris & Excellentissimus egregii hujusce scripti auctor, *Hermannus* CONRINGIUS, postquam in suis de Pace perpetua libellis, Helmstadii A. 1657. in 4. excusis, publicè partum suum, quasi postliminio, genuinum ipsius agnovit ac probavit. Atque utinam omnes alii Pseudonymi, auctores

tam

tam consultè feliciterque nominis occultationem adhibuissent! Hoc siquidem scriptum non modicum, ad promovendam inæstimabilem pacem Osnabruggo Monasteriensem, momentum attulisse, noverunt ii, quibus temporis illius res gestæ & consilia vel aliqua tantum ex parte innotuerunt.

EUBULUS Theosdatus SARCKMASIUS v. *infra*.

EUCHERII Lugdunensis *Commentaria in Genesin*, & 335
Explanationes in libros Regum 4. non illius, sed Angli cujusdam esse, 336
Bellarm. ad A.C.440. probat, ipsius BEDÆ verò putat *Sixtus Senensis* lib.4. p.m.282. cui adde *Rivet*. Crit.sacr. lib.4.c.27. *Cocum* p.393. & seqq. & citatos *Oleario* pag.152.153.

EUDOCIÆ Imperatrici, filiæ Leontii Philosophi, ὁμηρόκεντρα, sive *Centones Homericos* Christianos male, pejus verò Probæ Fal- 337
coniæ tribui, cum sint PELAGII Patricii, constat ex iis, quæ habet *Voss.* de Poet.Gr. p.78. & 80. adde *Sixt. Senens.* Bibl. Sanctæ l.4. pag.m.282. & citatos *Lomejero* de Biblioth. p.127.

EUONYMI *Thesaurus de remediis secretis*, Tigur. 1554. in 8. 338
editus, quod sit *Conradi* GESNERI, *Scavenius* jam supra n.93. nobis indicavit, idem confirmat *Lindanus* p.137. varias editiones recensens, Imo *Gesnerus* ipse in Simleriano compendio p.138. scriptum hoc pro suo agnoscit, ne quis ultra testes alios requirat.

La Lucerna Dialogo sotto nome di EURETA Misoscolo 339
cioè *Inventore Nemico d'Ozio*, opera tessuta da un genio libero: fu composta & publicata dal Cavaglier *Francesco* PONA, Veronese Medico, come lo racconta *Girolamo Ghilini* nel Teatro d'huomini letterati part.1. cart.63. Si trova anco *L'Anti Lucerna di Eureta Misoscolo*, in Verona 1648. in 8vo, *La Lucerna* in 4to. 1628. a Venetia stampata.

EUSEBIUS Alexandrinus, cujus 18. *sermones* à *Francisco* 340
Turriano, Jesuita Hispano, sunt producti, quod sit ipse TURRIANUS, vide apud *Rivet*. Crit. sacr. l.2. c.20. adde *Cocum* p.152.153. *Olear.* p.155. & *Blondelli* Turrianum vapulantem, ubi de temeraria in ejusmodi facinoribus audacia illius hominis plura legas.

EUSEBIUS Emissenus, Emissæ Urbis Phœniciæ Episcopus, non ille,

ille, cujus *S. Hieronymus* libro de Script. Eccles. meminit, sed eo recentior,
341 cujus extant *I. Homiliæ in Evangelia totius anni*, BRUNONI *Astensi, Signiensi Episcopo* vindicatæ sunt, uti vides apud *Th. Raynaudum* p. 138. *Labb.* ad *Bellarm* p. 310. aliosque citatos *Oleario* p. 94. & 157. Nam *Eusebii* non esse, jam dudum *Bellarm. Baronius, Possev.* appar. sacr. T. 1. aliique citati *Riveto* lect. sacr. l. 3. c. 1. *Sixtus Senensis* l. 4. p. m. 285. stylum resipere
342 BEDAM aut RABANUM judicavit. *II. Homiliæ 50.* quas non esse ipsius, fatentur omnes modo citati, sed diversis auctoribus eandem assignant. Plerique in EUCHERIUM consentiunt, licet alii FAUSTUM *Rejensem*, alii CÆSARIUM *Arelatensem* substituant. v. *Bellarm.* ad A.C. 430. p. m. 146. *Th. Raynaud.* l. c. p. 138. *Rivetum* l. 3. c. 1. & l. 9. c. 20. p. 452. & c. 28. p. 488. *Blondellum* de S. litter. lib. 2. c. 10. circa f. & citatos *Oleario* p. 157. adde *Barth.* adversar. l. 44. c. 12. in pr. Alii mixturam volunt esse variorum auctorum v. *Rivet.* l. 3. c. 1. & imprimis *Barthium* adversar. l. 43. c. 26. qui non EUCHERII modo, & FAUSTI, sed etiam SALVIANI, ALCUINI, & GENNADII opera in iis agnoscit.

EUSEBII Pamphili cognomento, Episcopi Cæsariensis, *Expo-*
343 *sitionem in Cantica*, editam à *Meursio*, tribui GREGORIO NYSSENO malè à *Vincentio Ricardo*, cum sit Catena variorum doctorum, etiam aliorum v. g. DIDIMI, THEOPHILACTI, & PHILONIS CARPUTHII, docet *Th. Rayn.* l. c. p. 138.

Philomari de EUSEBIIS Theopolitani, nomine, italicè
344 scripsit, ediditque *Lilium Virgineum oblatum de novo beatissimæ Virgini Mariæ*, Mediolani 1611. *Joannes Baptista* ROSSI, Jesuita Italus, teste *Alegambe* p. 226.

EUSTHATHIUS Su. P. est *Janus* GRUTERUS v. *infra Pflugius*.

345 EUTROPII *adjectiones ad Egesippum* à LANDULPHO SAGACE distentas esse aliorum additamentis, docet *Barthius* in adversariis l. 40. c. 4. & aliis locis. vid. *supra Egesippum*.

346 EYSTETENSIS Collegii Jesuitici nomine, *Templum honoris Joanni Christophoro, Episcopo Eystetensi erectum*, Ingolstadii 1620. in 4. *Georgii* STENGELII, Jesuitæ Augustani, esse, docet *Alegambe* p. 158.

De

De EZECHIELE, auctore malè habito *Psalmi* DAVIDIS 347
LXV. vide *Sixtum Senensem* l.1.p.14.& citatos *supra* in *Aggæo*.

F.

FABIUS Pictor, quod sit ANNII Viterbiensis v. in *Rhodianu* 348
num. 18.

Guidonis FABRICII Boderiani *versionem novi Te-* 349
stamenti Syriaci, Emanueli TREMELLIO subtractam, *Franciscus Junius* arguit, apud *Thomasium* de plagio §. 566. & 567. cum antea *Tremellius* ejus criminis esset accusatus â *Genebrardo*, & *Raynaudo*.

Considerazioni di M. FAGIANI, & *Uccellatura* del FORESI 350
libri publicati cô finti Nomi dal Sigr. *Nicola* VILLANI da Pistoja, amen- 351
due in difesa del Poema del Adone, del Cavalier *Giov. Battista Marino*, contra l'oppositioni, fatte dal Cavaliere *F. Tomaso Stigliani*, nel suo libro intitolato *l'Occhiale*; nella quale difesa dimostrò, quanto poco il detto Stigliani si dimostrasse intendente dell' Arte Poetica, dell osservazioni della Lingua, dell Imitazion degli Antichi, & quanto ludamente havesse aguzzata la penna a danni di quel Poema &c. Verba sunt *Laurentii Grassi* part 2. p. 262. Elogiorum italicorum. Eorum scriptorum meminit *Leo Allatius* Apum Urb. pag. 204. & 205. hisce verbis: *L'Uccellatura* di Vincenzo Forese, all' *Occhiale del Cavaliere Fr. Tomaso Stigliani*, contro *l' Adone del Cavalier Gio. Battista Marini*, & alla difesa di *Girolamo Aleandro*. Opus hoc ejusdem Villani esse, omnes suspicati sunt, ob nominum allusionem, Venetiis apud Antonium Pinellum 1630. in 16. *Considerazioni di Messer* Fagiano *sopra la seconda parte dell Occhiale* del Cavalier *Stigliano, contro l' Adone del Cavalier Marino*, e sopra la seconda difesa di *Girolamo Aleandro*. Hoc item eidem Villanio attribuunt, asseruntque tale sibi nomen imposuisse, quod præter expectationem res illi ceciderit. Nam cum vellet sub nomine Vincentii Forensis latere, non potuit: ideoque ob similitudinem illius avis, quæ dummodo caput tegat, totam se tegi, licet pateat omnibus, existimat, *Phasiani* sibi nomen assumpsit. Villani Carmina laudavit *Meursius*, Epistola ad Dominicum Molinum. *Villani Carmen insigne est; & ut se Poetam egregium, sic Philosophum ostendit; & eximia bona frugi ac sapien-*

sapientiæ se litasse &c. & *Annibal Campegius*, cujus aliquot in eum Disticha ibi leguntur. Idem Allat. p. 124. memorat *Hieronymi Aleandri difesa dell Adone Poema del Cavalier Marino* opposta all Occhiale del Cavalier *Stigliani*. Ven. 1629. in 12. & parte seconda 1640. in 12. 16.

FALCONIA v. Eudocia

Gabriel FALLOPIUS Vir Medicis scriptis multum celebris, quæ vide recensentem *Lindanum* pag. m. 387. & seqq. in quibus non est Ita-
352 licum scriptum sequens: *Secreti diversi & miracolosi distinti in tre libri.* Nel primo *de quali si contien il modo di fare diversi olii, ceroti, Onguenti, ontioni, elettuarii, pillule, & infiniti altri Medicamenti*: Nel secondo *s' insegna à fare diversi sorti di Vini, & acque molto salutifere*; Nel terzo *si contengono alcuni importantissimi secreti, d'Alchimia, & altri dilettevoli e curiosi, raccolti dal* Fallopio, *& approbati d' altri Medici di gran fama.* Venetia 1569. 8vo. Hunc librum collegisse, & sub hoc nomine scriptis aliis inclyto, divulgasse fertur *Joannes* BONACIUS. Scaven. n. 81.

353 Mariangeli à FANO S. Benedicti *Auctarium ad Grammaticam Philosophicam, ejusque rudimenta, in quo etiam de Lexicorum Latinorum virtutibus & vitiis, quæque ratio in conficiendo Linguæ Latinæ thesauro tenenda sit, distinctè differitur*: editum primò Mediolani 1629. & postea Amstelodami 1659. ac iterum. ibidem 1664. in 8. quod sit *Gasparis* SCIOPPII, notius est, quam ut indigeat probatione, jamque publicus Index operum Scioppii postremæ Grammatices Scioppianæ editioni, beneficio *Petri Scavenii* Amstelodami apud Jodocum Pluymer factæ præfixus, idem notorium reddidit.

354 D. Martini la FARINA nomine, scripsit *Tragædias Italicas* XXX. Tomis VII. Panormi 1634. 1635. 1638. editas, *Hortensius* SCAMMACCA, Jesuita Siculus, teste *Aleg.* p. 190.

355 L. FENESTELLA, quod sit *Andreas Dominicus* FLOCCUS v. in *Rhodian.* n. 17. ubi citatis adde *Frisium* Bibl. Chronolog. ad A. D. 1530. *Zeiler.* de Hist. part. 2. p. 189. & Paulum *Melissum* ad Jac. Scheckium ita canentem. *Sed & Fenestellæ imputata perperam. Quæ diligenter* Floccus *exornat* Dominicus &c. Unde rectè in editione Elseviriana 1629. in 24. Reip. Romanæ, primo loco, *Flocci* nomine præfixo scriptum hoc exhibi-
tum

tum est, ubi vide testimonia modo citata, nec non *Vollaterani* locum adductum.

Sexti Pomponii FESTI, *de Verborum significatione* libri, 356
excusi variè sunt: eos â PAULO quodam, (qui in editione Cornucopiæ *Perotti* Basileæ, per *Valentinum Curionem* A.1526. in fol. facta, cui subjecti sunt hi libri, Paulus V. Pontifex Romanus dicitur) collectos ex *Festi* operibus docuerunt eruditi, qua de re vide latè *Gesner.* Simler. edit. p.m.626.

FERRANTE IMPERATO *v. infra.*

FLAMINII FILLIUCCII nomine *Carmen italicum, de novis* 357
stellis, & maculis solis cum declaratione Romæ 1616. in 4. edidit. *Vincentius* FILLIUCCIUS, Senensis Jesuita, docente *Alegambe* p.443.

Petri FIRMIANI nomine prodita sunt *Satyrica scripta*, quibus 358
Tituli, *Gyges Gallus*, *somnium sapientis* item *seculi Genius*, Paris. 1660. 359
& 1663. in 12. ac alibi excusa. Ea quod sint Monachi Capuzini, *Zachariæ* 360
DE LISIEUX vel LEXOVIENSIS, docet *Sorell.* Bibl. Francoise p.172. secundæ. p.153 primæ editionis, quod ex privilegio quoque & approbatione facultatis sibi notum indicat *Geislerus.* dec. 5. n. 3.

Johanni FISCHERO, Cardinali Roffensi, sanctissimo apud Deum Martyri, suppositum est opus BUCERI (*Martini* puta, cujus vitam habemus apud Melchiorem Adami in vitis Theologorum Germanorum 361
pag. 211. & seqq.) *De Misericordia Dei* fartum Blasphemiis. Hæc verba sunt *Theoph. Raynaudi*, Jesuitæ, libro de bon. & mal. libris, part. 1. erot. 10. §.3. n.267. verane an falsa, sæpè perquam ambigo, propter ea, quæ ad nomen *Alcuini superius* commemorata habeo.

S. FLAVIANI nomine, librum *de Incarnatione Christi* 362
Dogmaticum â semetipso fuisse conscriptum, ac divulgatum, fatetur S. ANASTASIUS SINAITA cap. 10. ὁδηγȣ̃. pag. m.193. adde *Th. Raynaud.* de lib. mal. & bon. p.117.

FLORIMUNDI Ræmundi nomine, circumfertur *Historia* 363
de hæresium ortu, progressu, & ruina, Gallicè 1624. Paris. in 4. & ante, nec non Latinè Col. 1612. & 1655 cum continuatione ad A.C.1650. edita, quam *Ludovici* RICHEOMI, Jesuitæ Galli esse, *Maresius* de Papissa Joanna p.205. edit. in 4. & *Blondellus* de ead. in pr. testantur, adde citatos *Geisler.* dec. 3. n.10. *Alegambe* factum hoc planè silentio involvit.

364 Francisci FONTANI nomine, *Responsionem ad Postulata Magni Prælati, de Hierarchia Ecclesiastica* Nancæi 1625. Gallicè scripsit *Stephanus* BINETTUS, Jesuita Gallus, teste *Alegambe* p 426. eam *Lamormainus*, Jesuita, Latinam reddidit.

365 Renati à FONTE nomine *Apologiam prò Jesuitarum societate, Ludovicum* RICHEOMUM, Jesuitam Gallum, scripsisse, idem auctor est. p. 318.

FORESI v. FAGIANI *supra*.

366 Jacobus à FOSSA, *Efflationem pulveris adversus Emanuelis Alvarez Grammaticas Institutiones Veronæ excitati ab Orlando Pescetto*, Monachii 1616. in 8. scripsit, estque larvâ detractâ, *Sebastianus* BARRETARIUS, Florentinus Jesuita, docente *Alegambe* p. 419.

367 Ludovici Petri FRANCESII nomine *de Accentu & recta in Græcis, Latinis, Barbaris pronunciatione*, scripsisse *Martinum de* ROA, Jesuitam Cordubensem, testis est idem *Alegambe* p. 330.

368 Francisci FRANCI *Confutationem Animadversionum Antonii Cercoetii*, sive Petavii, *ad Tertullianum de Pallio*, quam Middelburgi A. 1623. in 8. editam, inscriptio fingit, Lutetiæ Parisiorum à *Claudio* SALMASIO fuisse conscriptam, & publicatam, ex *Pauli Colomesii* Clave ad prolegomena Epistolarum Salmasii p. 65. addidici. Nam Catalogus operum ejus, supra ad nomen *Alexii* laudatus, hujusce scripti ne verbulo quidem meminit: adde *Scaven*. n. 96.

René FRANCOIS Predicateur du Roy. Sous ce nom il se trou-
369 ve un livre, dont le titre porte: *Essay des Merueilles de la Nature, & des plus nobles artifices, piece tres necessaire a tous ceux, qui font profession d'Eloquence*, imprimeé a Paris. 1638. in 8. qu'on dit etre du R. Pere BINET Jesuite, comme l'ecrit Mons. *C. Sorell* dans sa Bibliotheque Francoise chap. 1. pag. 16. de la seconde edition, adjoutant, qu'on y trouve des façons de parler concernant plusieures choses naturelles, avec les Termes propres de quelques arts, les quels il est bon de voir, pour parler de chaque chose exactement: ce que j'ay trouvé veritable, en feuillettant ce livre, dont l'Auteur est aussi decouvert par *Alegambe* p. 426.

Neo-

Neotericus FRANOLPINUS, est *Jacob le* MOINE in *Rhodian.* n.34. 370

MERCURIUS FRONDATOR v. *infra.*

Hippolytus FRONTO Caracotta, *refutationem Meditationis Grotianæ de AntiChristo*, qui scripsit, creditur esse *Petrus* MOLINÆVS, indicante *Joh. Adamo Osiandro*, prolegom. in *Hug. Grotium* de J. Bell. & Pac pag. 27. Cui adstipulatur *Jacobus Laurentius* in præfat. Grotii Papizantis. 371

Doctoris FRUCTUOSI, Episcopi Vidal. nomine libros 372 duos pios scripsisse Hispanico sermone, *Joannem* FERRER, Jesuitam 373 Hispanum, auctor est *Alegambe* p. 242.

FULGENTIUS, quem Fabium Claudium Gordianum prænominant, Afer Ruspensis Episcopus, cognomento Carthaginiensis, â Patre illic Senatore, uti judicant docti, de quo vid. *Bell.* ad A.C.500. *Possev.* in Apparatu, *Gerhardus* p. m. 461. 462. Ei falsò tribuuntur. *I. De* 374 *Definitionibus Dei*, qui idem est cum eo, qui inter opera AUGUSTINI de *Dogmatibus Ecclesiæ* inscribitur, ubi vide de hoc, ut & de illo qui inscribitur *De Fide ad Petrum.* adde Gerh. p. 462. *II. Sermo de Laude* 375 *Mariæ* SEVERIANO tributus, in aliquibus Mss., teste *Perckinjo*, apud *Rivet.* l. 4. c. 25. p. 470. *III. Mythologiarum libri* III. sub illius nomi- 376 ne primò, quod sciam Aug. Vindel. 1521. cum Scholiis *Philomusi* in fol. publicati, PLACIADI *Grammatico*, cui *Furii*, *Publii*, *Fabii*, *Fulgentii*, prænomen aut cognomen faciunt, adscripti sunt ab eruditis v. *Rivet.* l. 4. c. 2. p. 471. *Voss.* Instit. Rhet. l. 4. c. 11. p. 198. *Meier.* Bibl. Theologicæ p. m. 62. *Valer. Andr. Taxander* Catal. scriptor. Hispaniæ p. 53. qui Carthaginensi hoc opus adscribit, cum aliis Grammaticis, de *vocum aliquarum interpretatione* &c. Neque *Th. Raynaudus* sese expedit. p. 139. neque *Gesnerus* p. m. 211. & seq.

Lælius FULGINUS est *Julius* RECALCHVS v. *Rhodian.* n. 1. 377

Raphael FULGOSUS, quomodo Præceptoris sui *Christophori* CASTELLIONIS JCti opera, ex lectionibus ejusdem hausta, suo nomine publicaverit, vide probantem *Thomas.* de plag. litterar. p. 529. de scriptis ejusdem v. *Gesner.* p. 596. edit. Simler. 378

379 Valerius FULVIUS, est *Jacobus* CASTELLANVS v. *Rhod.*
380 num. 27.

G.

381 CArlo GALISTONI, nec non Masotto GALISTONI est
382 *Angelicus* APROSIVS v. *Rhod.* n.40.& 41.

Joannes Baptista GALLUS, auctor *notationum in*
383 *Historiam Thuani*, personatus esse agnoscitur â multis, inter quos v. *Spizel.* scrutin: Atheism. p.36. Is est *Joannes Baptista de* MACHAVD, sive MACALDVS, Jesuita Gallus, teste *Alegamba* p.224.

384 Cornelio GALLO, quæ tribuuntur *Poëmata*, MAXIMIANI, recentis Poetæ esse, docet post *Crinitum*, *Rob. Titium*, *Scaligerum*, *&c.* *Vossius* p.25.& 26. de Poet. Lat. Adde *Dempster.* in *Rosini* antiq. l.1. c.16. pag.m.91.

385 Ventidio GANGAPANO, est *Paganinus* GAVDENTIVS, v. *Rhod.* n.46.

386 Andreas GARTNERIUS, quomodo librum *dicteriorum & Proverbialium* nomine suo ediderit, qui sit *Brunonis* SEIDELII, jam in
387 anonymis c.10.n.311. nobis inspectus, item *Prognosticum Latinum Jacobi* HENRICKMANNI suo sub nomine vulgaverit, eleganter docet *Jac. Thomasius* de plagio litterar. §.437. Idemque quomodo

388 Joannes GASTIUS, Collectanea sub nomine *Milleloquii* ante secula duo, & quod excurrit, â *Bartholomæo* VRBINATE ex *Augustino* collecta, sibi tribuerit, refert, id quod acerbè reprehendunt, *Sixtus Senensis* lib.4. in f. p.m.407. *Possev.* in præfat. apparatus sacri *Th. Raynaud*, de lib.mal.& bon.p.166.& sane nollem factum. Ipse Liber *in utrumque Testamentum Commentarii* nomine prodiit Basil. 1542.

Johannis Werneri GEBHARDI nomine, *Hippolythum*
389 â COLLIBVS scripsisse Fürstliche Tischreden / indicat ex eodem citans aliqua, *Besoldus* de legatis c.7. n.10. p.79.& de Increm. Imp.c.3. n.7. p.19. *Thomas.* de plagio litterar. §.117. lit. Y. sed non addit, quidnam scripti illud sit, aut cujus argumenti. *Melchior Adami* vitam ejus enarrat p. 451. in vitis JCtorum Germ. neque verbulo ficti hujusce nominis meminit.

309 GELASII, Romani Pontificis habitus liber *de duabus naturis*,

quod

quod sit GELASII CYZICENI, vide apud *Rivet.* l.4. *c.26.* p.473. *Th. Raynaud.* de lib.mal.& bon.p.140. *Olear.* p.173.

GENNADIO, sive GEORGIO, vel ut ab aliis vocatur, GREGORIO SCHOLARIO, abjudicant aliqui etiam Pontificiorum, *Defensionem quinque Capitum Concilii Florentini*, tribuuntque GREGORIO PROTOSYNCELLO, quos inter est post alios *Th. Raynaud.* l.c. p.140. sed contra est *Leo Allatius* de 3. Georgiis. adde *Labb.* ad *Bellarm.* p.397. 391

GERMANUS BAVARUS, v. *supra.*

Hermanni GERMBERGII nomine sæpius recocta *Proverbia Brunonis* SEIDELII esse, *Dialogos* verò *Circeos Jo. Baptistæ* GELLI Italicos esse, quod etiam ipse suppresserat, indicat V. Cl. *Jacob Thomas.* de plagio litterar. §.437. & 442. 392

Joanni de GESSEN vel de GERSEN, vel GERSONI, Abbati Vercellensi, (quem alii Joannem CHARLIERIUM â patria cognominant) Cancellario Parisino adscripti olim aurei quatuor libelli *De Imitatione Christi*, â *Francisco Artopæo*, *Sebastiano Castalione*, *Henrico Sommalio*, aliisque sæpius editi, *Græcè* verò etiam per *Georgium Mayr*, Jesuitam, Augustæ Vindel. 1615. & *Germanicè* per *Jo. Arnd*, Theologum scriptis æque ac Vita inclytum, *Gallicèque* per M.R.G.A.G. tum *Hispanicè* â *Ludovico Granatensi*, & *Italicè* â nescio quo: imo & *Bohemicè* per *Balthasarum Osthovinum*, *Hungaricè* verò per *Petrum Pazman. Arabicè* per *Cælestinum â S. Liduina*, denique & *Turcicè* â *Jesuitarum aliquo* redditi, quod sint THOMÆ â KEMPIS, cujus alia quoque Theologica partim & Historica opera habemus, optimè omnium evicit *Heribertus Rosvveidus* Jesuita, in *Vindiciis Kempensibus*, editis Antvverpiæ apud Plantinum 1617. in 12. & alibi, contra *Constantinum Cajetanum*, cujus *Concertationes* Romæ, anno superiore prodierant, quique *Apologeticam* etiam anno sequenti Responsionem eidem *Rosvveido* frustra opposuit: postquam ipsius Rosvveidi rationes non modo *Bellarmino*, qui primus ansam huic disputationi præbuerat, de Scriptor. Ecclesiasticis ad A. 1400. p. m. 298. sed & omnibus doctis uberrimè satisfecerant. Adde *Jo. Ger. Vossium* de Historicis Lat. l.3. c.10. *Theophil. Raynaud.* p.144. & seqq. qui totam hujus certaminis historiam fusè narrat, tum ex professo conscriptos de hoc argumento libros, inter quos præter *Vindicias Jo. Rosvveidi*, *Hesferique Kempenses*, etiam *Jo. de Launoy Judicium de* 393

Autore

Autore librorum de Imitatione Christi. Paris. 1650. 8. *Gabr. Naudæi Velitationes Kempenses contra Jo. de Launoy,* Paris. 1651. 8. *Jo. Gerson Auctor libri de Imitatione Christi assertus à Roberto Quatremaires, contra refutat Jo. Fronteau.* Paris. 1650. 8. *Franc. Valgravii argumentum Chronologicum contra Kempensem, quo Thom. à Kempis non fuisse auctorem librorum, de Imitatione Christi, adversus Jo. Frontonis Thomam à Kempis vindicatum, demonstratur.* Paris. 1650.8. alios quoque invenias plures tanto numero, ut denique de iis omnibus scripserit *Naudæus Bibliothecam Kempensem,* Paris. in 8 editam. adde *Valer. Andr.* Bibl. Belg. p.m.836. & seqq. *Fr. Swveert.* p.605. & Martin *Schoock* Fab. Hamelens. part.2.c.4. p.72. de Benedictinis fallaciis notanda narrantem. Denique *Leonem Allatium* Apum Vrbanar. p. 73. De ipso Kempensi libro videatur *Nicolaus Hunnius,* Jn der Christlichen Betrachtung der neuen Paracelsischen und Weigelianischen Theologen p.11.12.13. *Oriundus Kempis, quod permodicum est in agro & diæcesi Coloniensi Oppidum, Canonicus regularis, obscura notæ homo, qui librum edidit* de Imitatione Christi, *qui quidem liber opiniones de propriis viribus, bonis operibus, & alia falsa Pontificiorum dogmata rejicit ac improbat, interim tamen à VVeigelianismi suspicione alienus non est, ideoque potius ab eruditis, quam à plebeiis, & quidem magno cum judicio legendus est.* Verba sunt *Francisci Irenici* pag.85. Indicis Collegio Burgoldensis subjuncti.

Jodocus GHISTELIUS, Flander Eques, quartum urbis Gandavensis fasces consulares tenuit, ac Palestinam, sive Terram Sanctam
394 lustravit & descripsit, teste *Ortelio.* Legitur *Teutonicè Peregrinatio ejus, libris VIII.* conscripta (totidem enim annis peregrinationem suam absolvit, reversus Antverpiam A. 1485.) Gandavi edita in 4. Alii tamen Itinerarii hujus auctorem faciunt *Ambrosium* ZEEBOUT, Presbyterum, Ghistelii Capellanum, & peregrinationis socium. Verba sunt *Valer. Andreæ* p.593. quæ repetit ferè *Fr. Swvertius* p. 493.

395 GIELLII scriptum *La Sporta,* MACHIAVELLI esse, v. in *Rhod.* num. 55.

396 Ranutii GIGATI nomine, *Commentarium in librum Bernardi, de gratia & libero arbitrio,* scripsit *Ignatius* HUARTUS, Cisterciensis, quo Bernardum in partes *Jansenii* trahere laboravit, refutatus propterea à *Bernardo Textorio*, sive *Tißier,* itidem Cisterciensi. v. *Carol. de Visch* Biblioth. Cister. p 54. & 168.

397 Camillus GILINIUS nomine suo, paternam *Joannis Jacobi Camilli*

Camilli versionem Memorabilium Baptistæ Fulgosi, latinam ex *Italico*, 397
quomodo ediderit, & excusaverit, v. apud *Thomas.* de plagio litterar. §.443.

GINIFACCIO Spironcini, ejus *Corriero Sualigiato*, item *Continuazione del Corriero Sualigiato*, in Villa Franca 1644. & 1660. 398
in 12. sunt opera prohibita Curiæ Romanæ mandatis, â *Ferrante* PALA- 399
VICINO propterea decollato conscripta, v. in Anonymis cap. 15. n. 515. & seqq.

Joannis GIRALDINI nomine, librum *de Meteoris* vulgavit 400
Christophorus â SACROBOSCO, Jesuita Hibernus, teste *Alegambe* p. 77.

GIRARDO *Vita di Ezzelino*, est *Fausti* LONGIANI v. in 401
Rhod. n. 60.

Petri de GISCATREDO nomine, Librum *de Miraculis sanctæ crucis*, edidit *Jacobus* PVCHE, Jesuita Hispanus, docente *Alegambe* 402
pag. 209.

Scipio GLAREANVS, est *Angelicus* APROSIVS v. *Rhod.* 403
n. 41. & 43. 404

GLVCKRADII *notas in Tyrocinium Chymicum Beguini*, 405
â Præceptore Glückradii, *Joanne* HARTMANNO, celebri scriptis ejus generis Medico, profectas esse, memoriæ prodidit *Scavenius* n. 92.

Michael GLYCAS cognomento Siculus, *Annalium* Auctor 406
quod non sit, sed THEODORVS METOCHITA Cl. Dn. *Meursius* manifesto deprehendit, qui annales ipsius ex veteri MS. auctoris Gr. & Latine in lucem emittet, ait *Henr. Ernst* l. 2. obs. variar. c. 36. v. *Voss.* de Histor. Gr. l. 2. c. 27. p. 300. & c. 29. p. 308. & *Zeiler*, de Histor. part. 1. p. 60. nihil hac de re monentes.

GOBELINI Personæ Decani, *Cosmodromium* seu *Chronicon* 407
universale, ab orbe condito usque ad annum 1418. Item ejus *Expositio rerum sub Urbano VI. Bonifacio IX. Innocentio VII. Gregorio XII. Pontificibus gestarum*, Francof. apud Wechelios. A. 1599. in fol. extat. Hoc opus â PIO II. Pontifice conscriptum esse, multos notavisse, scribit *Th. Raynaudus*, de mal. & bon. libris, part. 1. Erot. 10. §. 1. p. m. 117. Adde *Hallervord.* spicilegii pag. 73. & 74.

Antonius BEMBELLONA de GODENTIIS v. *ſupra.*

408 Joannes GOLUBSKI, qui *Replicam rumorum Poſnanien-*
409 *ſium, ab Hæretico Miniſtro per Pruſsiam ſparſorum.* Item *Triplicam contra*
410 *Duplicam Miniſtri Torunienſis. & Mirabilem Concordiam, ſeu potius, Veriſſimam rabiem Evangelicorum inter ſe: contra Joannem Tyniecki, Hæreticum ſcripſit*, eſt *Gaſpar* SAWICKI, Jeſuita Lithuanus, docente *Alegambe* p. 152.

Laurentii GONDINI, fratris ſui nomine, ſcripſit *Joannes*
411 GONDINUS, Jeſuita Hiſpanus, *Directorium Spirituale, ad vivendum, & moriendum in gratia & amicitia Dei, illique perfectè ſerviendum.* Cæterum italicè translatus hic liber, & Romæ impreſſus, apud Franciſcum Caballum 1629. in 16. nomen ſui Auctoris præfert: verba ſunt ejusdem *Alegambes* p. 245.

GREGORII Bætici Illiberitani (ab oppido Granatæ vicino) Epiſcopi nomine, legitur in Bibliothecæ Patrum Pariſina editione ſecun-
412 da, Liber *de Trinitate & fide, contra Arrianos*, qui idem repetitur nomine FAUSTINI, cujus eſt revera, licet *Achilles Statius* eundem ſub Gregorii nomine rurſus ediderit, notatus propterea ab *Andrea Schotto* Biblioth. Hiſpanicæ, Tom. 3. Claſſ. 1. pag. 451. & 485. Adde eundem T. 2. p. 188. *Valerio Andrea* Taxandro Bibl. Hiſpan. p. 55. & *Oleario* p. 182.

GREGORIUS NAZIANZENUS, habetur auctor librorum variorum ad ipſum non pertinentium. Eorum aliqui auctores ſuos
413 invenere. v. gr. *I. Metaphraſis in Eccleſiaſtem*, GREGORIO NYSSENO Epiſcopo vindicata, v. *Bellarm.* ad A. 370. p. m. 91. *Rivet.*
414 Crit. Sacr. l. 3. c. 21. pag. m 341. *II. Tragœdia, Chriſtus Patiens*, APOLLINARI *Laodiceno* tributa jam à *Baronio* Tom. 1. ad A. C. 34. n. 141. adde *Caſaub.* in apparatu Exercitationum diatr. 10. p. 62. *Cocum*, Cenſur. p. m. 241. *Rivet.* l. c. p. 343. *Th. Rayn.* de lib. mal. & bon. p. 141.

GREGORIO NEO-CÆSARIENSI, Thaumaturgo co-
415 gnominato, falsò adſcribitur. *I. Expoſitio fidei* à *Ger. Voſsio*, ipſius no-
416 mine edita, cum *XII. Capitulis*, cumque *Anathematiſmis*, quæ omnia
417 *hæretico* APOLLINARI, *Caniſius* Biblioth. patrum. T. 1. p. 329. vindicat, docente *Riveto* l. 2. c. 16. p. 139.

GRE-

GREGORIUS NYSSENUS falsò venditatur auctor ſequentium ſcriptorum, quæ aliis vindicantur. Nempe *I. De Differentia Eſ-* 418
ſentia & perſona, ſubſtantia & hypoſtaſeos, BASILII Epiſtola 43. quod ſit, *Raynaudus* & *Rivetus* locis citatis annotarunt. *II. Expoſitio Canti-* 419
ci Canticorum, de qua ſupra in *Euſebio Pamphili*. *III. IV. Orationes* 420
duæ 1. *in verba: Faciamus hominem*, & 2. *de hominis procreatione*, BASILII 421
eſſe defenduntur contra *Poſſevinum* apud *Rivet*. l. c. p. 346. V. Alia *Oratio* 422
de Reſurrectione, HESYCHIO adſcribitur â *Theoph. Raynaud.* p. 141.
VI. De Philoſophia libri, NEMESIO Philoſopho, & Epiſcopo Emeſeno, 423
apud *Cocum* Cenſ. p. 318. 319. *Th. Rayn.* l. c. p. 150. *Rivet.* l. c. p. 355. & omnium optimè ab auctore præfationis, editioni Nemeſii Gr. L. Oxonienſi 1671. in 8. ê Theatro Scheldoniano præfixæ, demonſtratur. *VII. De S Trinitate*, 424
quod Spiritus S. ſit Deus, quæ eſt octuageſima Epiſtola BASILII, cujus agnoſcitur & â *Bellarmino* & *Frontone Ducæo.* | apud *Rivet.* l. 3. c. 23. p. 350. adde *Th. Raynaud* p. 141.

GREGORIUS Pontifex I. cognomine Magnus, jam vivo ſibi ab *Andrea* MONACHO ſuppoſitas *Orationes Græcas* fuiſſe, con- 425
queritur. lib. 9. Ep. 69. Quid mirum ergo, ſi poſt mortem id factum eſt. Eorum ea, quæ aliis auctoribus aſſignantur, præcipua hæc ſunt. *I. Anti-* 426
phonarium, falſo Guidoni Monacho tributum, v. *ſupra* Berno, & *infra* Micrologus. *II. Commentarium in Cantica Canticorum*, 427
ISIDORO in omnibus manuſcriptis tribui, ex *Pamelio* notat *Cocus*. p. m. 410.
III. Dialogus GREGORIO II. Pontifici â perdoctis quibuſdam 428
tribuitur, teſte *Poſſev.* appar. T. I. p. 663. adde *Rivet.* c. ult. p. 495. *Gerbard.* p. 479.
IV. Epiſtola ad Auguſtinum, â *Bellarmino* GREGORIO III. Pontifici tribuitur. *Rivet.* l. c. p. 496. 429

GREGORII XI. Pontificis *Diploma* quoddam, â NICOLAO EYMERICO ſuppoſitum, qui propterea infamia ſit & exilio mulctatus, 430
ex Dermitio refert *Raynaud.* p. 164. falſum hoc ad probationem ſanguinis Chriſti mentiendam indicans commiſſum fuiſſe ab iis, quorum intererat, Anti-Chriſtiana Miracula talibus modis augeri: adde eundem p. 173. & De *Dextri Chronico* ſuppoſititio p. 164. & p. 238.

431 Pascasius GROSIPPUS est *Gaspar* SCIOPPIUS, *Rhod.*n.8.

ad Hugonis GROTII *Testamentum*, belgica lingua conscriptum,
435 ac divulgatum, JESUITIS deberi, testis est *Joannes Adamus Osiander* pro-
436 legomen.in Grotium de Jure belli & pacis pag.27.

437 Oporini GRUBINI *Amphotides Scioppianæ*, hoc est, *ad Satyram Menippeam Josephi Burdonis, Pseudo-Scaligeri, responsio, pro vita & moribus Casparis Scioppii* apud Eliam &c. Paris. 1610. 8. item cum aliis Paris. 1611. in 8. est Responsio ad Münsterum Hippobolymæum, de quo superius actum. Eam ipsum Scioppium conscripsisse, facile stylus arguit, & *Scavenius* in Catalogo suo n.20. affirmat. Nomen occultasse videtur, partim ut liberius se laudaret, partim ut in quibus ipse peccaverat, longè magis ea Scaligero exprobraret, editionem videlicet obscœnorum auctorum, & illustrationem ac similia.

438 Joannis Laurentii GUADAGNI nomine, *Thesaurum doctrinæ Christianæ* 1610. & adjuncta *parte tertia*, Venet. 1618. in 8. recusum edidit *Paulus* PRINCEPS, Neapolitanus Jesuita, uti scribit *Alegambe* p. 367.

439 Joannis GVALTERI *Chronicon Chronicorum*, seu *Chronicon Ecclesiastico-Politicum*, Tomis 4. editum, Francof. 1614. in 8. *Jani* GRUTERI esse, præter Virum illustrem, *Hermannum Conringium* p.72. Epist. ad Boineburg. de Bibl. Augusta, quem citat *Geuler*, dec.4. n.4. confirmant *Valent. Henr. Voglerus* Introd. in authores c.2. p.4. & *Phil. Labbeus* Bibl. Biblioth. p.74. & 91.

440 Francisci Antonii GVERRERII nomine, *Compendium Miraculorum B.V. Mariæ*, Italicè edidit *Archangelus* BELBONUS, Jesuita Italus, teste *Alegambe* p. 46. & 451.

GVILIELMVS BALDESANUS v. *supra*.

441 GVILIELMI de Frigido Monte nomine, vitam suam de scripsisse HELINALDUM, memorat *Carolus de Visch* Bibl. Cisterciens. p. 140.

GVILIELMVS MORBECANVS v. *supra* CANTIPRATENSIS.

GUI-

GUILIELMOS Parisienses duos confusos circa opus *de* 442
Sacramentis vide apud *Raynaud.* p.141.

GUSTAVUS SELENUS v. *infra.*

GUY du Puy. De eo larvato auctore sic legitur in *Scaligerianis* 443
sermonibus, quos *Puteani* fratres conservarunt, pag. m. 273. *Arnoldus* PONTACUS *Auteur du livret, qui sub nomine* Guy du Puy *scriptus, adversus* Mornæum, *conjeceram quod ipse Mornaeus annotat* : *Cet* Arnoldus Pontacus *est l'Evesque de Bazas, qui a fait imprimer l'*Eusebe. *Il s'en trouve encore quelque chose dans les Epistres Françoises à Mons. Scala recueilies par Jaques de Reves à Hardewyck l'* An.1624. p.426. comme le remarque dans sa Clef de ces Epistres P. *Colomesius* p.187.

H.

HALYABAS : de eo *Henr. Ernstius* obs. variar. l.2. c.36. ita scribit. *Dominus* Spigelius, (*Adrianus*) *Professor Patavinus*, *credidit* Halyabas *vulgo esse Isaacum* ISRAELITAM. Ex quibus verbis diu nequivi divinare, quid monstri esset illud Halyabas. Tandē conjecturavi, eum loqui de HALY Abbate, seu *Haly* filio *Abbate*, discipulo Abymeher Moysis, Arabe Medico doctissimo, & ad A.C.1122. à *VVolffgango Justo* in Chrono- 444
logia Medica relato, de cujus scriptis vide *Gesner.* p. m. 267. *Schenckium* p. 215. & *Lindanum* p.232. Eum nempe esse *Isaacum Israelitam*, Salomonis Arabiæ Regis filium Adoptivum, quem idem *Justus* ad A.1158. refert, adeoque fere Haly illi coævus fuit, licet *Moreau.* ad A.C.660. eum referat. Scripta ejusdem v. apud *Schenck.* p.356. & *Lindanum* p.423. & seqq.

HARMINIUS de Mosa, est *Hermannus* FABRONUS, 445
docente *Limnæo* de j. publico l 1.c.11.§.72. Sub hoc nomine ficto quid extet, haud equidem novi, sub *Hermanni Fabroni* verò nomine scio excusum Poema, cui titulus : *Christiades*, hoc est *Israelis in terram sanctam introductio per Mosen, & in cœlum per Jesum Christum.* Cassel. 1608. in 8. Item *Epigrammata* ibidem eadem forma.

Gasparis HARTEVELTII nomine, circumferri *vitam Martini Antonii Delrio*, Jesuitæ, scriptam à *Nicolao* SUSIO, Jesuita Bru- 446
gensi, scribit *Valer. Andreæ* Bibl. Belg. p.697. Eandem Nicolai LANGE-

VELTII nomen prætendere, editam Antvverp. typis Plantinianis 1609. in 4. scribit *Alegambe* p. 357. *Fr Svveert*. p. 582. inter scripta *Susii* neutrum nomen tangit. p. 552. tamen *Langeveltium* memorat.

447 Joannis HAULETI nomine, scripsit *rationes, cur Catholici recusent adire Ecclesias Hæreticorum*, Lond. 1580. *Robertus* PERSONUS, Jesuita Anglus, docente *Alegambe* p. 415.

HEBIUS Tarrhæus v. *infra*.

448 Eitel Friederich ab HEERDEN, sub hoc nomine prodiit. Grundfeste des Heil. Römischen Reichs/ aus dem 8. Articul des Osnabrüggischen Frieden-Schlusses fürgestellt. Francofurt. 1663. in 8. Ejus scripti doctissimi auctorem fuisse Dn. Cancellarium Brunsvicensem, *Johannem* Schwartzkopff/ fama litteræque amicorum mihi narrarunt. Laudat illud etiam *Oldenburgerus* ad Instr. Pacis part. 1. disc. 12. §. f. p. 289. laudesque illius repetit part. 3. p. 1. & pag. 30.

HEIDELBERGENSIUM Theologorum nomine scriptum editum Theologicum v. *supra*. Jac. *Curæus*.

449 HELINANDUS vel HELINALDUS, aliis ELIMANDUS, ELINANDUS, HELMUNDUS, vero nomine: *Guilielmus de* CONCHIS quænam scripserit, v. *Carol. de Visch.* Biblioth. Cisterciens. p. 140. & seqq. & *Hallervord*. Spicileg. p. 84. *Voss*. de Hist. Lat. l. 2. c. 55. p. 445. utrisque citatos, & *supra*, in voce *Guilielmus de Frigido Monte*.

450 HENRICI VIII. Regis Angliæ, *Assertionem VII. Sacramentorum, contra Dr. Martinum Lutherum*. Romæ 1543. in 4. *Joannis* FISCHERI opus esse vel solius, vel maxima ex parte; scriptum reliquit *Sanderus*, de Schismate Anglicano, lib. 1. ad A. C. 1535.

451 HERACLIDES quomodo cum HERACLITO confundatur v. in *Rhod*. n. 51. adde *Jonsium* Histor. Philosoph. l. 1. c. 2. p. 12. & l. 2. c. 11. ad 30. Heraclides diversos recensentem.

HERACLIUS VECCHIUS v. *infra*.

452 Fabii HERCINIANI nomine, *Rhabarbarum & Tubum Galilæanum, pro Ludovico Camerano*, Monachii 1625. in 4. *Jacobus* KELLER, Jesuita Germanus edidit, *Alegambe* p. 204.

Chri-

Christiani HESSIANDRI nomine, *Theodorus* BEZA, *de negotio Eucharistico* librum edidit A. 1571. ceu ex *Conr. Schlüsselburgio Draudius* Bibl. Class. p.116. affirmat. Exemplar hujus libri in 8 parvæ molis accepi ex Bibliotheca quadam inclyta, Heidelbergæ apud Matth. Harnisch 1574. excusum hoc titulo: *De Communicatione & vivifica Virtute Carnis Christi perpetua, Cyrilli, adeoque Ephesini concilii sententia, explicata & restituta,* 453
contra recentes horum temporum opiniones, *auctore* Christiano Hessiandro, cui adscriptum erat, subducto nomine fictitio *Christophoro* HERDESIANO JCto: ut adeò etiam illum in suspicionem compositi hujusce libelli incidisse colligas.

HIBERNORUM Salmanticensium Jesuitarum nomine, *Guilielmus* BATTEUS, Jesuita Hibernus, edidit librum hoc titulo: *Janua Linguarum*, seu *Modus maximè accommodatus*, *quo patefit aditus ad omnes Linguas intelligendas.* Industria Patrum Hibernorum Societatis Jesu, qui in Collegio ejusdem nationis Salmanticæ degunt, in lucem edita; & nunc ad Linguam Latinam perdiscendam accommodata. In qua nimirum totius Linguæ vocabula, quæ frequentiora & fundamentiora sunt continentur; cum Indice Vocabulorum, & translatione Hispanica ejusdem Tractatus. Salmanticæ apud Franciscum de Cea Tesa 1611. Opus est admirabile, quod Linguis omnibus accommodari potest. Verba sunt *Alegambes* p.168. 454

HIERONYMUS Stridonensis multa scripsit, quæ recensentur ad A.C.390. à *Trithemio*, nec non à *Bellarmino Possevino* & aliis auctoribus omnibus Ecclesiasticorum scriptorum historiam tractantibus. Editiones etiam variæ à *Coco, Riveto, Gerbardo, Oleario*, memorantur, quas qui curavere, multa supposita eidem esse unanimiter monent. Eorum præcipua, quæ auctores suos invenere, sunt ista. *I. Commentaria in Epistolas* 455
Paulinas omnes, PELAGII sunt, vel *Augustino* teste, *Bellarm.* p.112. *Coco* p.290. *Riv.* l.9. c.5. p.402. *Gerbard.* p.317. *II. Commentaria in Jobum,* 456
BEDÆ, *Presbytero Anglo* vindicantur, à *Bellarm.* p.111. *Coco.* p.292. *Riveto.* l.4. c.5. p.398. *III. Commentarius in Proverbia Salomonis*, eidem 457
BEDÆ per eosdem adscribitur. v. *Bellarm.* p.117. *Cocum* p.293. *Riv.* l.4. c.5. p.400. *Gerbard.* p.315. *IV. Commentarius in Threnos*, RABANO 458

Mauro

Mauro tribuitur à *Bell.*p.108.*Coco*.p.286.*Riv.*l.c.p.401.*Gerbard.*p.312. *V. De*
459 *iis, quæ in scripturis Deo tribuuntur*, est ANSELMI *de Vestimentis, & mem-*
bris & actibus Deo tributis, teste *Possevino* part.1.Appar.sacr.p.94.* *Epistolæ*
verò magno numero supposititiæ recensentur apud *Rivet*.l.4.c.7. p.405.
& seqq. Ex quibus auctoribus certis assignantur. *(1) Epistola ad De-*
460 *metriadem* CÆLESTIO *Pelagiano*. v. *Bell.* p.112. *Coc.*p.294. *Possev.*in Ap-
paratu, ejusque præfatione. *Gerbard.* p.317: refutata per *Prosperum*, v. *Riv.*
461 l.4.c.18. p.443. adde supra n.43. *in Ambrosio* dicta. *VII. (3) Ad Geron-*
tii filias, de contemnenda hæreditate PELAGIANA. *Bellarmin.* p.112.
462 *VIII. (8) Institutio amici in scientia Divinæ Legis*, PELAGIANA *Bell.* l. c.
Raynaudus COELESTIO eam adjudicat, de lib. mal. & bon. p.141.
463 *IX. (17) Symboli Explanatio ad Damasum*, PELAGII *Bell.* p.113. *Coc.*p.299.
464 *Gerh.*p.319. *X. De Hebraicis Locis*, ab omnibus *Hieronymo* quidem ab-
judicatur, sed EUSEBIO *Pamphili* demum assignatur à *Joh. Henr. Heideg-*
465 *gero*, Histor.Patriarchar.part.2.Exerc.3.§.19.p.96. *XI. Homiliæ in Can-*
466 *tica Canticorum*, ORIGENI tribuuntur à *Riv.* l.4. c.5. p.401. *XII. Ho-*
miliæ de Corpore & Sanguine Domini, EVSEBII *Emisseni*, aut CÆ-
467 SARIS *Arelatensis* esse, censentur *Coco* p.353. *XIII. De Nativitate*
S. Mariæ commentitium libellum, esse suppositum *Hieronymo*, ex *Erasmo*,
Cano, *Sixto Senensi*, *Molano*, *Bellarmino*, & *Baronio* probaverat *Cocus* pag.m.
307. at ex *Isaaci Casauboni* exercitationis I. diatribe 15. pag.m.99. demum
auctorem illius addidici. Verba *Casauboni* ipsa proferam. Ea sic habent.
Recte Baronius *judicat, cum* Hieronymi *esse negat librum, oppido insulsum*, De
Nativitate Sanctæ Mariæ, *quem superiorum seculorum imperitia maximo illi*
Viro attribuit. Sed dissimulatum ab eo nollem , summum Virum Erasmum,
multo ante ipsum de illo partu supposititio veram sententiam pronunciasse. Erasmi
judicium secuti sunt Melchior Canus *&* Sixtus Senensis, *atque hoc loco* Ba-
ronius: & aliquibus interjectis. *Ipse doli fabricator palàm hoc profitetur. Non*
enim libri auctor postulat haberi, sed interpres duntaxat. Verus auctor SELEU-
CUS, Manichæorum Apostolus, *notissimus* Hæreticus. *Hic est qui in libro B.*
Augustini *de fide contra Manichæos bis vocatur* LEUCIUS, *quod verè* Baro-
nius *monuit, sed &* LEONTIUS *in principio ejusdem libri appellatur. In acti-*
bus, ait Augustinus, *conscriptis* à Leontio , *quos ipsi recipiunt, intelligit autem*
eum

eum librum; *de quo* Pseudo-Hieronymus *iste initio. Quidam* Seleucus *qui passiones Apostolorum conscripsit, hunc libellum composuit, fortasse scripserat* Leucius: *nam etiam in Epistola* Gelasii,*ubi variè concipitur hoc nomen,prima syllaba semper abest. In Romana editione Decreti* Leuticius *aut* Leutius, *ut ibi adnotant docti Viri, in tomis* Conciliorum Leucius. *Scio tamen* SELEUCUM Hæreticum *legi apud* Philastrium, & Seleucianos *ab eo denominatos*, *apud* B. Augustinum. *Verba* Gelasii Papæ, *insignia sunt* : *Libri omnes*, *quos fecit* Leucius,*discipulus Diaboli*,*Apocryphi*. De Leucio hoc v. & *Raynaud*. p.161. &c.
XIV. Prologus in libros Machabaeorum ISIDORO tribuitur â *Coco* 468
p.309. *XV. Sermo de Assumptione Mariæ* SOPHRONII â quibusdam 469
creditur, sed minus bene, *Cocus* p.295. *XVI. Vita SS. Patrum*, variorum opus docetur esse â *Bellarm*. p.113. 114. *Coco* p.308. *Riveto* l.4. c.8. p.409. *Possevin*. in apparatu. *Gerh*. p.321. *Schoockio* de Fab. Hamelens. part.2. pag.41. edit. secundæ. Ex iis nominantur, præter ipsum Hieronymum, ATHA- 470
NASIUS, CASSIANUS, EVAGRIUS, PETRONIUS BONO- 471
NIENSIS, SOSIMUS vel ZOZIMUS &c. Alia 15. falsè *Hierony-* 472
mo tributa, vide longa serie separatim exhibita *ab Erasmo* post opera Hie- 473
ronymi, & recensita apud *Rivetum* l.4. c.7. p.407. 408. quæ nunc exscribere usq; ad
non lubet.

HILARIUS ARELATENSIS cum PICTAVIENSI quo- 489
modo in *Geneseos Carmine conscriptis capitibus* confusus sit, v. *Gerh*. 490
Patrolog. & *Olear*. abac. p.215. Hujus Pictaviensis *explanatio Psalmi* 491
127. ZENONI VERONENSI ab aliis adscribitur, teste *Th. Raynaudo* de mal. & bon. lib. p.142.

HIPPOCRATIS COI, magni illius Medici nomine, qui extat etiamnum περὶ τροφῆς sive *de Alimentis*, aut *Victus ratione* liber, jam 492
Galeni tempore ab aliis PHILISTIONIS, aut ARISTONIS, aut EURIPHONTIS, aut PHILITÆ omnium antiquorum Virorum, creditus fuit, ut ipse habet, de alimentis lib.1. c.1. pag. m.16. ubi legi meretur. Idem lib.3. Comm. Epidem. opus προρρητικῶν. sive *prædictorum* alterius HIP- 493
POCRATIS HERACLIDIS esse judicat, ut & tantopere celebratos
Aphorismos. Qua de re alias plura, quia nunc properare cogimur. 494

HIPPOLITHUS à Lapide, quas turbas dederit scripta
495 *Dissertatione de Ratione Status in Imperio Romano-Germanico*, quæ in 4. 1640. & postea Freistadii 1647. in 12. Batavis typis recusa prodiit aliquoties, notum est litteratis omnibus. Eam spectare ad Dn. *Joachimum* Transeum seu Dransé, Suecici Regni Legatum in Aula Brandeburgica Residentem, præter *Burgoldensem* Notit. Imper. seu in Instrum. Pacis part.1. disc. 3. p. 154. & disc. 12. p. 288. eique hoc accredentem Dn. *Geuler.* dec. 1. n. 2. & *Scavenius* asserit n. 85. Alii Affinem ipsius *Bogislaum* CHEMNITIUM substituere maluerunt, cujus nomen fictum esse putat *Leibnützius* pag. 88. in nova Methodo docendæ Jurisprudentiæ. Mihi ex relatione sæpius laudati Domini *Gotfried Mellem* Ph. & Med. Dr. Consiliarii & Medici Principalis Neoburgici, constat verum ejusce scripti auctorem fuisse nobilissimum olim Virum, *Joannem Joachimum à* RUSDORFF, Equitem Germanum, Consiliarium Electoris Palatini, Caroli Ludovici, qui zelo tanto ex Domini sui miseria sibi excitato correptus, invidiosum hocce in Austriacam Domum scriptum exaravit. Et sanè in hunc quadrat illud, quod ipse de se testatur auctor in eo opere, nimirum *se non stylo solo, sed etiam pilo Domum Austriacam oppugnasse*; castra enim primis juventutis suæ annis secutus, aulæ deinde se mancipavit, ac tandem aliquot obitis Legationibus Principis sui nomine, vita functus, Hagæ Comitis in templo prope aulam Reginæ Bohemiæ, Epitaphium honorificum habet. Extat sub illius vero nomine Volumen ingens in fol. 1640. excusum, cui titulus: *Vindiciæ Palatinæ, seu Assertio & deductio Juris inviolabilis successionis Seren. & Celsiss. Principis, Caroli Ludovici in Electoratum & Comitatum Palatinum*, quam refutavit *Joannes Adelzreiter* de quo *Oldenburg.* l. c. cujus etiam de hoc *Hippolithi* scripto judicia extant, ibidem & part. 1. disc. 10. p. 261. & 264. nec non part. 2. disc. 5. pag. 40. add. *Hildebrandum* Histor. Imp. sect. 3. *Hornig* de Jure postarum, qui periculosissimum hunc tractatum vocat. Alia quoque ab eodem esse scripta nec edita, sed Domino suo Electori Palatino ab ipsius morte transmissa, idem, qui superiora, mihi narravit: ut & *Schemam Europæam*, mihi nondum visam, si bene memini, absque auctoris nomine publicatam.

496 HOLKOTO malè adscribi opellam pro insipiente ANSELMI, docet *Th. Raynaud.* de mal. & bon. libr. p. 142.

HOLO-

HOLOFERNES Kriegs Oederus v. *infra.*

HONORIUS Reggius, eſt per Anagramma *Georgius* HORNIUS, Profeſſor Leidenſis, cujus alia multa hiſtorica lectu digna ſub genuino illius nomine habemus: ſub hoc autem fictitio prodiit, *de Eccleſia Anglicanæ ſtatu*, Dantiſci 1648. in 4. liber, ex quo Catalogum dogmatum erroneorum in Anglia frequentatorum citat (qui in ipſius Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ compendio repetitur, p.m. 393.& ſeqq.) v. *Th. Spizelii* ſcrutin. Atheiſmi 2.n.10.p.40. adde *Geuler.* dec.1.n.3. 497

OCTAVIUS HORATIANUS v. *infra.*

HORATII Urbani nomine, *Directionem ſervitutis Sanctiſſimo Puero Jeſu & Beatiſſimæ Virgini*, Viterbii 1630. in 16. edidit *Nicolaus* ZUCCHIUS, Italus Jeſuita, teſte *Alegambe* p.358. 498

LEONIS HUBERTI, vel HUBERTINI à S. DIONYSIO nomen, *Leonardo* LESSIO vindicatum v. *ſupra.*

HUGO GROTIUS v. *ſupra.*

HUGO de PALMA v. *infra.*

HUGO de S. VICTORE v. *infra.*

HYGINI *Fabulas*, quas nunc habemus, non unius eſſe auctoris, ſed ex variis collectas, jam aliquoties memoratus *Barthius* in adverſariis monuerat, ubi l. 10. c. 20. eum collectorem docet eſſe AVIANUM, ex vetere *Manuſcripto*. Isque ab *Avieno Ruffo* quod ſit diverſus v. l. 19. c. 24. adde l. 27. c. 4. 499

HYGINI Thalaſſi Jungermanni nomine, *Brevis deſtructio reſponſionis Joannis Riolani, ad experimenta Anatomica Jo. Pecqueti*, ſcripta *ad Jatrophilum Pecquetianum*, adjecta eſt *Experimentis novis Anatomicis Pecqueti* 1654. in 4. Pariſiis editis pag 187. & ſeqq. Eam eſſe *P. Petri de* MERSENNE in ſuburbio S. Germani Pariſiis degentis, ac inde cognomen hoc ſibi ſumentis, ex *Jacobi Mentelii* Med. Doctoris relatione ſuo exemplari adſcriptum habere vidi Dominum Martinum Fogelium, Med. Dr. & Polyhiatrum celeberrimum, ſuperius amicè aliquoties memoratum. 500

I.

501 JACOBI Minoris Apostoli nomine, â *Leucio* quodam aliqua fuisse divulgata, testatur *Innocentius* Ep. 3. ad Exuperium, citatus *Baron.* tom. 1. annal. A. 44. sect. 42. & *Rivet.* Crit. sacr. l. 1. c. 4. p. 123. Eum esse *Seleucum* v. supra n. 467.

JANUS NICIUS Erythræus v. *infra.*

IDIOTA, *diu hoc titulo se premens*, uti loquitur *Barthius* adversar. lib. 54. c. 9. hoc demum seculo emicuit â *Theophilo Raynaudo* Soc. Jes. productus & editus. Est autem, uti *Labbeus* refert p. 498. *Raymundus* JORDANUS Ord. S. Aug. Canonicus regularis, Uticensis primum anno 1481. (quæ vera ejus ætas est) deinde Cellensis ad Carum in Biturigibus Cubis Abbas. Scriptor omninò doctus & cordatus, cujus opera omnia

502 Parisiis ann. 1654. excusa, & quidem hac serie: *Contemplationes undecim* nimirum, *I. De miserabili cursu vitæ præsentis. II. De innocentia perdita. III. De conversione per XII. menses anni spiritualis. IV. Duodecim fructus Spiritus producentis. V. De conflictu assiduo inter animam & carnem. VI. De 7. donis Spir. S. contra 7. peccata mortalia. VII. De Spir. S. adjutorio & offic. VIII. De octo Beatitudinibus. IX. De Amore divino* (quam quidem *Henr. Sommalius* cum Soliloq. & Manuali *D. Augustini* edidit. Colon. Agr. 1631. & 1639. *X. De Patientia. XI. De Morte*, & *XII. de Deipara*: porro, tract. *De*

503 *B. Virgine, de Statu Religioso libri tres, de Oculo Spirituali, Regula Vitæ*

504 *Christianæ*, & *in Psalm. 15. Paraphrasis*, quam tamen cum regulis modo

505 dictis, ad *Joann. Picum* MIRANDULANUM Comitem ann. 1494.

506 clarentem, potius referendam censet *Labb.* l. c. Hactenus *Olearii* verbis lo-

507 cutus sum, extantibus in abaco ejusdem Patrologicô p. 229. & 230. Ipsum *Raynaudum* vide in *oculo Mystico Idiotæ*, sub vero nomine *Raymundi Jordani* edito. Lugduni 1641. in 12. & præfatione *Idiotæ Sapientis*, ex MSS. Lugdunensi, integrè recensiti, aucti, & notis illustrati, Lugd. 1632. Item de mal. & bon. libr. p. 137. 153. & 135. adde *Cocum*, Censuræ p. 429. 430. *Possev.* in apparatu Bell. ad A. C. 1305.

508 IDITHUM an *Psalmum* DAVIDIS 39. fecerit, vide apud auctores *supra* ad nomen *Aggæi* citatos.

Joan-

Joannis JEMICII nomine, scripsit ediditque *Petrus* PAZMAN, Jesuita Hungarus & Cardinalis, *Peniculum Papporum Apologiæ Solnensis* 509
conciliabuli &c. Posonii 1611. in 4. docente *Alegambe* p. 393.

JEREMIAS, an auctor *Psalmi* DAVIDIS 65. v. *supra Ezechiel* & 510
Aggæus. JEREMIÆ quoque nomine libros *Baruch* citari ab antiquis Pa- 511
tribus, docet *Sixtus Senens.* l. 1. p. 26. *Bell.* ad A. M. 3366. v. *Posser.* appar. sacr. T. 1. p. 186. & seqq. *Hornei* de S. Scriptura p. m. 277. adde præfationem *Lutheri*, & præcipuè *Jo. Gerhardi Exegesin,* l. 1. c. 7. n. 222. pag. 232. neutrius esse, sed Apocryphum asserentis.

Danielis à JESU nomine, scripsit Anglicè *Joannes* FLOYDUS, 512
Jesuita Anglus, *Apologiam Sedis Apostolicæ, quoad modum procedendi circa regimen Catholicorum in Anglia,* deinde latinè recusam Rotomag. 1631. in 8. teste *Alegambe* p. 142.

JESUALD PICKARD v. *infra.*

Ferrante IMPERATO Neapolitano. Sub hoc nomine
prodiere, *dell' Historia* NATURALE, *libri XXVIII. nella quale ordinatamente si tratta della diversa conditione di minere & pietre, con alcune Historie di Piante & animali fin hora non date in luce* Napoli 1599. in folio. Hujusce libri verus auctor fuit *Nicolaus Antonius* STELLIOLA, qui 100. scutatos accepit ab Imperato, ut nomen illi suum præfigere permitteret. Is est, qui *de Telescopio* quoque scripsit, ubi Typographus in præfatione ad Lectorem hæc habet: *Che n'il nostro Autore* (il detto Stelliola) *sia stato celebre, oltre il nome famoso acquistato, è stato celebrato, molti anni sono, da Ferrante Imperato nella sua Historia Naturale così nota, che nella sua Epistola al Lettore dice, esserne stato non puoco giovato: & si conosce dello stile massime nelle cose celesti* · adde *Nicol. Guibert.* de Murrhinis c. 1. in fine. Plura de hac re dicturum se promisit honoratissimus Amicus & Civis meus, Dominus *Martinus Fogelius* in *Historia Lynceorum* jam jam edenda. 513

DONAES INDINAU v. *supra.*

INGOLSTADIENSIS Collegii Jesuitici nomine, *Gloria* 514
bellica Serenissimi Maximiliani, Ducis Bavariæ, libri XX. editi sunt 1623. in fol. à *Georgio* STENGELIO, Jesuita Augustano, teste *Alegambe* p. 158.

JOACHIMI Monachi nomine, *Vaticinia de Romano Pon-* 515

tifice A. 1608. Francof. prodiere, cum notis *Joannis* ADRASDER, quæ ab ipso conficta esse, criminatur *Carolus de Visch* Bibl. Cisterciensis p. 174.

516 JOBI liber, quomodo malè Salomoni â quibusdam tribuatur, occasione lapsus memoriæ *Nazianzeni* vide apud *Bellarm.* de Script. Eccles. p.m. 5. Ibidem MOSI â pluribus eum tribui, sed malè, docetur, adde citatos initio cap. 1. Anonymorum.

517 JOHANNIS Apostoli nomine, â LEUCIO conficta quædam, *Innocentius* Ep. 3. ad Exuperium refert, v. supra *Andreas* & *Jacobus Minor*.

518 JONADÆ filios malè credi auctores *Psalmi 71.* DAVIDIS, docet *Sixtus Senensis* p. 14. lib. 1. adde citatos supra ad nomen *Aggai*.

JOSUAPHUS Christodulus, vocari voluit *Joannes* CANTACUZENUS, ex Imperatore Constantinopolitano Anno 1360. libera
519 sua voluntate Monachus factus, sub eoque nomine scripsit *Historiam* luculentam *de Imperio Andronici Junioris, & suo.* Postêa prodiere sub ipsius nomine aliquoties, & tandem Parisiis ex Typographia Regia 1645. in folio, cum *Jacobi Pontani* Interpretatione, & notis *Jacobi Gretseri* Jesuitæ, sub nomine Ἰωάννου τοῦ Καντακουζηνοῦ ἀποβασιλέως, ubi vide vitam ejus præfixam, & *Voss.* de Histor. Gr. l. 2. c. 29. p. 310. & addendis p. 544. *Zeiler.* de Historicis. part. 1. p. 24. & part. 3. p. 48. adde *Gesner.* p. 252. & 253. edit. Simler. ubi alia scripta quoque illius enumerat, in quibus illa contra Mahometem Alcorano juncta, lectu sunt omninò dignissima.

IRENÆUS EUBULUS v. *supra*.

520 IRENÆI Philalethæ *Commentarius rerum sui temporis in Scotia gestarum*, Dantisci 1641. in 8. prodiit. Sub hac persona latere *Ludovicum* MOLINÆUM, *Jacobi Revii* testimonio probat *Scavenius* n. 77.

IRRESOLUTI Academici nomine, collectore Joanne *Fran-*
521 *cisco Polello*, edidit *Carolus* PAPINUS, Jesuita Italus, *Flores sacræ Poëseos*, Romæ 1625. in 12. prouti notat *Alegambe* p. 69.

ISIDORO Hispalensi, quam malè tribuatur *de Ecclesiasticis*
522 *dogmatibus* liber, v. *supra* in *Augustini* scriptis Pseudonymis. De *Commen-*
523 *tariis* verò eidem *in libros 4. Regum* malè tributis, & ad alium, nescio quem, ISIDORUM pertinentibus, vide *Th. Raynaud.* de mal. & bon. lib. p. 146.

ISO-

ISOCRATI, Platonis atque Socratis Auditori, *Orationem ad* 524
Demonicum, frustra abjudicatam, & ad alium ei cognominem relatam, docet *Colomesius* Cimel.litterar.c.9.add.c.18.

JULIANUS POMERIUS v. *infra.*

JULIUS ROSBECIUS v. *infra.*

JULIUS de MONTE v. *infra.*

JULIO Papæ Romano, liber de *Incarnatione*, ab APOLLI- 525
NARI *Hæretico* conscriptus, olim suppositus fuit, teste *Eulog.* orat.3. apud *Photium* Cod. 230.

JUNILIO, Episcopo Africano, tributa *Commentaria in Gene-* 526
seos prima capita, BEDÆ Venerabilis docent esse *Bellarm.* de Script. Eccles. ad A.C.545. p. m.167. *Cocus* Censur p.393. *Sixtus Senensis* Bibl Sanct. l.4. p.340. *Th.Rayn.* de lib. mal.& bon.p.147. *Rivet.* Crit.sacr.l.4. c.28.p.491. *Gerhard.* patrolog. p.499. *Olearius* p.280. & alii hisce laudati plures.

Stephanus JUNIUS BRUTUS v. *supra.*

Thomæ JUSTINOPOLITANO, Catholicissimo Præsidi, suppositæ sunt *Conciones Bernardini* OCHINI, inquit *Raynaudus* part.1. 527
Erot 10.§.3. n.267. de Concionibus hisce *Ochini*, aliisque scriptis, vid. notata nobis ad n.50. *Rhod.*

S. JUSTINO Martyri, *Epitomen Trogi Pompeii* historicam 528
adscriptam à *Martino Polano*, ridet *Th.Rayn.* de mal.& bon.lib.p.147. ibidem plures *Justinos* confusos inter se memorans.

JUVENALIS nomen *Satyram* SULPITIÆ prætulisse olim, v. 529
apud *Barth.* advers.lib.19.c.16.p.2811. quem exscripsimus infra in *Tibullo.*

K.

THomas à KEMPIS, an sit *Jo.* GESSEN vel GERSEN, an contra, vid. *supra.*

KORAH filii *Psalmorum* DAVIDIS aliquot auctores an 530
fuerint, v. supra *Aggæus.*

Eduardus KNOTTUS, vero nomine est *Matthias* WILSO- 531
NUS, de quo infra v. *Smithius.*

Holo-

532 Holofernis KRIGSOEDERI, Landsperga Bavari, *responsio ad Epistolam Isaaci Casauboni*, *Regii in Anglia ArchiPædagogi, pro Viro Clarissimo Gaspare Scioppio*, Ingolstadii 1615. in 8. Ipsius esse SCIOPPII foetum, & stylus facilè detegit, & auctores alii confirmant, & agnoscit *Scavenius* n.74.

L.

533 LACTANTIUS Firmianus, Arnobii Discipulus, conscripsit aliqua: verum illi tributa *Carmina*, v. gr. *De Passione Domini*, item
534 *De Resurrectione*, *& Paschate*, quæ *Venantii* FORTUNATI omnia esse, dicit *Voss.* de Poet. Lat. p. 55. *Lactantii* non esse, omnes consentiunt. vid. *Bell.* ad A. C. 290. *Cocum* p. 180. 181. *Rivet.* l. 2. c. 18. *Th. Rayn.* de lib.
535 mal. & bon. p. 147. qui etiam LUCTATII *Commentarium in Tacitum*,
536 Lactantio ridicule suppositum â nonnullis indicat, & *Carmen de Phœnice*, THEODULPHO Aurelianensi â *Jacobo Sirmondo* tributum, non ejus, sed alterius Ethnici hominis esse docet, in quo omnes ante laudatos consentientes habet.

537 LÆLIUS Fulginus, est *Julius* RECALCHUS, *Rhod.* n. 1.

Pompeji LAMPUGNANI nomine, prodiit scriptum, cui
538 titulus: *Justi Lipsii in Corn. Tacitum Notæ cum Mss. Codice Mirandulano collatæ*. Bergomi 1602. cui opponitur *Justi Lipsii Dispunctio Codicis Mirandulani*, editionibus annotationum ipsius posterioribus adjecta, arguta sanè, & fucum suppostitii vel mentiti Codicis egregiè diluens. Illum *Lampugnanum Hippolythum à* COLLIBUS, Consiliarium Archi-Palatinum esse, tradit *Scavenius* n. 87. qui utinam rationem notitiæ addidisset, nam *Melchior Adami* in vita ejus p. 451. & seqq. inter vitas JCtorum enarrata, nihil hac de re meminit. V. Cl. *Thomasius* tamen §. 117. doctissimi sui nuperi de plagio litterario scripti, exemplar sibi visum testatur, cui nomen Hippolythi quidam ignotus adscripserat.

539 Pamphili LANDI nomine, *Emblema Academiæ Partheniæ Collegii Romani S. J. cum explicatione*, Romæ 1594. in 4. divulgavit *Julius* NIGRINUS, Jesuita Genuensis, scribente *Alegambe* p. 292.

540 Hermannus LANGEVELTIUS, est *Nicolaus* FUSIUS, v. *supra Harteveltius*.

HIP-

HIPPOLYTUS à LAPIDE v. *supra.*

Pacati LATINI nomine, excusa *dissertatio de Induciis Belli Belgici* A. 1609. in 4. sine loci mentione, *Dominico* BAUDIO adscribitur à *Valer. Andrea* Bibl. Belg. p. 192. & *Fr. Swertio* Athen. Belg. p. 221. 541

Bernardinus LAURETANUS, est *Carolus* SIGONIUS *Rhod.* n. 20. 542

D. LEIDHRESSERI *super doctrinæ capitibus, inter Academiam Parisiensem & Societatis Jesu Patres controversis, dissertatio Politica duobus libris comprehensa*, Francof. 1613. in 8. edita prostat, & jura Politica Magistratus contra Pontificios, maximè verò Jesuitas egregiè defendit. De ea sic *Is. Casaubonus* Ep. 245. *Liber* Ledresserio *inscriptus, ab amico meo est compositus, Viro pietate & doctrina insigni, cujus verum nomen sine dubio audisti, is est Desiderius* HERALDUS, *qui* Arnobium *olim, nuper* Tertulliani Apologetica *edidit: plura ab eo ingenio volente Deo sperari possunt.* Contra eam scripsit *Epistolam ad amicum Gallum, super Dissertatione Politica* Leidhresseri, eodem anno eadem forma excusam *Andreas Eudæmon, Joannes Cydonius*, Jesuita Cretensis. 543

LEODIGARII Quintini Hedui, Theologi antiqui, *de vera Martyrii notione, contra Tho. Huntadum*, Lugd. 1656. in 8. excusum Tractatum, *Theophili* RAYNAUDI libris annumerat, *Petrus Scavenius*, in Designatione sua librorum Danicæ Regiæ Bibliothecæ à se coemptorum absque nomine prodita Hafniæ, 1665. in 4. pag. 67. Nomen mutuatum ab aliquo *Leodigario*, cujus extat impressa *præfatiuncula in Martialem*. 1556. 4. & *oratio auspicatoria in Timæum Ciceronis*. Paris. 1557. 4. 544

Leo Hubertinus à S. DIONYSIO v. *supra.*

LEONIS primi Episcopi Romani, non esse creduntur *Epistolæ adversus Eutychen*, quas PROSPERO *Aquitanico* imputavere nonnulli, non satis firmis argumentis nixi, quemadmodum docet *Rivetus* l. 4. c. 22. p. m. 462. & *Theoph. Raynaudus* p. 148. *Leoni* asserere easdem malentes. Eidem tributus *Sermo de Absolone* CHRYSOSTOMI, 545 546
Sermo de Epiphania & V. *de Quadragesima*, liberque *De Virtutum* 547
& vitiorum conflictu, de quibus omnibus v. supra in *Augustino*. 548

549 Ludovici LEOPOLDI libellum Germanicum, *de Erasmi Roterodami & Martini Lutheri sententia*, *circa cœnam Domini*, esse *Leonis* JUDÆ, Theologi Germani, qui eundem A.1576. conscripsit, præter *Schlüsselburgium* in Theologia Calvinistica, & ex eodem hoc enarrantem *Draudium* p.116. Biblioth. Theologicæ. Idem memoriæ consignatum reliquit, ejusdem vitam enarrans *Melchior Adami*, Theologor. Germanor. p.96. hisce verbis: *Hoc etiam fortè non præter mittendum: prodiisse aliquando sub initium belli Sacramentarii, Libellum Germanicum, sub nomine* Ludovici Leopoldi, de Erasmi Roterodami & M. Lutheri Sententia circa cœnam Domini, *cujus ipse* Leo Judæ *auctor fuit. Argumentum autem ejus scripti hoc fuit, Erasmum & Lutherum, nondum incalescente contentione, ita orthodoxè sensisse & scripsisse, ut de Spirituali præsentia & manducatione Corporis Christi, ὁμοψήφως cum Tigurinis Pastoribus docuerint. Et hunc libellum ideo scripserat Leo, ut errore cognito, in viam veritatis redirent. Sed Erasmus graviter id molesteq; tulit, & ad Helvetios, Badenæ tunc congregatos epistola acerbè conquestus est, injuriamque sibi fieri protestatus, cui & Libellum Apologeticum submisit. Contra* Leo Judæ *edidit Libellum, quo se illius scripti auctorem profitetur: ac se purgat, non esse novum, ut libri absq; auctorum nominibus edantur: sed & apud Orthodoxos antiquos usitatum fuisse: deinde se alia quoque ante hac in lucem emisisse, quibus non metu vel fraude ulla, sed modestiæ & humilitatis potius, ac cavendi præjudicii causa, nomen suum non præfixerit: insuper Erasmum ejusdem fraudis, (si fraus dicenda sit) convinci, qui seditiosum Dialogum,* Julii *nomine inscriptum, non apposito veri auctoris nomine, publicarit: deniq; nihil se in scripto illo posuisse, quod non de verbo ad verbum in* Erasmi *libris reperiatur. Itaque non nebulonem, non mendacem se esse.* Hactenus *Melchior Adami.* Porro sciendum, Apologiam, cujus hic meminit, extare hodieque in Operum *Erasmi* Tomo IX. pag. 1280. sub titulo: *Detectio Præstigiarum Libelli cujusdam.* In hujus Apologiæ Exordio acerbè contra eam rationem scribendi tecte absque nominis sui professione declamat. Vide præterea, si lubet, *Historiam Sacramentariam Lavaterii*, & *Ecclesiasticam Osiandri*, ubi plura de hujusce generis scriptis reperias.

550 Thrasybulus LEPTA, qui Commentarium Anno 1590. composuit, *de Vita & rebus gestis Georgii Ludovici à Seinsheim*, *Andreas* DINNERUS JCtus creditur à *Zeilero* part. 2. de histor. Chronol. &c. p. 85.

LESCHUS, est *Michael* SENDIVOGIUS, v. *Rhod.* n. 56. 551

LIBERII Sangæ *peniculus foriarum Elenchi Scaligeriani*, *ad Clar. Bonarscium* (de quo vide suo loco) Metelloburgi Matthiacorum, id est, Antverpiæ A. 1609. in 12. eundem quod habeat auctorem, quem *Vindiciæ Areopagiticæ contra Jos. Scaligerum*, Lugd. 1607. in 8. editæ, nempe *Martinum Antonium* DELRIO, auctor est *Valer. Andr.* Bibl. Belg. p. 645. & post eum *Alegambe* p. 325. *Fr. Swertius* p. 52. hujus auctoris scripta enumerans, hac de re altum silet. 552 553

LIBERIUS Vincentius, est *Nicolaus* CRASSUS, vid. *Rhod.* num. 30. 554

LICENTIUS EVANGELUS v. *supra.*

Publii LICINII nomine, Italicè *Il Trofeo Amoroso: Il simolacro della Bellezza: L'Elpidio Consolato*, & alia quoque sub incerto nomine à *Nicolao* CRASSO, Patritio Veneto, vulgata memorantur apud auctorem *Academiæ Incognitorum* Italiæ p. 341. & seq. 555 556 557

Justi LIPSII nomine, *de Duplici Concordia litterarum & religionis*, editas *Orationes*, non esse ipsius, sed *Melchioris* GOLDASTI. *Miræus* in vita Lipsii pag. m. 67. refert. Carolus etiam *Scribanius* Jesuita, cap. ult. defensionis posthumæ, Lipsii operibus in folio præfixæ, aliquot jam ante mensibus, quam Orationes istæ habitæ perhibentur, Lipsium Jena discessisse, audacter scribit; sed vide refutationem hujusce mendacii factam à *Sagittario* in *Lipsio Proteo*, Francof. 1614. edito. 558

Gerardi LISTRII *Commentarium in Erasmi Roterodami Encomium Moriæ*, aliquoties apud Belgas editum, non Listrio, cujus etiam alios libellos habemus, sed ipsi *Desiderio* ERASMO deberi, *Petrum Opomerum* in opere suo Chronographico prodidisse, *Valerius Andreæ* auctor est pag. m. 277. ubi multorum incommodorum ipsi libellum huncce caussam fuisse narrat, unà cum *Melchiore Adami* in vita ejus, & *Hottingero* in dedicatione thesium Philologicarum ubi crabrones ipsum irritasse, & omni ferè gratia excidisse per hoc opusculum scribit. 559

LIVIUS NORINGIUS v. *infra.*

Petri LOMBARDI *Liber sententiarum*, à nonnullis BANDINO adscribitur, inquit *Genebrardus* in Chronolog. ad A. 1175. quam 560

litem prolixè agitatam ægre definit V.Cl. *Jacob. Thomasius* de plagio literario §.493. & seqq. post quem Homerum Iliada pangere nolumus.

561 Adriani van LOO *Excitatorium Catholicum*, *ad Hæreticos*
562 *Lovanii*, typis Flavii 1612. in 8. & *Anatomiam* sive *Apologiam pro eodem adversus Abrahamum Costerum*, *Ministrum hæreticum*, ibidem typis Hastenii 1619. in 4. inter libros *Thomæ* SAILII, Bruxellensis Jesuitæ, recensent *Valerius Andreæ* Bibl. Belg. p. 829. & *Alegambe* p. 436. & *Fr. Swveertius*, pag. 695. de ficto nomine nihil quidquam addens.

LUDOVICUS LEOPOLDUS v. *supra*.

563 LUDOVICI Romani nomine Reinke Fuchs prodiisse videtur ex iis, quæ habet *Franciscus Irenicus*, sive *Phil. Andr. Oldenburgerus* pag. 10. indiculi Collegio suo in Burgoldensem subjecti, v. in *anonymis* supra c. 11. num. 350.

Raymundos LULLIOS duos confusos, prolixe docet *Th. Raynaudus* de mal. & bon. libr. p. 152. 153. cui adde verba *Nicolai de Hauteville*, Doctoris Parisiensis, è libro ipsius Gallico, inscripto: *L'Esprit de Raymond Lulle*, quem adjunxit alteri *L'art de bien discourir*, in qua Lullianam artem disserendi aliquantisper immutatam, & exornatam tradit. Ea sic se
564 habent: Sect 4. §. 8 p. m. 438. *Ceux qui subconnent d'heresie un homme si reli-*
565 *gieux, ne sont pas bien. non plus que ceux, qui luy attribuent les erreurs de* Raymond Lulle Theophyte, *& les deux cens articles* d'EMERIC &c. v. *Bell.* ad A. C. 1290. p. m. 261. 263.

Lucæ LUNOWSKI nomine *Polonicum Dialogum Cursoris*
566 *& Nautæ, de violenta Gedanensium Monialium S. Brigittæ, per hæreticos facta proscriptione*, scripsit *Gaspar* SAWIKI, Jesuita Lithuanus, teste *Alegambe* pag. 152.

Alcinius LUPA v. *supra*.

LUPUS Servatus. Confunduntur duo Lupi, unus SERVATUS, alter FERRARIENSIS, Abbas S. Benedicti, & malè huic posteriori adscribitur in editione prima anni 1648. Tornaci in lucem missa, liber
567 *de tribus quæstionibus*, qui est *Lupi Servati*, ut demonstrat *Renatus Devitræus, uti se vocat* (*vereor enim ne personatus sit*) *in præfatione, quam præmisit editioni suæ anno 1650. sine mentione loci aut typographi; quantum ex typis conjicere possum, prodiit in lucem in fœderato Belgico: quibus adjicio Elogium*

Mare-

Maresii *ex ejus Papissa Johanna.* p.23. *Nolim disquirere an quid sit discriminis, inter* Lupum Servatum & Lupum Ferrariensem. *Affirmat quidem* Renatus Deviræus, *præfatione ad* Lupi Servati *libellum de tribus quæstionibus, recusum* anno 1650. *ad exemplar, quod anno præcedenti Duaci prodierat ex Mss. Codice Monasterii Elnonensis, vulgo S. Amandi in pabula: negant Miræus & multi alii, ut observat* Mangninus, *præfatione sua ad eundem libellum, anno eodem* 1650. Hæc ferè totidem verbis ex missis ad me liberali manu excerptis hujus argumenti, â nunquam satis laudato Consultissimo Domino *Gerhardo â Mastricht*, JCto & PP. Electoralis Academiæ Teutoburgicæ.

M.

ÆMilius MACER. De illius libro *de herbis*, ita scribit *Paul. Colomesius* Cimelior. litter. c.6. p.10. *Non me latet multorum manibus hodie teri libellum* de Herbis, *sub* Macri *hujus nomine; verum falsissimè ei tribuitur. Verus Auctor est* ODO *quidam Medicus, ut se in veteri Codice legisse testatur Vir ævo suo non ineruditus* Gaudentius Merula lib.1. cap. ult. *Antiquitatum Galliæ Cisalpinæ, cujus loci indicium fecit Reverendus Parens.* 568

Nicodemus MACER, est *Ascanius* PERSIUS v. *Rhod.* n.49. 569

Juliani MAGENHORST nomine, prodiere *Commentarius in Ordinationem Judicii Cameræ Imperialis*, Francof. 1601. in 8. item 570
Centuriæ Observationum Cameralium, ibid. in 8. 650. Eum nobis de- 571
tegit *Christoph. Schwanmannus* Observat. 161. n 6. edit. ult. verbis hisce: *Commentator in Ordinationem Cameræ, Casparus* KOCH, *Jurium Licentiatus, (juxta* Johannem Meisnerum *in decis. Tom. 1. lib. 2. decis. 2. n. 21. §. Quintum dubium &c.* & Ernest: Cothman, *Respons. 59. num. 302. fol. 103.) qui fuit* Assessor Cameræ, *Anno* 1548. *teste* Christiano Barth, in den Kayserl. Cammergerichts Bescheiden. *Tomo 1. in principio in Tabula personarum Cameræ Imperialis &c.* Et Georgio Wilbrando Wormser, *Advocato Cameræ Imperialis, ad jus Camerale* Petri Denaisii *circa fin. fol. 883. quem* Kochium *agnatum suum appellare solebat, Consultissimus Dominus*, Casparus Koch, *Jurium Doctor, Cancellarius ArchiEpiscopus Bremensis, Vir pacificus, Affinis & Amicus meus magnus, optimè de Archi-Episcopatu & conservanda germana libertate & concordia meritus.*

572 MAGNINUS Mediolanensis vindicavit sibi *de regimine sanitatis* opus, quod revera est *Arnoldi de* VILLA NOVA, Cathalani, cui tamen aliqua etiam falsò tribui, ex enarratis â se testatur, *Valerius Andreæ Taxander* scriptor. Hispaniæ p.28. & 29. v. *Borellum*, sub nomine Arnoldi p.28.& seq.& Villanovani p.217. & seqq. *Lindanum* de script.Medicis pag.56.57. & 454.edit. ultimæ.

573 Jacobus MAINOLDUS, quomodo sit *Carolus* SIGONIUS, v. *Rhod.* n.13.

574 Alberti MALBERG *Schola affectuum,* hoc est *Brevis & Methodica moderandorum affectuum, per media tum generalia tum particularia, Institutio, ex doctrina quorundam è Societate Jesu Patrum,in gratiam Parthenicæ Societatis concinnata, eidemq; Xenioli loco oblata, opera* R.D. Alb. Malbergi,Colon 1625. in 12. *Philippo* BEBIO, Jesuitæ, asseritur â *Valerio Andreæ* pag. 768. *Alegambe* in appendice ultima p. 555. *Fr. Swertius* eum etiam cum omnibus suis scriptis omittit.

575 Joannis Richardi MALCOMESII *Commentarium novum in VVesenbecium, cum annotationibus & remißionibus* 1669 Francof. editum, esse Viri Consultissimi quondam, atque Professoris Altorfini, *VVilhelmi* LUDWELLI, ex Bibliopola sibi cognitum perscripsit mihi Dn.*Gerhardus von Mastricht*, JCtus & PP. in Electorali Academia Teutoburgica, cujus symbolas huic opusculo meo collatas jam aliquoties prædicavi.

576 Guilielmum MANDERSTONUM Scotum, *Hieronymus* ANGESTUS, *editi sui ipsiusmet Guilielmi nomine operis de Virtutibus, ab Angesto ipso conscripti, reum egit in illius operis iterata editione. Nec aliud excusare potuit* Manderstonus, *quam amicitiam, quæ omnia facit communia.* Verba sunt *Th.Raynaudi* de mal. & bon. lib. p.165. & 166. allegata etiam *Thomasio* de plagio litterar. §. 504.

MANETHO est ANNIUS *Viterbiensis*, *Rhod*,n.18.

D. Petri MANRIQUE Licentiati nomine, â P. *Josepho* CRESWELLO liber *Guilielmi Battei*, Jesuitæ Hiberni, editus est, sic in-
577 scriptus: *Apparatus ad administrandum Sacramentum Pœnitentiæ, majori cum facilitate & fructu, & percipiendos admirabiles effectus, quos Sacra*

Eucha-

Eucharistia proferre in iis solet, qui ad eam ritè parati accedunt. Mediolani per Marcum Tullium Malatestam 1604. seu, ut ex fine libri constat, 1614. Verba sunt *Alegambes* pag. 168. & 169.

MARIANGELUS à FANO S. Benedicti v. *supra*.

Franciscus MARINIUS, *de Scopo Reipublicæ Polonicæ,* 578
adversus Hermannum Conringium, Vratislaviæ 1665. in 12. *Johannes* SAX (aut SACHS) Fraustadiensis Polonus, illius scripti auctor fertur. Verba sunt Consultissimi Domini *Friderici Geuleri* jam aliquoties laudati, dec. 1. n. 7. cujus in hoc argumento studium excitavit meum, uti jam supra pluribus memoravi.

Cl. MARIUS Aretius est ANNIUS *Viterbiensis* v. *Rhod.* 579
num. 18.

MARTIALIS, Lemovicensis Episcopi, *Epistolas* supposi- 580
titias esse, notavit jam ipse *Bellarm.* de script. Eccles. ad A. C. 71. p. m. 44. 45. licet alibi pro genuinis eas citet. Adde *Cocum* Censur. p. 98. & seqq. *Rivet.* Critici sacri l. 1. c. 7. aliosque, sed quorum nemo auctorem detegit, quod sciam, nisi *Casparus Barthius* Adversarior. l. 45. c. 7. p. 2069. cujus hæc sunt verba: *Quod si, cum tam antiquum non esse demonstratum sit, quis ex me scire velit, quem arbitrer conditorem harum* Epistolarum, *in eo me esse dicam, ut censeam, alium auctorem esse neminem, quam* AURELIANUM, *qui vitam* Martialis *scripto etiam commendavit, non quidem tali, ut fidem facere posit sese eum esse, ut fertur, qui ab ipso* Martiali *sit suscitatus è mortuis, sed ejus generis, ut nec genus dicendi, nec mores consuetudoque temporum, quorum mentio in Epistolis & vita par ferè deprehenditur, à sese invicem dissentiant, sed dici verè possit, unum ambarum commentationum esse auctorem. Vixit autem is* Aurelianus *sub Arnulfo Imperatore, Clericus Rhemensis, aliis etiam scriptis notus, ad annum Christi 900. ut notat* Joannes Tritthemius, in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum. plura v. c. 21. ejusd. libri & lib. 57. c. 1.

Angeli MASARELLI nomine edidere A. 1582. *contra Librum D. Jacobi Schroppi, de re Sacramentaria, Epistolam monitoriam* NEO- 581
STADIANI Theologi, quasi Romæ per Typographum Apostolicum excusam, quam tamen Alpes, nedum Romam vidisse negat *Schlüsselburgius*, apud *Draudium* Bibl. Class. Theolog. p. 117.

MASSONII nomine *Anatomiam Universalem, Germanicè* 582
contra

contra Augustanæ religionis Consortes, maxime Mattheum Hoe, *ejusq. asseclas, scripsisse Christianum* BECMANNUM, duobus primo, dein 4. voluminibus impressam, brevique in folio iterum prodituram, ex relatione fide dignorum se habere, perscripsit ad me laudatus jam sæpius JCtus, *Gerhardus von Mastricht*.

MASOTTO Galistoni, est *Angelicus* Aprosius. vid. *Rhod.* n. 40. & *supra* n. 382.

ALEXIUS à MASSALIA v. *supra*.

583 MATTHÆI Apostoli nomine editum *Evangelium Hebraicum*, a *Sebastiano* MUNSTERO editum, ab eodem esse confictum, adserunt Pontificii, v. *Possevin.* Apparatus sacr. præfat. & *Th. Raynaud.* de mal. & bon. lib. p. 163. vide ea de re *Gomari* dissertationem peculiarem. *Hottingerum* Philolog. sacr. l. 2. c. 1. sect. 5. p. 513. ubi neque Matthæum Hebraicè scripsisse, neque Münsteri textum veteris Hebraismi succum habere notat. adde *Joh. Gerhard.* Exeges. S. Script. c. 9. n. 243. Eum *Munsterum Esdram Germanicum* audivisse, propter hæc & alia Volumina, *Tobiæ* v. gr. &c. quæ testatur suo loco, vide *Thuan.* histor. l. 1 . notat.

584 MATTHIÆ Apostoli nomine, LEUCIUS quidam quomodo scripserit olim, v. supra in *Jacobo Minore*.

Rabano MAURO supposita est in editione nupera Coloniensi,
585 *Expositio in Regulam S. Benedicti*. An ex fide veterum Codicum, me latet; nullus tamen proditur. Et è contrario, bene multi, qui operum Rabani indices texuerunt, & referuntur in fronte Tomi primi ejusdem Rabani, nullum agnoscunt Commentarium Rabani in Regulam S. Benedicti. Disertè verò Aimonnius serm. de S. Benedicto, expositionem, quæ recens tribuitur Rabano, ait esse SMARAGDI, verbis illis: (Smaragdus quoque, expositionem in ipsius Regulam commentatus, hos præmisit versiculos: *Quisquis ad æternum mavult concedere regnum &c.* quod est initium carminis præfixi huic expositioni recens Rabano suppositæ. Verba sunt *Theophili Raynaudi* de mal. & bon. lib. p. 152.

586 MAXIMO Sermones AMBROSII & AUGUSTINI quomodo
587 suppositi sint v. apud *Rivet.* Crit. Sacr. L. 4. c. 23. p. m 463. 464.

588 Andreæ MEDZYBOZII nomine, *Disputationem de Ecclesia non inutilem esse, contra* Faustum Socinum, Arianum, fortiter pro Ecclesia dimi-

dimicavit *Albertus* ROZCISZEUSKI, Jesuita Polonus, verba sunt *Alegambes* p.10.

MEGASTHENES, est ANNIUS *Viterbiensis*. *Rhod* n.18. 589

Joh. Francisci MEI nomine, scripsit *Franciscus* RAINALDUS, Jesuita Italus, *Modum præparandi se ad festum Nativitatis Domini*, Viterbi in 16. teste *Alegambe* p.131.

Ambrosii MELILAMBII, Sendschreiben an einen vornehmen Cavalier/betreffend die Schwedische und Pohlnische Waffen. 1659. in 12 agno- 590 scitur â Dr. *Joh. Balthasare* SCHUPPIO, piæ laudatæque memoriæ, Pastore hujus urbis ad D. Jacobi, in libello alio, cui Ehrenrettung/titulum fecit, quem vide in operibus ejus, conjunctim in 8. recusis. p.625. ipsamque Epistolam p. 360.

MENEDEMUS Rhodiensis, est *Alexander de* VICENTINIS. *Rhod.* n.35. 591

MENNÆ Patriarchæ nomine, quæ circumfertur *homilia* 592 *ad Vigilium, Episcopum Romanum*, ARRIANIS imputatur â *Martino Schockio*, Fabulæ Hamelens. part. 2. c. 4. p. 64.

Antonii MERCATORIS *notata ad Joannis Roberti libros* 593 *Animadversionum Juris Civilis tres* (editos Parisiis 1580. in 4.) prodiere Biturig. 1587. in 4. iis aliis tribus libris respondens *Robertus* Aurel. 1582. editis, indicat adversarium suum fuisse *Jacobum* CUJACIUM, adde *Scaren.* n.5. *Wissembach* ad l.3. ff. de R.J. & imprimis V.Cl. *Jacob. Thomas.* de plag. litterario §.398.

MERCURIUS Frondator quod sit *Emericus* CRUCIVS, nunc 594 demum ex litteris recentissimis Domini *Gerhardi von Mastricht* addisco, quibus ex *Chr. Adami Ruperti* annot. ad Synopsin min. *Besoldi* pag. 291. hæc verba exhibet. *Salmasius ad Gronovium in Elencho Antidiatribes* Mercurii Frondatoris, *quo nomine latere voluit* Emericus Crucius. Plura nunc addere properantes operæ vetant.

WALO Messalinus v. *infra.*

METASTHENES, est ANNIUS *Viterbiensis* v. *Rhod.* n.18.

Theodoro METOCHITÆ suppositam â *Meursio Historiam* 595 *Romanam*, quæ sit *annalium Michaëlis* GLYCÆ *liber tertius*, prolixè docet *Th. Rayn.* de mal. & bon. lib. p.156.

Ff MAR-

Martinus MICHALOWIZI, ZAGIELI v. *infra*.

Joannes MICROLOGUS, quomodo sit factus ex errore, v. apud *Th. Raynaud.* de mal. & bon. lib. p. 131. & supra n. 176.

MINISTRI ANHALTINI v. *supra*. BELGICI v. *supra*. PALATINI v. *infra*.

596 MINUCIO MINUCCI Archi Vescovo di Zara, cujus nomine prodiit italicè *Historia degl' Uschochi, cò i progressi di quella gente sino all' anno 1602. in 4.* sine mentione loci vel typographi, est *Petrus* SARPIUS, *Venetorum Theologus*, vulgo *Pater Paulus*, mutato, cum Monachatum subiret, nomine dictus, uti patet ex Catalogo librorum ipsius, quem *Fr. Fulgentius*, vitæ ipsius Italicè scriptæ, posteaque Gallicè quoque versæ subjunxit. Definiuntur in eo libro p. 5. *Uschochi gente Dalmatica dallo stato d'un Principe, o per delitti commessi, o per impatienza del giogo tirannico fuggiti, a Dominii di Principe vicino, questo si dimostra dall' istessa voce scoco, che in latino si direbbe transfuga*: Vide an non hinc rectè derivetur vox Germanica Schocken/ qua solemus homines nihili, & nullius frugi appellare.

Mirabilis de BONA CASA v. *supra*.

597 Rolandi MIRTEI Onatini nomen, anagramma esse *Martini Antonii* DELRIO, confirmat, adeoque *Commentarium rerum in Belgio gestarum à Petro Henriquez, Comite Fontano* Madriti 1610. & Col. 1611. in 4. editum, suo auctori restituit *Valer. Andr.* Bibl. Belg. p. 645. adde *Alegamb.* p. 325. & *Fr. Swveertium*, Athen. Belg. p. 552.

598 MISOPONERUS, est *Isaacus* CASAUBONUS, *Rhod.* n. 6.

EURETA Misoscolus v. *supra*.

599 Veranii MODESTI Pacimontani *Defensio insontis libelli, De pii Viri officio in dissidio Religionis*, ipsius *Georgii* CASSANDRI, auctoris libelli prioris, per hunc defensi, quod sit, idem *Val. Andr.* Bibl. Belg. p. m. 262. memoriæ proditum reliquit: vide plura huc pertinentia supra in *Anonymis* nostris, c. 2. n. 86.

600 MOLSHEMENSIS Academiæ nomine, *Panegyricum* eruditum, & *Academiam inauguralem* Sereniss. Archiduci Leopoldo Academiæ

demiæ fundatori obtulit *Jodocus* COCCIUS, Jesuita Genuensis, ut est apud *Alegamb.* p.281.

MONACHIENSIS Collegii Jesuitici nomine, â Jesuita Germano, *Andrea* BANNER editus est *Nabuchodonosor in Theatrum productus*, quem inter anonymos c.10.n.296. collocavimus. 601

Louys de MONTALTE, personatus auctor, edidit Gallicè, *Les provinciales*, ou *les lettres écrites par. Louys de Montalte a un Provincial de ses Amis, & aux RR. PP. Jesuites*: sæpissimè recusas epistolas, Jesuitarum Theologiam perversam, & conscientiam cauterizatam eleganter depingentes: earum sexta editio cum augmento, â Cologne 1666. in 12. apud Batavos excusa est: Latinè quoque cum notis Professoris Helmestadiensis olim, nunc Kiloniensis doctissimi, *Samuelis Rachelii*, paucos ante annos in 4. recusa. Ejus auctorem cum alium, ex rumore, Jansenii sectatorem, Virum magnum credidissem, postea Dominum PASQVAL (cujus habemus *Equilibre des liqueurs*, & *Pensees sur la religion, & sur quelques autres subjects*, doctissimas meditationes posthumas) esse, comperi ex relatione fide digna. 602

Francisci MONTANI nomine, *Apologiam pro Jesuitis â Ludovico* RICHEOME, vel RICHELMIO, Jesuita Gallo, scriptam laudat *Alegambe* p.318. 603

Julii de MONTE nomen *Historia Juris Civilis Juliacensium & Montensium*, in folio, doctissimè scripta, sub finem præfationis habet, quæ hoc fine clauditur, annumque editionis designat, & ab erudita ista manu plura nobis, non sine desiderio expectanda promittit. 604

Atq; fave cæptis authoris plura daturi
Si vitæ donet tempora longa Deus. Interim his fruere & vale.

DabaM CoLonIæ agrIppInæ qVInta IVnII Julius de Monte JCtus. Is auctor esse *Melchior* VOETS J.U.L. & Serenissimi Principis Palatino Neoburgici Regiminis in Düsseldorf Consiliarius, Vir indefessi laboris atque studii: nec moribus minus quam doctrina summo jure commendabilis, mihi perscriptus est ab Amico meo singulari, Domino *Gottfried Mellem*, ejusdem Principis & Civitatis Consiliario, Medicoque Prudentissimo & Excellentissimo.

Constantinus â MONTE laboris, est, *Johannes* THUILLIUS. *Rhod.* n.7. 605

606 MONTOLONII nomine ſcripta *Apologia contra Anticottonum*, ipſius eſſe *Petri* COTTONI, memoratur ab *Alegambe* p. 379.

607 Severini de MONZAMBANO liber *de Statu Germaniæ*, doctus & argutus, primo Genev. 1667. in 12. deinde aliquoties alibi, tandemque cum aculeatis annotationibus nondum detecti Popularis, Eleutheropoli, apud Bonifacium Verinum 1668. in 12. Viro doctiſsimo *Samueli* PUFFENDORFF, jam dudum & fama publica, & teſtimonio diverſorum adſcriptus eſt, quos vide apud *Geuler*. Dec. 2. n. 8. atque ipſius Elogia apud *Burgoldenſem* in Inſtrum. Pacis part. 1. pag. 289. part. 2. pag. 41. & part. 3. pag. 11.

Andreæ de MORALES, Senatoris Cordubenſis, nomine,
608 ſcripſit *Cordubenſis Reipublicæ officia pro Hiſpaniarum Rege, Carolo V. Imperatore, contra tumultuantes vulgò communitates, Martinus de* ROA Jeſuita Cordubenſis, uti refert *Alegambe* pag. 330.

Guilielmus MOORBECANUS v. CANTIPRATENSIS.

HARMINIUS de Moſa v. *ſupra*.

609 MOSES, an ex *Pſalmis* DAVIDIS aliquos compoſuerit, v. apud auctores adductos ſupra in *Aggæo*.

610 Claudii MUSAMBERTI *Commentarios in Martialem, adverſus Laurentium Ramireſium de Prado, à Theodoro* MARCILIO profectos diſcimus ex *Valer. Andreæ* p. 829. Prodiere vero ſub titulo : *Commentariorum in Laur. Ramireſii Hypomnemata, ad Valer. Martialem.* Pariſ. 1607. in 8. De hoc *Ramirezio*, puero Hiſpano, ejuſque Commentario in Martialem, operæ pretium eſt legere *Joh. Scaligerum* Epiſtola 466. libri 4. pag. m. 861. ubi ſanè longè melius judicat de laboribus illius, quam de Marcilianis pag. 198. & alibi *Fr. Swveert*. p. 700. & infra nomen *Ramireſii*.

MUSSIPONTANORUM Scholaſticorum nomine, *Can-*
611 *tus Muſarum, ad Henricum, Sereniſſ. Lotharingæ Ducem*, edidit Muſsiponti 1615. in 8. *Paulus* DUIZIUS, Jeſuita Belga, teſte *Alegambe* p. 362. adde *Valer. Andr*. p. 714. hoc tamen non exprimentem. *Fr. Swveertius* hic iterum mutus eſt.

612 Pompei MUTI nomine, *In diem S. Pentecoſtes habitam Orationem in ſacello Pontificio*, Romæ 1612. excusâ in 4. â *Paulo* BONIBINO, refert *Allat*. p. 209. idem confirmat *Aleg*. p. 362.

MYR-

MYRSILUS, vel MYRTILUS Lesbius, est ANNIVS *Viterbiensis*. *Rhod.* n. 18. 613

N.

NADABI Aymonii Persona *Francisci* JVNII nomen occultavit hactenus, siquidem *Colomesio* in Clave Epistolarum Casauboni, ad Ep. 382. p. 461. hoc asserenti fides est adhibenda. Extat autem sub eo nomine *Joannis Curopalatis Historia* Gr. & L. *cum notis*, vide Vitam 614 ipsius apud *Melch. Adami* in vitis Theologorum exterorum p. 202. *Draudius* Bibl. Class. Histor. p. 1117. non videtur librum hunc novisse. Ex *Scaligerianis* pag. 88. adscribo sequentia: *Curopalates n'est pas le nom propre de* Georgius Cornelius, *ut putabat* Junius, *mais c'est le nom d'office qui signifie Maistre du Palais, vostre oncle devant que mourir le dit fort bien*, *qui scripsit in* Curopalatem, *bene* Junium *apprehendit*. Item pag. 321. hunc in modum differit: Serarius *Jesuita doctissimus, ut &* Andreas Schottus, *qui* Mureti *omnia opera edidit, & in* Codinum *scripsit, & in* Curopalatem, *ubi* Junium *absque conviciis sæpius erroris accusat*. *Valerius Andreæ* tamen in Bibliotheca sua Belgica, inter Andreæ Schotti scripta hoc non enumerat.

L'Academico NASCOSTO, sub cujus nomine extant *Tragœdiæ Italicæ V*, nempe 1. *Olaus*. 2. *Eduinus*. 3. *Sidrach*, *Misach & Abednego* 4. *David*. 5. *Præcipitium falsorum Numinum in verbi incarnatione*. Romæ apud Guilielmum Facciottum 1628. in 12. est TACREDUS COTTHO vel COTTONUS, Jesuita Senensis, docentibus *Alegambe* p. 429. & *Leone Allatio* in Apibus Urban. p. 237. 615

GREGORIUS Nazianzenus v. *supra*.

Academici NEGLECTI Romani nomine, *Antisatyra* 616 *Tiberina ad Satyram anonymam*: Dii vestram fidem. (de qua vid. *Rhod.* n. 37. 38.) prodiit Francof. 1630. in 8. quam *Bartholomæi* TORTOLETTI, Veronensis Theol. Doctoris esse, docet *Leo Allatius* Apum Urban. p. 59.

Pietro NELLI, est *Andrea di* BERGAMO. *Rhod.* n. 31. 617

NEOTERICVS Franolpinus, est *Jacob* le MOINE. *Rhod.* 618 num. 34.

Corn. NEPOS v. *supra* DARES.

Nathanaelis NESEKII nomine vulgatæ *Homiliæ duæ*, *de* 619 *negotio Sacramentario*. Theopoli 1575. in 8. *Theodori* BEZÆ quod sint, docet

docet ex *Conr. Schlüsselburgii* Theologia Calvinistica *Draudius* Biblioth. Class. Theol. p. 117.

Jani NICII Erythræi nomine, prodiere plurima scripta, vide-
620 licet *(1) Pinacotheca Virorum illustrium*, Tomis tribus, quorum 1. & 2.
Col Agripp. 1645. tertius ibidem 1648, editus fingitur in 8. revera omnes a-
621 pud Batavos impressi. *(2) Epistolæ ad Tyrrhenum* Vol. 2. Col. 8. 1644. *(3)*
622 *Epistolæ ad diversos*, Col 8. 1644. *(4) Dialogorum* Vol. 2. *(5) Exempla*
623 *Virtutum & vitiorum.* *(6) Homilia.* *(7) Supplex Libellus ad Deum & B.*
624 *Virginem Matrem.* *(8) Paradoxa Christiana.* *(9) Sermones de quatuor*
usq; ad *novissimis.* *(10) Eudemiæ libri X.* 1637. 12. *(11) Documenta sacra ex Ev-*
631 *angeliis.* *(12) Orationes* XXII. Quæ omnia verum auctorem habent Nobilem Romanum, Aulicum Cardinalis Perretti, nomine *Vittorio de* ROSSIS, uti effigies illius operum aliquibus præfixa, & *Lorenzo Graßi*, in Italicè edito libro, Elogi degl' huomini Letterati inscripto, part. 1. pag. 386. vitam illius enarrans testatur: addens ipsum ad eam nominis occultationem exemplum cepisse ab *Actio*, vel ut Itali scribunt, *Azio Sinzero* sive *Jacobo Sannazario* de quo *supra.*

632 Amadio NICOLVCCI, est *Nicolaus* MACHIAVELLUS v. *Rhod.* n 27.

633 NOMICVS Pacemutus Analyticophilus, est ipsus auctor hujus libri, de cujus scriptis editis, atq; edendis, v. in calce Scaveniani Catalog.

Livii NORINGII nomine, per anagramma suum occultans,
634 Julius NIGRINUS, Genuensis Jesuita, scripsit *Dissertationem de Aula & Aulicismi fuga.* Mediolani 1626 editam. *Alegambe* p. 292.

NVYSEMENT *de sale Secreto*, Cassellis 651. in 8. De eo sic *Borellus* in Bibliotheca Chymica p. 160. & 161. Nuysement *Receveur General du Comte de Ligni en Bearnois a fait L'Harmonie & constitution generale du Vray sel se-*
635 *cret des Philosophes* & de l'esprit universel du monde, *imprimé a la Haye* in
636 8. avec le *Cosmopolite.* (de quo inter *Rhodiana* n. 55.) *Item un Poeme Philoso-*
637
638 *phique Francois, & des Stances de la verite de la Philosophie minerale*, ibid. *Item divers sonnets & autres pieces chimiques, qui sont en partie dans les* Muses raliées, *& dans* Basile Valentin François apres les 12. clefs. *Item la*
639 *Table de Hermes expliquee par Sonnets, avec son traitè* du sel, *impreßi un de*
Fland,

Fland.& Parif. Chez Perier 1620. *Ejusdem liber de sale latinè datus. Nota librum illum* de Sale, *non ab eo compositum esse , sed truncatum ab ampliori fuisse, tertiam enim tantum partem suo nomine dedit, eamque alteratam. Extat autem integer Lutetiæ, penes Amicum meum , ferturque etiam reliqua ejus opera, ab alio doctissimo Viro composita fuisse, nempe á* Dn. de CANDALE, *qui in Hermetis* Pimandrum *scripsit* Commentaria Gallica. Idem *Borellus* sub lit. A. pag. m. 14. *M.S. Rare, intitule , Trois livres* des Elemens Chimiques & Spagiriques, *dont une partiè a estè corrompue par* Nuysement, *qui l'a faite imprimer a son nom, soubs le tiltre du sel* du Monde, *ex Museo Domini* Lanovii, Lutetiæ.

O.

OCCULTUS Academicus v. *supra* NASCOSTO.

OCTAVIUS vel OCTAVIANUS Horatianus , est *Theodorus* PRISCIANUS, Medicus Latinus, eoq; nomine cum aliis 640 editus ab *Aldo*. v. *Lindan.* de Script. Med. pag. m. 500. citatur dubitativè á *Paulo Colomesio* Cimelior. litterarior. c. 7. p. 17.

S. ODONI suppositus perperam est *Sermo de Cathedra S. Petri,* 641 *qui ferè totus legitur apud S.* LEONEM *serm. 3. in anniversario suæ assumptionis, addita sub finem plagula ex sermone 1. ejusdem* S. Leonis *in natali SS. Petri & Pauli. Vix una & altera periodus, sub sermonis medium, assuta est ab eo, qui alienum hunc fœtum* S. Odoni *supposuit ; nempe ab illis verbis,* (O inæstimabilis & immensa) *usq; ad illud,* (existimaret ascensum) *quem non esse purpuræ clavum mastrucæ inoculandæ , prudens Lector facile deprehendet*: verba sunt *Theoph Raynaudi* de mal. & bon. lib. p. 150.

Joannis OEDICKHOVII Nemetis nomine, *Conciones bi* 642 *nas funebres, alteram in Illustrissimi Archi-Episcopi Moguntini, Joannis Sui-* 643 *cardi, alteram in Georgii Friderici, itidem Archi Episcopi Electorum exequiis habitas,* lingua patria, id est, Germanica publicavit, *Joannes Erhardus,* sive *Reinardus* ZIEGLERUS, Jesuita Germanus, *Alegamb.* p. 238.

Joannis OINOTOMI nomine, apud Italos aliquoties, sed mire castratos, *Joannis* SCHNEIDEWINI *ad Institutiones Juris commen-* 644 *tarios* in folio, Venetiis impressos videre memini.

Rolandus MIRTEUS Onatinus v. *supra.*

Oporinus GRUBINUS v. *supra.*

ORI-

ORIGENI malè tributum librum *de singularitate Clericorum*, v. *supra* in *Augustino* & *Cypriano*.

Petri OSORII nomine præfixo, edidit Italico idiomate, *Mo-*
645 *dum facilem & utilem visitandi Venerabile Eucharistiæ Sacramentum, dum publicæ venerationi expositum est*. Mediolani 1632. apud Philippum Ghisselfum *Joannes Baptista* VERANUS, Iesuita Mediolanensis. *Aleg.p.*227.

Rudolfi OTREB, Britanni (id est, *Roberti* FLUDI) *Tra-*
646 *ctatus Theologico Philosophicus, de Vita, morte, & resurrectione, Fratribus Roseæ crucis dicatus*, Oppenheim 1617. 4. *Borell.* Bibl. Chym. p.m 164. Anagrammate nimirum dissimulatum nomen v. *Caspar. Kirchmair*, dissert. de Paradiso, cap.1. §. 8.

P.

PAcatus LATINUS v. *supra*.

647 Nomicus PACEMUTUS Analyticophilus, est ipsius Auctor hujusce libri, de cujus editis edendisque scriptis vide indiculum Scaveniano subjunctum.

648 Jacobi PACIDII *Epistola ad Andream Rivetum, de Communione Christiana cum gentilibus, & Pontificatu Christianorum*, perhibetur esse *Jacobi* GOTHOFREDI, celeberrimi alius JCti, cujus scripta plurima, notæque cumprimis in omne Jus Civile, manibus omnium teruntur, *Scaven.* n.8. qui utinam rationem notitiæ addidisset.

649 Hermanni PACIFICI *Expositio, qua ratione controversia de cœna Domini orta, cognosci possit*, Franckenthal. 1578. 8. prodiit, ea *Christophoro* HERDESIANO, Syndico Norimbergensi, de quo c.2. *Anonym.* n.32. egimus, tribuitur à *Joh. Hornbeck.* summæ Controversiar. lib.9. p.692. edit. secundæ.

Veranius Modestus PACIMONTANUS v. *supra*.

Desiderii PACII nomine velata prodiit *Epistola Belgica*, sic in-
650 scripta: *Seedig ver'oek aen Juffrou Anna Maria Schurmanns*, quam esse *Guilielmi* SOLDENI, Ecclesiastæ Delphensis, ex JCto summo *Gerhardo von Mastricht* didici, vide verba exinde citata *infra* in nomine *Teutonici*.

PALATINORUM Ministrorum nomine, prodiere sequentia

tia ſcripta : I. Außführlicher Bericht/ was die reformirte Kirchen in 651
Teutſchland glauben/oder nicht glauben : Item, was ſie für Ceremonien gebrauchen/oder nicht/ſampt einem kurtzen Anhang/ geſtellet durch die Theologen in der Churfürſtl. Pfaltz zu Heidelberg / bey Gotthard Voglin/1609.& 1612.in 12. II. Antwort der Heidelbergiſchen Theologen/auff die Con- 652
tinuation Examinis des außführlichen Berichts/was die reformirte Kirchen in Teutſchland glauben oder nicht/bey Voglin.in 12.1613. III. Endliche über- 653
weiſung/ daß die Verklägere der reformirten Kirchen die Schrifften deroſelben wiſſentlich falſch anziehen/ ſo dem ſpöttiſchen Buche der Würtenbergiſchen Theologen/ genannt Promotio gehaltenen Examinis (Tubing. 1610. in 8.) entgegen geſetzet/ durch die Theologen der Chur Pfaltz Heidelberg/bey Gotthardt Voglin in 8.1611. IV. Anhang des außführlichen Berichts/ & 654
V. Beſchluß der Uberweiſung/ prioribus ſubjunctæ appendices. Hæc 655
Bartholomæo PITISCO, Informatori tum temporis Principis Palatini, Friderici IV. cum Collega, *Michaele Lingelshemio*, & aulici Concionatoris munere functo, tribuuntur â *Melchiore Adami* in vita ejus, quæ eſt Theologor. Germ. p. 840. & ſeqq.

Admonitio Chriſtiana de Libro Concordiæ, ſcripta â Theologis & 656
Miniſtris Eccleſiarum, Jo. Caſimiri, PALATINI ad Rhenum, Neoſtad. in 4. 1581. & 1593. Auctorem habet *Zachariam* URSINUM, cujus alia ſcripta Logica & Theologica habemus : Teſtem ejus rei *Conradum Schlüſſelburgium*, in Theologia Calviniſtica, citat *Draudius* Bibl. Claſſ. Theolog. p. 117.

Hugonis de PALMA *Theologiam Myſticam*, ſive *Trivium ſa-* 657
crum, quod agit de triplici via animæ, purgativa, Illuminativa, Unitiva &c. editore A. Franc. de Monte. S. Amſtelodami 1647. in 12. *Th. Raynaud.* de mal. & bon. lib. p. 142. 143. *Jo.* GERSONI â quibusdam adjudicatum, eidem cum aliis multis eripere ſatagit.

Joannis PALMERII *Nullitatis Proteſtatio, adverſus formu-* 658
lam Concordiæ, prodiit, quam *Franciſco* HOTTOMANNO deberi, una cum alio, *Aſpaſii* nomine prodito, ſcripto, de quo ſupra ſuo loco actum eſt, inter alios etiam arguit *Leonardus Hutterus*, Concordiæ concordis cap. 32. quod omiſſum adeo *Schlüſſelburgio* miror, imprimis cum *Aſpaſii* ſcriptum,

659 ejusque auctorem haud ignoraverit. Eodem sub nomine *Epistolam Bellarminiana ad Venetos Admonitioni oppositam*, vide *infra* ad nomen *Torti*.

660 Verante PALMERIO est *Sebastianus* SCARABICIUS v. *Rhod.* n. 58

661 PAMPHILI Martyris *Apologiam pro Origene*, EUSEBII PAMPHILI esse, docent evidenter *Bellarm.* de Script. Eccles. ad A.C.326.p.m.70. *Rivet.* Crit.sacr.l 2.c.13 p.225.& l.4.c.7. p.407.aliique.

662 Octavii PANZIROLLI nomine, *Hippolytus* PANZIROLLUS, Jesuita Italus, *Thesauros absconditos Urbis Romæ* 1600.in 4.edidisse idiomate *italico*, memoratur ab *Alegambe* p.189.

663 Eliæ PANDOCHÆI *Pantherosia, de compositione omnium dissidiorum circa æternam veritatem, aut verosimilitudinem versantium*, quod scriptum etiam vocat *Tubæ penultimæ studium*, Basil. apud Oporinum: esse, *Guilielmi* POSTELLI, testantur *Gesnerus* p.m.261. edit. Simler. *Reiserus* de Atheismo p.272.p 325. *Colomes.* Gall. Oriental.p.63.

ABBAS Panormitanus v. *supra*.

664 Danielis PARADINI nomine, scripsit Germanicè *Balthasar* HAGELIVS, Jesuita Bavarus, sequentia, teste *Alegambe* p.54. *Medicamen*, seu, *Antidotum Spirituale contra Hæreseos venenum*, & *hujus temporis perniciosos afflatus.*
665 *II. Reformationem Brixinensem*: item Germanicè, *III. For-*
666 *mas reformatas conficiendi litteras censuales.*

Joh. Cysenius PARASCHIVS v. *supra*.

GVILIELMUS Parisiensis v. *supra*.

667 PARISII cujusdam nomine, anno 1606. editam *Consultationem de Controversia inter Sanctitatem Pauli V. & Serenissimam Remp. Venetam, ad Virum Cl. Venetum*, inseruit Tomo tertio *de Monarchia Imperii Melchior Goldastus*, memoratque marginali annotatione, *Jacobum* LESCHASSERIVM illius auctorem perhiberi, quod valdè verosimile fit alia ipsius opera inspicienti.

668 PARISIENSIUM Theologorum quorundam *Confutatio Censuræ, sub nomine Facultatis Theol. Paris. editæ, in quasdam propositiones ex R. Patris Santarellæ libris collectas*, 1627.in 4.excusas, à *Guilielmo* FABRICIO, Novio-

Noviomago Theologiæ Doctore, & Professore Lovanii editas esse, *Valerius Andreæ* Bibl. Belg. pag. m. 315. testis est, & quidem satis idoneus, utpote qui Collega ipsius fuerit. *Fr. Swertius* hoc iterum tacet.

PARTHENIUS Litigiosus v. *infra Ventura de Valentiis.*

PARTENIO Etiro, est *Pietro* ARETINO, *Rhod.* n. 26. 669

PASCHALI Papæ suppositus est liber GUIDONIS ARETINI, quem *Bernoldus* tract. de Sacramentis excommunicatorum, vocat *Musicum*, WIDONEM. Eo tractatu tradebatur, Simoniacorum Sacramenta nulla esse declaranda. Quod tantum abest ut *Paschalis* Papa tradiderit, ut potius fortissimè steterit pro contraria sententia: quam etiam â *Petro Damiani*, ejus æquali, explicate esse confirmatam, in libro, cui nomen, *Gratissimus*, rectè admonuit *Bernoldus*. Itaque perperam ea scriptio *Paschali* Papæ est supposita. Verba sunt *Theoph. Raynaudi* de mal. & bon. lib. p. 151.

PASCHASIUS Grosippus, est *Gaspar* SCIOPPIUS *Rhod.* n. 8. 670

Durus â PASCOLO. sub cujus nomine *Aulicus Politicus diversis regulis, vel ut Javolenus loquitur, definitionibus exhibitus* primò fuit: editionibus sequentibus publicè comparuit *Eberhardus de* WEIHE, v. Edit. Francof. 1615. in 4. & opera ejus 1642. in 4. conjunctim edita, quæque *supra* diximus in *VVahremundo ab Ehrenberg*, & *Mirabili de bona Casa.* 671

Alexandri PATRITII nomine, scriptus *Mars Gallicus* est â *Cornelio* JANSENIO, famosissimo Episcopo Iprensi, teste *Reisero* de Atheismo pag. 274. 672

PAULINO Aquilejensi tributum scriptum *de Trinitate*, *contra Felicem Vrgelitanum, atque Eliphandum Toletanum, Episcopos*, ALCUINI esse, docet *Duchesnius* apud *Olearium* Abaci p. 356. adde *Theoph. Raynaudum* de mal. & bon. lib. p. 151. 673

PAULINI Nolani, *Vitam Ambrosii*, alterius PAULINI esse, docet *Cocus*, Cens. p. 399. vid. *Barth.* adversar. lib. 60. Comm. in *Augustin.* de Civ. Dei, l. 1. c. 10. 674

PAULUS Servita, Venetus, est *Petrus* SARPUS, vid. *Rhod.* n. 9. 10. Sub quo nomine legitur: *Consideratio Censuræ Pauli V. contra Remp. Venetam, cum aliis*, Venet. Fr. 1607. in 4. 675

676 PAULI Veneti *Historia Italica*, pro fonte; sive Originali habita, versio cujusdam Franciscani Generalis, â novissimo illius editore, Mullero, probatur: ut est apud *Hallervordium* spicilegii de Historicis latinis. p.m. 131

QVIRINUS Pegeus v. *infra*.

977 PELAGII II. Pontificis nomine, quæ habetur *Epistola, post quintam Synodum generalem*, S. GREGORII dicitur esse â *Bellarm.* præfat. de Script. Eccles.

678 A. S. PEREGRINI nomine præfationi subjecto, prodiit *Hispaniæ Bibliotheca*, seu, *de Academiis, ac Bibliothecis: item elogia & Nomenclator clarorum Hispaniæ scriptorum, qui Latinè disciplinas omnes illustrarunt*, Tomis tribus distincta, Francof. 1608. in 4. Eum esse *Andream* SCHOTTVM, nominantem se fortasse Peregrinum, quia Hispanus non erat, sed Antvverpiensis Belga, facile colligitur ex multis vitis accuratius descriptis, quibus nomen suum præscripsit, fortasse reliquis, ut negligentius scriptis, idem subtrahens. Item ex *Varrerii* Interpretatione pag 386. Tom. 2. cui nomen ejus est præscriptum. Imo jam adeo innotuit hoc ipsum, ut â paucissimis aliter citetur. Quod si testes etiam adducere sit opus: en Valerium Andreæ Bibl. Belg. p. 55. *Labbeum* Bibl. Bibliothecarum pag 7. Vogler. p. 84. *Alegamben.* p. 30. *Fr. Svveertium* p. 126.

PEREGRINI nomine, VINCENTIVM etiam LIRINENSEM
679 *adversus hæreticos* scripsisse, commemorat *Sixt. Senensis* Bibl. l. 4. p. m. 405.

680 Joannes PERELLIUS, est *Franciscus* COSTERVS. v. *anon.* num. 113.

Antonii PERIANDRI Rhoeti nomine signata, Terentioq; anno 1657. in 8. â *Boeclero*, viro doctissimo, cum Commentariis *Francisci*
681 *Guyeti*, Abbatis Sanct. Andreani edito præfixa est *vita ejusdem Abbatis*, eleganter admodum conscripta. Ejus auctorem verum esse Dn. *Joannem Albertum* PORTNERVM, Cæsaris & Wirtembergensis Ducis Consiliarium, ac Reipublicæ Ratisbonensis Senatorem optimè meritum, ex ipso *Boeclero* se coram intellexisse narravit Civium ac amicorum meorum decus, *Martinus Fogelius* Ph. & Med. Doctor. Et parum etiam abest, quin anagramma respondeat ex asse. Hujus ipsius auctoris alia quoque scripta prodiisse,

non

non expresso nomine, perhibentur, sed de quibus, cum æque certum auctorem haud habeam, hac vice dicere quid ulterius religio mihi est.

Joannis PERNII nomine, *contra edictum Reginæ, Elisabethæ,* 682
adversus Catholicos promulgatum, literasq; Cecilii, Cancellarii ejusdem, scripsisse *Josephum* CRESWELLUM, Anglum Jesuitam, auctor est *Alegambe* pag. 285.

PERSIUS Trevus, est *Petrus* SERVIUS, v. *Rhod.* n. 33. 683

GOBELINUS Persona v. *supra*.

PESCHER. *La Comedie des Comedies*, piece faite contre l'Illu- 684
stre *Balzac*, par *le Sieur de* BARRY, gentilhomme Auvergnac, comme nous le decouvre tout au long, en jugeant de ces ouurages *Sorell* dans sa Bibliotheque françoise, chap. 7. pag. 126.

Zanini PETOLOTTI à Monte Tonali *cucurbitulas adversus Tadeum Agesium, Bohemum Archiatrum Imperatoris Maximiliani* II. scriptas fuisse ab *Annibale* RAYMUNDO, & ab eodem *Agesio*, una cum aliis pluribus ejusdem adversarii oppositis libellis refutatas esse, memorat in vita ipsius *Ghilini*, nel Theatro d'huomini letterati, part 1. cart. 212. quod eo magis notandum, quia neutrius horum vel nomen saltim, nedum scripta apud *Draudium* invenire licet. In *Schenkio* quoque & *Lindano* nomen utrumque tam *Agesii*, quam *Raymundi*, frustra quæras, *Schenkii* tamen p. 491. & *Lindani* pag. 583. *Thaddæi Hageccii* nomen & scripta legas, qui est idem cum nostro, cujus nomen Italicum idioma sic immutavit, ut *Agesius* fieret. Scripta ejus apud *Ghilinum*, non solum Medica, sed etiam Mathematica recensentur, qui & Medica plura quam reliqui ambo enumerat, ex quibus huc præcipuè pertinent. *Responsio ad Annibalis Raymondi scriptum, quo nititur probare stellam anni 1572. non novam, sed veterem fuisse. Spongia contra cucurbitulas Annibalis Raymondi in larva Zanini Petolotti. Ad secundas insanas cucurbitulas Annibalis Raymondi, Itali, Spongia.* Quis autem ille *Annibal Raymondus*, aut *Raymondozanus* fuerit, haud satis habeo compertum, Veronensem dicit personatus *Petolottus*, cujus scriptum apud me est, ita inscriptum: Zanini Petolotti à monte Tonali, *Cucurbitulæ, quibus è* 685
cerebro Excellentissimi Domini Thaddæi Hageccii ab Hajk, Aulæ Cæsareæ Medici, Phrenesis optimè expellitur 1577. in 4. absque nomine loci, vel typographi

paucorum foliorum, sed maledicentiæ virulentæ, ut adeò mirari subeat, propter Theoreticas quæstiunculas inanes, tantas iras concepisse bonos illos homines, quasi de omnibus fortunis suis, imò de salute mundi res ageretur. Ex hocce tractatu quoque patet, potissimam occasionem huic dimicationi præbuisse *Hageccii Dialexin novæ stellæ inusitatæ magnitudinis, & de ejus stella vero loco constituendo.* Ei *reprehensiones paternas* opposuisse *Raymondum, Hageccium verò responsione* supra memorata *cucurbitulas* hasce provocasse, *spongiaq́,* deinceps suis abstergere voluisse.

686 PETRO Apostolo, quomodo LEUCIUS quidam sua supposuerit, v. apud citatos *supra* in *Jacobo Minore.*

Petrus BLESENSIS v. *supra.*

Petrus DAMIANUS v. *supra.*

687 PETRONIO Arbitro supposita plurima *Epigrammata,*
688 Alcuini, Apuleii, Madaurensis, Catulli, Ciceronis, Claudiani,
689 Evantii, Eugenii, Laberii, Pentadii, Ruffini v. in *Pseudepigraphis,*
690 junctis editioni 1610. in 8. pag. 127. & seqq. & Lotichianæ in 4. pag. 86. &
usq; ad seqq. de quibus singulis nunc disquirere non vacat, alias majori nisu id facturis.

694 PETRONIO, Bononiensi Episcopo, suppositum *Satyricon*
695 PETRONII ARBITRI â *Vincentio Bellovacensi,* notat *Th. Raynaud.* de mal. & bon. lib. p. 152.

696 Christophori PFLUGII *Epistola monitoria,* sive, *Præfatio ad Lectorem novæ editioni Plauti, quæ modo adornatur, præfigenda, in qua fatuitas Apologiæ* Joannis Philippi Parei, *contra* Janum Gruterum *detegitur,* Witteb. 1620. 8. Ea ipsi GRUTERO quod sit adscribenda, non minus quam sub Eustathi Su. P. nomine quod prodiit scriptum *contra Pareum,* indicatur ab ipso *Pareo,* in *Provocatione ad Senatum Criticum*, Francof. 1620. 8. edita pag. 5. & 6.

697 PHILALETHIS, Civis Utopiensis nomine, editum *Dialo-*
698 *gum,* nescio quem, *& orationem ad Christum, pro Julio II. Ligure, Pontifice Romano*, magno illi JCto, *Ulrico* HUTTENO â nonnullis tribui, *Melchior Adami Auctor* est, in Viris JCtorum Germ. pag. m. 26.

IRENÆUS Philalethes v. *supra.*

PHI-

PHILALETHA, Polytopiensi Cive auctore, prodierunt 699
Forcianæ Quæstiones, in quibus varia Italorum ingenia explicantur, multaque alia scitu non indigna. Francof. 1616. in 8. Eæ Quæstiones lectu sanè non indignæ, quod LANDO HORTENSIO, nescio cui, tribuantur, â *Turlero* lib. 1. pag. 54. de peregrinationibus, ex suis notatis in Itinere Italico, communicavit Dn. *Martinus Fogelius*, Ph. & Med. Dr. amicus mihi sæpius laudatus.

Philander von Sittwald / v. *infra.*

PHILANDERSONS *Discours*, mit den klugen Rathgebern / 700
Pomponio, Morologo, und Fabullo, von Antenors neulichst begangener Thorheit / Altenau 1659. in 12. quod sit *M. Bernhardi* SCHMID, cujus Dissertatio *de Reputatione Academica*, peculiari dissertatione *Schuppiana* eodem anno refutata fuit, patet ex opusculi p. 153. ubi eandem pro sua lectori commendat, in utroque tractatu famam & merita summi illius desideratissimæq; memoriæ Theologi, malè tractans.

PHILEMON, PHILETAS, & PHILISTION, quomodo permutata sint culpa librariorum nomina, vide apud *Rutgersium* var. lect. l. 4. 701
c. 12. ubi *Menandri & Philistionis Syncrisin* exhibet Græcè cum versione & notis, adde *Voss.* de Poet. Græc. p. 4. 53. & 58.

PHILO, quomodo factus ANNIUS *Viterbiensis* v. *Rhod.* n. 18. 702
Philo Christianus v. *supra* ALTGLAUB.

PHILOECI nomine, quod prodiit *Syntagma*, *de Vicariatu Palatino Johannis* FREINSHEMII esse, testatur *Theoph. Spizelius* in elogio subjuncto librorum ipsius Catalogo: Theatri honoris. pag. 362. 703

Philomarus de EUSEBIIS v. *supra*

Andreas PHILOPATER, qui *contra Edictum Reginæ Angliæ* scripsit, detegitur esse *Josephus* CRESWELLUS Jesuita, â *Joanne Braschio*, Labyrinthi Apostolorum cap. 12. pag. 264. citato apud *Geuler.* dec. 1. n. 4. Id quod etiam confirmat *Antiphilippica anonyma*, *Jacobo Keller*, sub persona *Sylvani*, (de quo infra) opposita, pag. m. 11. 16. 35. nec non *Paulus Colomesius* in Clave Epistolarum Casauboni ad pag. 155. *Alegambe* tamen, alias diligentissimus hujusmodi secretorum propalator, in Bibl. Jesuit. p. 415. *Roberto* PERSONIO scriptum hocce Romæ 1593. in 8. & Parisiis iterum 704

rum excusum tribuit, pag. 285. *Cresvvello*, sub nomine Joannis Pernii, ejusdem argumenti publicata scripta alia tribuens, de quibus supra egimus. Vnde patet lapsus reliquorum, ejusque occasio. Scriptum hoc Lugduni 1593. editum, in *Bibliotheca Bodlejana*, p. 387. habetur.

705 Antonii PHILOPATRIS nomine aliqua, nescio quæ, scripta *Thomæ* STAPLETONI prodiisse, refert *Anton. Possevinus* Apparat. Sacr. Tom.1. p.89. & 97. Idem Tom.1. p.111. nos ablegat ad nomen *Thomæ Stapletoni*, quasi sub eo monuisset hac de re quidquam, id quod tamen haud factum esse videas. T.3. p.311. ubi de *Thoma Stapletoni* scriptis prolixè agitur.

Philotheus ACHILLINUS v. *supra*.

706 PHLEGONTIS, Liberti sui nomine, HADRIANUM *Imperatorem* aliqua edidisse, *Spartianus* in vita ejusdem memorat hisce verbis: *Famæ celebris* Hadrianus *adeò cupidus fuit, ut libros vitæ suæ, scriptos à se, libertis suis litteratis dederit, jubens ut eos suis nominibus publicarent. Nam* Phlegontis *libri* Hadriani *esse dicuntur*. adde *Jonsium* Histor. Philos. l.3. c.2. in f. & c.6.

707 *Letteres de* PHYLARQVE *à Ariste*, Piece de Critique fort curieuse, sur les lettres de *Balzac* a esté faite du *Pere* GOULU *General des Feuillans*, pour le *Frere Andre* Auteur *du Recueil des Conformitez*. dont nous avons parlè au dessus, dans nos Auteurs *anonymes* chap.1. n. 454. comme nous l'apprend *Sorel* dans sa Bibliotheque Françoise, pag.131. 135. lesquels passages meritent d'etre leus dans l'Auteur meme.

708 Jesuvvald PICKARTS, des Canonischen Rechten Canonisirten oder gewürdigten Bienkorb: des Heil. Röm. Jmenschwarms/ seiner Hummelszellen (oder Himmelszellen) Hurnaußnäster/ Brämengeschwürm/ und Wespengetös. Sampt Läuterung der H. Röm. Kirchen Honigwaben / Einweihung und Beräuchung oder Fegfeurung der Jmenstöck/ und Erlesung der Bullenblumen / der Decreten Kräuter / des Heydnischen Klosterhysops / der Suiter Säudisteln / der Saurbonischen Saubohnen/ des Magisnostrischen Liripipefenchels/ und des Jmenplats den Plat-Jmen/ auch des Meßihaues und H. Saffts von Wunderbäumen/ꝛc. Alles nach dem rechten Himmelsthau / oder Manna justiert, und mit Wentzer-

kletten

flecten durchziert. Christlingen 1586. 8. liber idololatriam Pontificiam argutè exagitans *Philippo* MARNIXIO, *Domino de Aldegonde*, Nobili Belgæ JCto debetur, teste J.L. *VVeidnero*, Apophtegm.part.4.pag.67. præter vitam auctoris, etiam judicium de hoc scripto, & excerpta ejusdem aliqua exhibente; laudatoque propterea *Geulero* dec.3.n.7. Quo tamen locupletior etiam est testis *Melchior Adami*, vitam ejus auctoris latè explicans, & de hocce scripto agens in JCtis Germ.p.336. cujus verba, quæ secundam hanc modo memoratam nostram editionem esse, testantur, & hic legi merentur, ac ita se habent: *Alvearium Romanum, dedicatum Francisco Sonnio, primo Sylvæducensi Episcopo, Hispanæ inquisitionis haud infimo. Editum hoc scriptum anno septuagesimo primo, quo tempore crudelißime in viscera Belgica sæviebat Albanus, estque varietate historiarum, & acumine sententiarum refertißimum: jocis facetiisque in Papistarum theatrales nugas & fabulas mirè conditum: adeo ut lectoribus, istorum temporum præcipuè, singularem attulerit voluptatem: & occasionem multis præbuerit, de religione Christiana seriò cogitandi. Et hic liber ut populari applausu exceptus, sic non sine fructu plurimorum lectus, plus rei Belgicæ illa tempestate in religionis negotio profuit, quam eruditi aliquot Commentarii. Edidit & Tabulam, qua differentiam exponit Christianæ & Pontificiæ religionis. In hac multa ex Alveario hausta, multa nervosis argumentis serio tractata: à Belgis Gallisque summo studio desiderata & lecta, prodiit anno nonagesimo nono.* Huic Aldegondi Alveario aliud *Alvearium* opposuit *Joannes David*, Jesuita Belga, de quo vide *Alegamben* p.235. *Valer. Andr.* p.490. *Fr. Swveertium* p.417. qui omnes unà hunc nostrum Auctorem prioris illius esse confirmant.

Fabius PICTOR est ANNIUS *Viterbiensis*, v. *Rhod*.n.18. 709

Josephi PIENORZECKI nomine, Polonicum librum, titulo: 710 *Gratis, contra Joannem Brzoscium, Academicum Cracoviensem,* qui edito impudente *Dialogo Parochi cum Nobili*, eadem inscriptione, *Gratis*, sugillaverat societatem, quasi gratis profiteretur se docere, nec faceret tamen. Posnániæ 1627. scripsit *Fridericus* SZEMBEK Polonus, teste *Alegambe* p.144.

Blasius de Pinna FREYRE v. *supra*.

Thomas PIUS, cujus extant *Commentarii in primam partem* 711 *Thomæ Aquinatis*, est *Thomas* ITUREN, Jesuita Hispanus, teste *Alegambe* p.433.

PLATONIS *Dialogi Nothi* aliquot subjiciuntur editionibus
712 ejusdem melioribus; ex quibus *Axiochus* qui inscribitur, ÆSCHINIS *Socratici* esse, scribitur a *Suida* in vocibus Ἀξίοχος & Αἰσχίνης. Alios etiam Dialogos ejusdem sine controversia adulterinos, nec amplius extan-
713 tes, in vita ejusdem recenset *Diogenes Laertius*, ex quibus unus *Alcion* LEONTIS cujusdam esse, ex *Phavorino* probatur ibidem.

714 Francisci PLAZZONI Patavini, Phil. & Med. D. *De Vulneribus sclopetorum* liber. Venet. 1619. in 4. Ejus auctor verus perhibetur *Hieronymus* FABRICIUS AB AQVAPENDENTE, famosissimus alioqui Medicus, & cujus alia scripta, vero nomine præfixo, publicè extantia recensent *Schockius* Bibl. Jatr. p. 232. & *Lindanus* de Script. Med. p. 253. & seq. *Scaven.* n 82.

PLINIO qui tribuitur liber *de Viris illustribus*, *Cornelii* NE-
715 POTIS esse, quomodo censeatur, *Hermolao Barbaro*, *Parrhasio*, & aliis, quamvis aliqui SVETONIO, aliqui TACITO eum tribuant, vide apud *Voss.* de Hist. Lat. l. 1 c. 14. p. 72.

Pietro Soave POLANO, cujus extat *Historia del Concilio*
716 *Tridentino*, Genevæ & alibi Italicè edita, ac postmodum Latinitate donata, est *Paulus* SARPIVS, quemadmodum ex vita ipsius constat, descripta â *Fulgentio*, Monacho, de quo vide *anonymor.* nostr. c. 14. n. 456. Idem liquet per Metathesin literarum, unde Paolo Sarpio, Veneto. adde Joh. *Hoornbeck.* lib. 4. summæ Controvers. pag. 209. cujus hæc sunt verba Interpretem etiam Historiæ illius detegentia. *Historiæ Concilii Tridentini, auctor est* Paulus Sarpius Servita, *Venetus, qui eam Italicè scripsit, & in Gallicum sermonem convertit* Joh. Deodatus, *in Latinum* Adamus Neutonus *Scotus.* Extat etiam Germanicè 1621. Francof. in 4.

717 Angeli Bassi POLITIANI â patria cognominati nomine, quæ habetur *Herodiani versio*, quomodo *Gregorio* TYPHERNATI subtracta morienti sit, v. apud *Paulum Jovium* in elogiis utriusque.

Joh. Franciscus POLELLUS v. *supra* IRRESOLUTUS Academicus.

718 POLIPHILUS, est *Fr.* COLONNA v. *Rhod.* n. 14.

Juliano

Juliano POMERIO suppositum est opus *contra Judæos*, 719
quod esse à JULIANO TOLETANO conscriptum, constat ex eo, quod Autor in fine notat, se scribere annis à Christo sexcentis octoginta sex; quam ætatem Julianus Pomerius annis circiter ducentis antecessit. Videsis *Baronium* in notis ad 8. Martii in Rom. Martyr: verba sunt *Theoph. Raynaudi* de mal. & bon. lib. p. 146.

Pomponius MUTUS v. *supra*.

POSNANIENSIUM Rhetorum S.J. nomine, scripsit edidit que *Ludovicus* ROGERIUS, Jesuita Italus, (1) *Defensionem pro Li-* 720
bris de purgatorio Cardinalis Bellarmini, & (2) *Ministrum Deli-* 721
rantem, seu, *Colloquium Rhetorum Posnaniensium, de purgatorio.* Posnaniæ typis Joannis Volrabi 1602. 8. docente *Alegambe* p. 318.

Laurentii Ramirez de PRADO, *Pentecontarchus* à 50. ca- 722
pitibus insolenti titulo donatus liber, Antvv. 1612. in 4. editus, illius Præceptori, *Francisco* SANCTIO *Brocensi*, cujus *Grammatica* & *Minerva*, sive de causis linguæ Latinæ, cum *Gasparis Scioppii* animadversionibus extat, adscribitur à *Scavenio* n. 84. Quod si ita se habeat, annon ejusdem nomine pueri adhuc edita *Commentaria in Martialem*, à magno Scaligero 723
commendata, cerevidere est *supra* ad nomen *Musamberti*, Sanctio eadem potius, quam puero discipulo sint adscribenda, suspicio non inanis oboriri possit.

Elias PRÆTORIUS, qui de *abusu officii Prædicatorum* 724
Germanicè scripsit, cuique oppositus est à Theologis Hamburgensibus, Lubecensibus & Lüneburgensibus liber peculiaris, cui titulus: **Warnung für dem Gottslästerlichen/ ärgerlichen Schand-Buch/ ꝛc.** Item, **Prüfung des Geistes** Eliæ Prætorii, in 8. Prætorius autem ille est *Christianus* HOMBURG: de quo p.m. *Dr. Müllerus*, Pastor ad D. Petri, sic scribit Atheismi devicti proleg. c. 2. p. 30. Christian Homburg, **der sich** Eliam Prætorium **nennet/ hat in seinem Buche von den Mißbräuchen des Predigampts/ und dessen** *Apologia* **schröckliche Lästerungen ausgegossen ꝛc. welches alles** 725
in der Prüfung des Geistes widerleget worden. Extat etiam *Adolphi Helt*, **gewesenen** Pastoren **der Kirchen** S. Nicolai **in Staade: Prüfung der Sachen eines Evangelischen Predigers unter dem Nahmen** Eliæ Prætorii,

mit den Evangelischen Lutherischen Predigern : für den autor gedrückt zu Rotterdam/durch Paulum Rattenbach anno 1646. in 4. judicium sibi arrogans in hac controversia planè absolutum, quod aliorum judicio expositum relinquo, meo sanè in perquam multis non possum non vehementer improbare. Hic *Adolphus Helt*, notum sibi *Prætorium* testatur, pag. 58.

PRAGENSIS Collegii S. J. nomine, *Julius* SOLIMANNUS,
726 Italus Jesuita, edidit: *I. Constantinum Victorem, Hilarem Tragœdiam*,
727 Pragæ, typis Pauli Sessii 1617. in 8. *II. Boëmiam exorientem Gentilem, Christianam; piam, bellicosam, regnantem, Imperantem, Austriacam* Ferdinando III. concinnatam, Typis iisdem eodem anno in fol. uti memorat *Alegambe* p. 293.

728 PRIMASII nomine quos habemus *Commentarios in Epistolam ad Hebræos*, HAYMONIS esse, vide num satis probet *Cocus* Censur. p. 404.

PRIMUS Episcopus Cabilonensis, quo errore factus sit
729 *Joannes* GERMANUS, Episcopus Cabilonensis, auctor *Mappæ sacræ*, vide apud *Th. Raynaud.* de mal. & bon. lib. p. 144.

PRISCIANI Grammatici sub nomine tralatio *Latina Pe-*
730 *riegesis Dionysii Alexandrini*, (de qua *Vossium* consule de Hist. Græcis p. 171.) legitur, quam *Henricus Brucæus* divulgavit, sed non ejus esse laborem, ast potius *Rhemnii* FANNII (non Rhamnii Famii, ut à Brucæo in præf. dicti operis vocatur) Grammatici & Poetæ celebris: sententia est Viri Clariss. paulo ante citati Joan. Ger. *Vossii.* Verba sunt *Jo. Hallervordii* Spicilegii de Histor. p. 153.

Theodorus PRISCIANUS v. *suprà.* Octavius Horatianus.

ÆMILIUS Probus v. *supra.*

731 PROSPERO Aquitanico suppositi sunt libri *de vita contemplativa*, quos esse *Juliani* POMOERII, habetur ex *Isidoro* lib. de scriptoribus cap. 12. Vide sis *Jacobum Sirmondum* in Notis ad Concilium Aquisgran. tom. 2. Concil. Galliæ. pag. 683. verba sunt *Th. Raynaudi*, de mal. & bon. lib. p. 152. cui adde *Joh. Dalæum*, de jejun. l. 2. c. 8. p. 287. 298. 322. & 584.

PRO-

PROSPER Fesulanus, quod sit *Guilielmus* POSTELLUS, secundum aliquos, juxta *Vossium* verò *Thomas* FOEDRVS, at ex mente *Leonis Allatii* probabilius longè, *Curtius* ipsus INGHIRAMIUS. in *Rhod.* n. 45. memoravimus. Vbi laudatis addi poterunt, quæ habet hac de re *Mart. Schookius*, Epist. de figmentis L. Regiæ, p. 75. & seqq. ipsum fragmentum exhibens, & prolixè examinans, & iterum in Fabula Hamelensi part. 2. c. 4. p. 67. & part. 3. c. 4. pag. 217. Quibus lectis omninò frustra sit futurus *Dikkinsonius* in Diatriba de Noæ in Italiam adventu p. 27. editionis primæ, defendens & laudans novas hasce *antiquitates*. 732

PRUDENTIO adscriptum *Enchiridion utriusq; Testamenti*, 733 AMOENO ex MSS. antiquo Argentoratensi, *Jo. Schardius* apud *Possev.* Tom. I. appar. sacr. p. 76. tribuere conatur, qua de re judicia doctiorum v. in *Amœno*.

Publius LICINIUS v. *supra*.

GUY du Puy v. *supra*.

Q.

ANdreas QVERCETUS, item de QVERCU, idem est, qui *Andreas du* CHESNE, sive CHENIUS, Gallico nomine latine tantum reddito. v. *Phil. Labb.* Bibl. Bibliothecar. p. 5. 734

Don QVEVEDO v. *infra.* Philander **von Sittwald.**

M. Fabii QVINCTILIANI *declamationibus*, insertas esse 735 quasdam POSTHUMII *Junioris*, auctor est *Trebellius Pollio* in triginta tyrannis c. 4. v. *Jo. Marianum*, l. 4. annal. Hispan. c. 10. & *Valer. Andr. Taxandrum* de scriptoribus Hispan. pag. 83. Ejusdem aliquas etiam *Declamationes* M. FLORO adscribi, ex membranis antiquis, *Jacobus Duratus* 736 refert. lib. 2. var. lect. c. 17. apud eundem.

LEODIGARIUS QVINTINUS Heduus v. *supra*.

QVIRINI Pegei nomine, prodiit *Ars Apophtegmatica*, 737 Das ist / Kunstquelle denckwürdiger Lehrsp[r]üchen und ergötzlicher Hof-Reden in 3000. Exempeln/ [a]us allerhand Sprächen/ rc. angewiesen/ und mit 30. Schertz-Schreiben v[er]mehret. 1655. in 8. cujus libro primo, ex octo locis dialecticis petendi occasionem sententiosæ & argutæ locutionis docet auctor, ac deinde exemplis probat. Accessit deinde *Artis Apophtegma-* 738

ticæ Continuatio, Fortgeleitete Kunstquelle denckwürdiger Lehrsprüchen/ꝛc. in 3000. Exempeln angewiesen / und mit einer Zugabe 20. besonderer neuer Obschrifften vermehrt / Nürnberg 1656. 8. Eos libros esse *Georgii Philippi* HARSDORFFER, Patricii Norici, docet *Dn. Geisler*. dec. 2. n. 7. Itemque *Georgii Neumarck* Palmbaums cap. 12.

739 Joannis QVISTORPII, Junioris, D. Rostochii, edita *Pia desideria* 1663. ex observationibus cordatissimi & exercitatissimi Parentis eidem cognominis, adornata fuisse, Inclyta Facultas Theologica Rostochiensis in præfatione illius scripti testatur; id quod annotat etiam *Theoph. Spizelius* Templi honoris pag. 202. optans illa desideria in consuetudinem & effectum deduci.

R.

RAbanus MAURUS v. *supra.*

Roemundus FLORIMUNDVS v. *supra.*

740 Hieronymus RAGAZONUS, est *Carolus* SIGONIUS v. *Rhod.* n. 21.

741 Raphael RAYMUNDUS Comensis, quomodo cum Condiscipulo suo *Raphaele Fulgosio* (de quo *supra*) diviserit lectiones Præceptoris communis, *Christophori* CASTELLIONIS, easque publicaverit uterque v. Cl. *Thomasium* de plag. litterar. §. 129. Ego nil sub hoc nomine excusum vidisse memini.

742 Josephi RAYNALDI nomine, *Franciscus* RAYNALDVS, Jesuita Italus, edidit *Lumen hominis devicti*, Romæ 1633. in 24. *Alegambe* p. 131.

Laurentius Ramirez de PRADO v. *supra.*

Ranutus GIGATUS v. *supra.*

HONORIUS Reggius v. *supra.*

743 Wilhelmi REGINALDI *Calvino-Turcismus*, hoc est, *Calvinianæ perfidiæ cum Mahometana collatio*, facta libris 4. Antvv. 1596. in 8. & 1610. item Colon. 1602. quod sit *Guilielmi* GIFFORDI, docet *Scaven*. n. 76. de quo vide *infra* ad nomen *Rossæi*. Huic scripto opposuerunt Reformati *de Turco Papismo, librum unum, cui adjuncti sunt de Turco Papistarum calumniis, adversus* Guilielmi Giffordi *volumen contumeliosissimum*, *quod ille Calvino-Tur-*

Turcismum inscripsit, libri 4. Londini 1604. in 8. unde publicè jam patuit auctor, quem *Nebulonem* vocat in ficta sua Juditha *Eberhard à VVeihe*, sub persona *Mirabilis de bona Casa* p. 35. v. *Voet.* p. 190. & 191. Disp. de Atheismo.

REGIUS Selinus, est *Basilius* MONNERUS v. *supra* *Christianus Alemannus.* 744

Valeriani REGNANTII nomine *Astrolabium*, sive *utriusque planisphærii, universalis & particularis usum* scripsit, Romæ 1610. in 4. *Odo* MALCOTIUS, Jesuita Belga, teste *Alegambe* p. 360. quòd *Valerius Andr.* p. 704. & *Fr. Swertius* p. 587. quidem suppresso nomine auctoris factum esse testantur, attamen fictitium nomen ambo silent. 745

Petri REISERII *Iter Romanum de Peregrinationibus, honore reliquiarum, invocatione Sanctorum, &c.* 1624. in 8. scriptum, esse *Joannis* STALPARDI VAN DER WILEN, J. U. L. Hagæ Comitani. p. 566. Bibl. Belg. testatur *Valerius Andrea.* 746

Jo. V. V. RELFENDSO Heromontanus *de Summa Principum Germanicorum potestate*, ubi de Regimine Principatuum Germanicorum, ut & Juribus Statuum Provincialium plurima, incidenter verò de Statu Imperii Germanici, ex fundamentis Historico-Politicis novissimè nonnulla disserit. Anno 1669. in 12. absque loci typographique mentione prodiit. Eum detegit hisce verbis Dominus *Geulerus* dec. 2. n. 10. *Literas indicatas ita in ordinem redegit fama, ut illius scripti non alius videatur auctor, quam Joannes VVolffgangus* ROSENFELD. Eum auctorem Domini Affinis mei, summi Philosophi *Joannis Feldeni*, in anonymis n. 211. laudati, discipulum fuisse, statim ex ipso scripto sum suspicatus, & pro certo postea comperi. 747

REMIGII Remensis *Commentarios in Epistolas Pauli omnes* edidit ex veteri Msto, uti habet titulus, Romæ 1598. *Jo. Baptista* VILLALPANDUS, Jesuita Cordubensis, Moguntiæ 1614. in fol. recusos. Eos esse HAIMONIS, Episcopi Halberstatensis, probavit fuse *Rivet.* Crit. sacr. l. 4. c. 27. toto, quod egregiè dissimulavit Jesuita, *Theoph. Raynaudus* de mal. & bon. lib. p. 153. 154. ipsius vitula strenuè arans. Nam quæ de alio Remigio adfert, sunt *apinæ tricæque, aut si quid vilius istis*: vide citatos *Olearii* Abaci Patrologici p. 403. 748

Renatus à FONTE v. *supra.*

Rene

Rene FRANCOIS v. *ſupra.*

RHAMNUSIO Satyro Maſtige' Severino auctore præ-
749 ſcripto, prodiit *Apologia Judicialis, qua cujusdam Fortunii infortunium Liceti Licentia lata ſententia cohibetur, cum annotationibus circumſpecti viri* Erotini Didaſcalici, *Ludimagiſtri VVildoxienſis*, Oldenburgi 1636. in fol. Eam *Joanni* RHODIO, Dano, adſcribebat fama Patavii, meo adhuc tempore, tum ex ſtylo, tum ex nominum convenientia; (*Rhode* namque Germanicis idem quod Ῥαμνὸς Græcis denotat) tum ex aliis conjecturis nata, nec uti mihi videtur falſa.

RHEDONENSIS Collegii S. J. nomine quæ prodierunt, *Orationes ad Henrici IV. Chriſtianiſſimi Regis Funus cohoneſtandum, cum illi*
750 *Rhedonibus, Vrbe Armoricæ præcipua, parentaretur, à Ludovico* CROESOLLIO, Jeſuita Armorico, conſcriptæ quod ſint, auctor eſt *Alegambe* p.310.

Menedemus RHODIENSIS, eſt *Alexander de* VICENTI-
751 NIS. v. *Rhod.* n.35.

Conradi RISS, *de Re Sacramentaria, contra Jo. Pomeranum*
752 1575. CINGLIUM habet auctorem, teſte *Conrado Schlüſſelburgio* in Theologia Calviniſtica, & ex eo *Draudio* Bibl. Claſſ. Theolog. p.117.

ROBERTO de Brugis tribuit *Sermonem, habitum in die anni-*
753 *verſaria S. Bernhardi, Valer. Andr.* Bibl. Belg. p.795. Eum GAUFFRIDO, vel GOFFRIDO vel GODEFREDO Claræ vallenſi Abbati, vindicat *Carolus Viſch.* Bibl. Ciſtercienſis

Joannes FISCHERUS Roffenſis Epiſcopus v. *ſupra*, ubi adde *Poſſev.* Præfat. appar. ſacri.

FRANCISCI ROGHI nomine, publicavit italicè *Jacobus* FULIGATTUS, Jeſuita Romanus, *Martyrium S. Abundii Abundantii,*
754 *Marciani, & Joannis ex antiquiſſimo Mſ. depromptum*, Romæ 1638. in 8. *Alegambe* p.196.

Rolandus MIRTEUS Onatinus. v. *ſupra*

ROMANI Veronenſis *ars mentiendi Calviniſtica*, eſt *Ca-*
755 *roli* SCRIBANII, Jeſuitæ Bruxellenſis, qui *Amphitheatrum honoris* ſcripſit ſub nomine *Bonarſcii*, de quo *ſupra.* Teſtes do *Ghilinum* Theatro d'huomini litterati part.1. pag.36. *Alegamb.* p.72. *Valer. Andr.* p.126. & *Fr. Swertium* p.170.

Aman-

Amandi ROSACII *Epistolam Satyricam*, *Heliæ* PUTSCHIO, 756
Antvverpiano deberi, argumentum ipsius enarrans *Melchior Adami* memoriæ prodidit in vitis Philosophorum Germ. pag.m.460. hisce verbis : *Dum Lipsiæ fuit, ridicula quædam adornata est Comœdia, cujus & VVitteberga Spectatrix fuit. Ea tunc occasionem præbuit* Putschio, *quippe vanitatis omnis Osori, & veritatis Amatori maximo*, Epistolam *scribendi edendiq́, sub alieno tamen nomine* Amandi Rosacii. *Ea in Epistola salsè ac festivè agyrtam quendam accepit, qui impetrato in Italia jure, nescio cujus Comitivæ Palatinæ, hoc est, inter alias ærускandi Orbis artes, etiam Poetas (si Musis placet) creandi reportata potestate, passim locorum per quæ transiret, artem hanc poetificam jactitabat; & vatibus novis, dignis, indignis sive Μυοσπαλάγγοις Germaniam implere, dummodo ipse tantum inde colligeret viatici, quantum suo rumini implendo, & famulo & cani pedissequis alendis sufficeret. Hunc ille hominem (cujus nomini hic parcimus) ineptissimum, cum non modo videret ipsum bonis viris, & non malè de seipso quondam meritis, maledicere absentibus: sed alios quoque in hujus societatem contumeliæ ac petulantiæ advocare, nimirum sibi jam obnoxios ob laurum & pegasos, quos ab eo accepissent; novi derepente vates ab ipsius tripode prodeuntes: ferre lóliginum. ic septarum illam sobolem candidissimi pectoris Juvenis non potuit, eorumve ulterius dissimulare deliria. Quare illam, quam dixi, Epistolam illis apposuit, qua Poetifi em illum & Laurivendulum probè pro eo ac merebatur, depingat.*

Juliani ROSBEQVII nomine, *Hortatio ad amplectendas* 757
Belli Belgici inducias Anno 1609. edita, *Dominicum* BAUDIUM verum habet auctorem, docentibus *Valer. Andr.* p.192. & *Fr. Svvertio* p. 22.

Christophori ROSETI nomine, scripsit *Gregorius* ROSSEFFIUS, Jesuita Germanus, teste *Alegambe* p.165. *I. Responsionem con-* 758
tra monita Osiandri, de falsa Jesuitarum practica. II. Replicam & 759
Declarationem contra eadem monita. III. Apologiam pro Societate 760
Jesu, contra Osiandrum.

Guilielmus ROSSÆUS *de justa Reip. Christianæ in Reges* 761
impios & hæreticos animadversione, justissimaq́ Catholicorum ad Henricum Navarræum & quemcunq́ hæreticum á Regno Galliæ repellendum, confœderatione, Antvverp. 1592. in 8. larva detracta fiet *Guilielmus* GIFFORDUS, auctor *Calvino-Turcismi*, si credimus *Scavenio* n.76. v. supra nomen

Reginaldi. Eundem tamen *Gilberto* GENEBRARDO tribuit p.m. Consul hujus Civitatis, & proavus meus *Vincentius Mollerus*, ut ex adscripto manu illius nomine in exemplaris, quod penes me teneo, frontispicio patet. Ab utroque dissentit *Henr. Ernstius* variar. observ. l.2.c 36. hisce verbis: *Gallus, cui nomen BOUCHER, sanguinarium illum & crudelissimum librum infelicissimo partu edidit*, de justa Reip. Christianæ in Reges impios & hæreticos auctoritate. *Hic Nebulo postquam propter famosam illam in Regiam Majestatem chartam, á destinatis Judicibus expulsus est, Cameracum, vulgò Cambray, quæ Belgicæ Galliæ urbs commigravit.* Quibus verbis idem hocce scriptum videtur innuere. Pro GIFFORDO tamen facit, quòd multa in hoc scripto sunt, quæ cum aliis in *Calvino-Turcismo* contentis novis figmentis mirè conveniunt. Nam c.4.& 5. Protestantium hæresin scribit Mahumetismo & Paganismo deteriorem esse, quod credant animas mortales, & pejus vivant quam athei & bestiæ, & quod doctrina eorum sit belluina, Epicurea, & Atheismi plena, & quod pati nam sibi Deum sumant. c.10. doctrinam eorum dicit esse Machiavellisticam, imò longè pejorem &c. Sed nec ista me *Ernstio* assentire prohiberent, modo illum loco citato scriptum *Rossei* intelligere planè constaret, qua de re nomen *Rossei* non expressum dubitare me facit.

762. Petri de RUBEIS nomine, *ad Missalis Romani rubricam de occurrentibus in Missarum celebratione defectibus, ex approbatis in unum collectis auctoribus, cum nonnullis oppositis Exemplis ac doctrinis.* Florent. 1629. in 8. editum scriptum *Scipionis de* RUBEIS Florentini, Congregationis Oratorii Romani Sacerdotis, esse, notat *Allatius* p.233.

763 RUFFINI de *singularitate Clericorum* liber an sit *Cypriani*, necne v. *Cyprianus.*

764 Godofredi RUISII Taxandri *Apologiam, adversus librum Erasmi de Confessione.* Item *contra librum ejusdem de esu carnium* editam Antvverp. apud Simonem Cocum, esse *Gualteri* GRAVII, Dominicani, & ab eodem quod Erasmo familiaris esset, occultatum fuisse nomen, *Valerius Andreæ* scribit. p.m.300. Idem confirmat *Fr. Svveertius* p.296.

765 RURÆMUNDENSIUM Rhetorum nomine *Ruræmundam illustratam* edidit Lovanii 1613. 8. *Otto* ZILIUS, Ultrajectinus Jesuita, testibus *Alegambe* p.362. & *Valer. Andr.* p.710.

Fran-

Francisci RVYZ nomine, *Michael* TURBAVUS, Jesuita Hispanus, *Certamen Gerundæ habitum in Canonizatione Ignatii Loyolæ & Francisci Xaverii, ProtoJesuitarum*, edidisse memoratur ab *Alegambe* p.345. 766

S.

ANtonius à SALA Monbellensis, *Jurisconsultus, insignis, si quis unquam, nullíusque pudoris plagiarius. Is ab anonymo auctore scriptum librum de Vita & moribus Philosophorum (quem Gualterum* 767
BURLÆUM *fuisse, quidam suspicantur (Casali in Italia apud Bernardum Grossum, Impressorem Ducalem anno 1603. in 4. ut vocant, publicavit, tanquam ingenii sui vigiliarumq; partum, dicavitque Vincentio Guerrerio, Montubelli Comiti, excisis duntaxat quibusdam in fine libelli, qui & exaratus in membranis anno* Christi 1452. *reperitur in Codice Msto locupletissimæ Bibliothecæ* V.Cl. Alexandri Petavii, *Senatoris in Parisiensi Curia integerrimi, & in primis ferè nascentis Typographiæ cunabulis, Lutetiæ in monte D. Hilarii ad insigne S.Claudii, in ædibus Radulfi* Laliseau *typis excusus visitur, in doctissimi viri* Jac. Mentelii, *Doctoris Medici Parisiensis uberrimo exquisitorum in quovis litterarum genere librorum penu, ut docuimus alias* pag. 43. Chronologici Elogii, *quod* Claudio Galeno, Medicorum *Principi dicavimus.* Verba sunt *Philippi Labbæi* Bibl. Bibliothecar. p.316. append. 2. adde ejusdem p.322 ubi idem confirmare scribit *Lelandum, Balæum, Pitseum* & *Vossium*, quem v. de Hist. Lat. lib. 2. c.65. p.315. ejusque auctoritate stantes, *Jonsium* Hist. Philos. l.3. c.20. p 508. *Zeiler.* de Hist. Sect.3 pag.44.

Jo. Franciscus ASPASTES Salassus v. *supra*.

Stephani SALLAI nomine, publicavit *Petrus* PAZMANNUS Jesuita, Cardinalis Hungarus, *Lene Medicamentum Civitati Varadiensi* 768
exhibitum, adversus morsus Luporum, cum defensione libri de Scriptura Sacra & Ecclesia, scripti ab Archiepiscopo Strigoniensi: Posonii 1630. in 4. teste *Alegambe* p.393.

Salmanticenses Jesuitæ HIBERNI v. *supra*.

SALOMONIS nomine scriptus liber, *Sapientiæ* titulo, PHILO- 769
NI *Judæo*, consensu tantum non omnium eruditorum, adscribitur, licet alii JESU SYRACIDÆ, alii Salomoni ipsum malè adscribant, v. *Joseph.*

 l.18.

l.18. antiq. c.15. *Lutheri* præfationem, & præterea *Sixtum Senensem* lib.1. pag. m.26 27. *Bellarm.* ad A.M. 2959. *Ludov. Vivem* in August. de Civ. Dei l.17. c.20. *Petrum Pallad.* Isagoges p.121. *Joh. Gerhard.* Exeg. loc. 1. de n. 209. pag. 215. *Hornei* de S. Script. Disp.3. p.179. & 279. *Calixt.* Disp. de S. Script. §.21. *Hotting.* Philol. sacr. l.2 c.2. sect.1. p. 517. Rabbinum *Gedalium* citantem. Ejusdem Salomonis nomine *Ecclesiasticum* Syracidæ malè citari, vide apud

770 *Sixtum Senensem* & *Hornei* l.c. De *Psalmo* vero DAVIDIS 72. eidem tributo v. citatos *supra* in *Aggæo*

771 Francisco SANBENEDICTO collectore prodiit *Orationum Tomus* 1. Mediolani 1625. in 8. Illud nomen esse fictitium, & auctorem Orationum *Jo. Guilielmum* GALAVERANUM, Jesuitam Italum, docet *Alegambe* p. 247.

772 Joannis SANCHEZ nomine *Ars Grammatica* prodita per *Joannem* MARTINEZ, Jesuitam Cordubensem, memoratur ab eodem p.259.

LIBERIUS Sanga v. *supra.*

773 Sapricius SAPRICII, est *Angelicus* APROSIUS v. *Rhod.* n.44.

774 Eubulus Theosdatus SARCKMASIUS, qui *Judicia de*

775 *novissimis prudentiæ Civilis Scriptoribus* edidit, 1669. in 4. quod sit *Conradus Samuel* Schurtzfleisch/ Phil. M. Corbacensis Scholæ ex Rector, præter Dn. *Geuler.* dec.3. n.5. testantur plurimi, qui Satyris, aut apertis reprehensionibus famam virorum Illustrium vindicare laborarunt: quorum monumenta cum passim nunc extent, omniumque manibus terantur, nihil opus est allegare. Sufficiat nunc nominasse unum detectum *Oldenburgerum*, sive *Franciscum Irenicum*, in principio Collegii in Burgoldensem. Cujus hæc sunt verba: *Virus Calumniatorum pessimorum effugere ne sic quidem potuit, inter quos excellit personatus quidam autor* Eubulus Theosdatus Sarckmasius, *cujus verum nomen* Schürtzfleisch/ *Corbacensis quidam ExRector, qui vanissimæ arrogantiæ & ambitioni explendæ, non aliud ad famam iter sibi patere existimavit, quam per infamiam illustrium Virorum, &c.* Eum si quis in propria causa testimonium perhibere putet, audiatur V. Cl. *Valent. Henr. Voglerus* Introductionis in notitiam scriptorum cap.10. p 53. ita loquens: *Nuper admodum* judicia de novissimis prudentiæ Civilis scriptoribus

ribus, *sub nomine* Sarckmasii *vulgata sunt, novo & Satyrico modo pronunciata. Quæ ut scriptoris sui nonnullam & ingenii & Latinè scribendi facultatem ostendunt: ita simul manifestò produnt, eum è clarissimorum Virorum insultatione gloriam captare; in censura verò, quâ tamen nimiopère sibi placet, ipsummet animadversionem quam maximè commereri. Nam & Licentia audacter sibi sumpta, mores atque actiones eorum, quos in Satyra istac traducit, pro libidine, ac quasi arcanarum animi deliberationum conscius esset, notat; quod tamen ad rem ipsam nihil pertinet: & Apolline usus est corrupto; & præter alios errores historica, moralia, Juridica cum Politicis confundit.*

Lotharius SARSUS. Ejus sub nomine scripsit *Horatius* 776
GRASSIUS *Libram Astronomicam ac Philosophicam, qua Galilæi Galilæi opiniones de Cometis examinantur.* Perusiæ apud Marcum Naccarium 1619. in 4. Item *Rationem ponderum Libræ & Symbellæ, in quâ* 777
quid è Lotharii libra, quidque Galilæi Symbellatore contra Libram edito, de Cometis statuendum sit, collatis utriusque rationum momentis proponitur. Parisiis, & mox Neapoli apud Matthæum Niccium 1627. in 4. verba sunt *Alegambes* p. 189. 4. fermè repetita *Leoni Allatio* Apum Urban. pag. 137. adde *Scaven.* n. antepenult. Idem confirmat, *Joh. Bapt. Laurus* Perusinus, in sua Theatri Romani Orchestra, sive dialogo de viris sui ævi doctrina illustribus, Romæ 1618 quem A. 1625. Romæ in 8 edi curavit, Justus Reguius, ubi pag. 34. sic legitur: *Est &* Horatius Grassius, *qui examen aliorum improbum, ut Persiana voce utar, de cometis sua trutina castigavit. Per hunc ergo perque* Jo. Antonium Roffenum, Antonium Licinium, Albertum Rutilensem, Michaelem Petrum & Jo. Alvarez *ea demum assequimur, quæ* Seneca *scripserat, longioris ævi diligentia in lucem extractum aliquando iri, majoresque nostros tam aperta ignorasse jam miramur.* RICCIOLUS in Chronici sui parte I. quæ Alphabetica est, ad nomen *Horatii Grassii*, hæc habet: Horatius Grassius S. J. *Ligur ex Vrbe Savona, diu Mathematica Romæ, in nostro Collegio magna cum laude professus, edidit* A. 619. Disputationem Astronomicam de tribus Cometis anni 618. & Libram Astronomicam & Philosophicam, *qua opinionem Galilæi de Cometis expendit. Est autem Architectonicæ consultissimus & magni judicii Vir.* Idem in *Almagesti* Tom. 1. lib. 8. sect. 1. cap. 7. Lotharius Sarsus h. e. P. Horatius Grassius *sub ejus persona latens &c.*

Ada-

Adami SASBOUT, qui & aliis SASBOLDUS Ord. Francisca-
778 ni, *Commentarii in Epistolas Paulinas* aliquot, Coloniæ diversis annis editi seorsim singuli, ut & Commentarius in Esaiam Prophetam, cum omnibus reliquis operibus simul Colon. 1568. editus, quod alteri debeatur, scriptum reliquit hisce verbis *Raynaudus* de bon. & mal. lib. part. 1: Erot. 10. §. 3. n. 268. pag. 163. *Sed & apud Catholicos* (ergo ad minimum hac in parte confitente ipso, *Iliacos intra muros peccatur & extra, quandoq; aversus abuno auctore affectus, erga alium vero propensior, similibus strophis & suppositionibus locum dedit.* Commentarios Adami Sasbout in Paulum & Esaiam, *esse Joannis* HESSELII, *quem Magistrum habuerat Adamus, lego apud* Franciscum Laue, *Hesselii quondam cum Adamo auditorem: qui addit, non* Adamum Magistri *opus sibi supposuisse, sed alios de Adamo sic benè mereri voluisse. Ita ille in præfatione ad judicium Hesselii, de facto Nectarii, cusum à Plantino* anno 1564. *Hoc tamen alii pernegant*, *ut* Michael Vosmerus, *in Apologia pro Adamo Sasbout*, & Henricus Sedulius *in notis ad cap. 2. historiæ Martyrii sex fratrum Alemariensium : quam suæ historiæ Seraphicæ intexuit.*

Eggeberti SCHAUMII, Francofurto Marchici nomine, pro-
779 diere *Tractatus: de annulis, eorumq; jure*, 1620. item *de Osculis*
780 1621. Francof. ad Oderam. Eos *Georgio* RITTERSHUSIO, Ephoro dicti Schaumii, adscribunt eruditi. v. *Jacob Bornitium* de prœmiis p. 90. & *VValtherum* de Statu Doctor. c. 21. §. 157. pag. m 453. ubi Dr. Andream *Dinnerum* in oratione inaugurali, qua ipsi Rittershusio summos juris honores contulit, ita scribentem citat. *De annuli mysterio quia luculenter commentatus est sub alieno nomine*, Georgius Rittershusius, *non debeo auditorium eorum explicatione diutius detinere.*

Gasparis SCIOPPII *Diatriba, de Compendiosa & facili*
781 *Linguam Hebræam & Chaldæam condiscendi ratione*, tum separatim, tum una cum aliis Libellis de studiorum ratione 1645. item 1658. in 12. apud Batavos excusa est : ea tamen verum auctorem habet *Jo.* BUXTORFFIUM, filium, uti videre est in editionibus postremis Epitomes *Grammaticæ Hebrææ Jo. Buxtorffii* Senioris, filio curante excusis, quibus eadem annexa est, auctior aliquot locis, cum præfatiuncula, priores editiones falsi accusante.

SCI-

SCIPIONE Africano di Berti, est *Gaspar* CREMONI-NUS, v. *Rhod.* n.36. 782

SCIPIO Glareanus, est *Angelicus* APROSIVS v. eundem num. 43. 783

Josephus SEGALA, cujus *modus recitandi coronam B. Virginis* ad idololatriæ pontificiæ mores accommodatus, Brixiæ 1610. excusus, prodiit, detegitur *Marcus Antonius* OLIVA, Jesuita Brixiensis, ab *Alegambe* p.322. 784

Gustavus SELENUS. Sub hoc nomine prodiere scripta doctissima bina, quorum tituli I. Das Schach- und Königspiel / von Gustavo Seleno in 4. unterschiedliche Bücher abgefasset ꝛc. Diesem ist zum Ende angehangt / ein sehr altes Buch / genannt Rythmomachia, Lipsiæ 1617. in fol. 785
2. *Cryptomenytices & Cryptographiæ libri IX. in quibus planissima Stenographiæ à* Jo. Tritthemio, *Abbate Spanheymensi, & Herbipolensi, admirandi ingenii viro, magicè & ænigmaticè olim conscripta enodatior tradita, inspersis ubique auctoru ac aliorum non contemnendu inventis*, Lûneburgi 1624. in fol. cujus Dedicationi Ferdinando II. Imperatori factæ subscribitur Cæsareæ Majestatis Vasallus, Gustavus ê Selenica stirpe oriundus. Vnde facile Græca intelligens Germanus quisq; Lûneburgicam stirpem indicari divinat. Neque verò est, cur Manes doctissimi Principis indignentur, palam adscribi sibi opera tam docta, tam ingeniosa, ut mirari nunquam satis potuerim, Virum Principem tam laudabili imperio subditos suos regentem, profundis adeo speculationibus tam ingeniosè meditandis, tamque philosophicè ordinandis, atque docendis vacare potuisse. Sanè quidquid Amplissimus Dominus *Conringius* in Epistola sua ad L. B. Boineburgium data p.152. & seqq. in hisce scriptis laudandis præconiorum effudit, id, pace viri dixerim, infra meritum adhuc esse judico. Vide etiam Dn. *Geuler* dec.2 num.2. & 3. *Chr. Lud. Dietherri* additiones ad *Besold.* Thesaurum Practicum lit.S. n.[illegible]. p.661. & lit.B. num.75. p.112. in testimonium adducentem. 786

Selenus REGIUS v. *supra.*

Hieronymus SEMINUS, est *Bernardinus* ZANONIUS, Italus Jesuita, *qui* (verbis utor *Alegambes* p.65.) *italicè & pleraque sub nomine*

cujus-

787 *cujusdam collectoris* Hieronymi Semini *vulgavit* v.gr. *I. De Vita B. Vir-*
788 *ginis Deiparæ*, Genuæ apud Josephum Pavonium 1613. in 12. *II. Rosa-*
789 *rium B. Virginis cum Meditationibus. III. Tractatus de Eucha-*
790 *ristia. IV. De Sacra Communione. V. De Stationibus XL. ho-*
791 *rarum.* Part.II. *VI. Vitam Christi & B. Virginis, rythmis expres-*
792 *sam. VII. Cantilenas Catecheticas. VIII. Stimulum peccatoris.*
793 Genuæ apud Josephum Pavonium 1614. in 4. *IX. Constitutiones pro*
794 *Monialibus Virginis annunciatæ, quæ Genuæ Turchinæ dicuntur.*
795 *X. Instructiones & modos proficiendi in spiritu, & procedendi ad*
796 *perfectionem, iisdem Monialibus sat magno volumine scriptas; unum apud ipsas Autographum est; Exemplar unum in Bibliotheca domus professæ Genuensis Societatis Jesu asservatur.*

C. SEMPRONIUS est ANNIUS *Viterbiensis.* v. *Rhod.*
797 num. 18.

SENECA Philosophus, quomodo sit factus *Martinus* BRACCARENSIS Præpositus, natione Hispanus, vide apud *Valer. Andr. Taxandrum* de script. Hispan. p. 86 cujus hæc sunt verba: *B. Martinus Episcopus Cœnobii Dumiensis Rector, & Abbas scripsit ad Mitonem Regem Galliciæ de 4. virtutibus, quas Cardinales appellant, instructum volumen, quod vocare libuit* Formulam honestæ vitæ, Epistolarum Moralium lib. 1. *& quædam alia. Formula autem vitæ, seu de 4. virtutibus, antehac* Senecæ Philosopho *falsò attributa, Basileæ per* Gilbertum Cognatum, *& Duaci per* Boethium Eponem *Frisium, natalibus suis restituta* in 8. *Plura leges annalium Hispanic.* Jo. Marianæ. *S. J. Theol. lib. 5. c. 9.* Claruit *A. 590.* Martini *Episcopi Hispani, ad Mitonem Regem Suevorum*, de Christiani Principis institutione *librum habet* Wolffgangus Lazius *Med. & Historicus Viennensis. Hunc eundem esse cum superiori, nullus dubito, cum eidem inscribatur Mitoni.* Hactenus Valerius. adde *Henr. Ernst.* l. 2. obs. variar. 36. & *Olear.* Abaci Patrum p. 305. & *Jo. Marianum*, ita de eo testantem annal. Hispan. l. 5. c. 9. p. 340. Martini Dumiensis *diligentia multum contulit ad Suevos ab Arrianismo revocandos. Erat natione Pannonius, & longinquis peregrinationibus orientes provincias lustrarat. In studio divinarum scripturarum magnos progressus habuit. In Hispaniam delatus in Galæcia magnum probitatis & Sapientiæ specimen*

cimen dedit. Eruditionis argumento editi ab eo libri sunt multis eloquentiæ luminibus, & priscæ sapientiæ copiis exornati. Extat Disputatio de Ira, de Humilitate Christiana, *de Moribus & differentia 4. virtutum* Car- 798
dinalium. *In his quoniam crebris sententiis & styli acumine ad* Senecæ *simi-* 799
litudinem proximè accedit, duo postremi libri ejus Philosophi nomine inter reliqua ejus opera circumferuntur.

SERGIO Constantinopolitano adscripta est *Synodica ad* 800
Honorium Papam, quæ verè est SOPHRONII, *Hierosolymitani*, ut ex variis conjecturis benè confirmat *Turrianus* lib. 1. contra Sadeelem de Ecclesia, & ejus Pastore, cap. 10. addens, ab eo ipso, qui epistolam *Sergio* suppofuit, nomen Romani Pontificis, transformatum esse in nomen Antistitis Byzantini in extrema pagina. Verba sunt *Th. Raynaudi* de mal. & bon. lib. p. 155.

SETHO Patriarchæ malè adscriptos libros â SETHIA- 801
NIS *hæreticis* vide apud *Epiphanium* lib. 1. Panarii, sive operis adversus hæreses pag. 128. editionis Basileensis, & alios: nobis talia amplius non extantia scrutari supervacaneum visum.

ALEXANDER SEVERUS v. *supra*.

ALOYSIUS Siderius v. *supra*.

SIMPLICIUS Christianus. De hoc libello ita ad me per-
scripsit Consultissimus Dominus *Gerhard von Mastricht*, J. U. Dr. & Pro- 802
fessor P. Teutoburgi. *Meo Exemplari, quod ex auctione cujusdam* Verlani *habeo, qui fuit ejus notæ homo, adscriptum est titulo, ejus credo manu, Auctor est* GESSEL, *Doctor Medicinæ Ultrajectinus: Eidem Exemplari annexum scriptum anonymum, cui titulus*: Veritas Pacifica, *seu* Articulorum fidei Christianæ delineatio, haustam de verbo Dei veritatem salutiferam, solidæ pacis coagulum, complexa, cui præmissa est Dissertatio de sacrorum dissidiorum caussis, effectibus & remediis *Amsterd. apud Ludov. Elzevir. 1651.* Hoc licet *Samuel Maresius*, in refutatione examinis Curcellejani pag. 296. Stephanum Curcellæjum edi curasse cum suis additamentis, scribat, eidem tamen GESSELIO auctori adjudicandum censet Dn. *von Mastricht*.

SIMPLICII Verini *Epistola ad Julium Pacium, de libro Posthumo Hugonis Grotii* Lugd. Batavor. A. 1646. aliudque sub eadem persona 803

804 *contra Hugonem Grotium de Transsubstantiatione*, ibidem eodem anno editum, & A. 1660. in 8. recusum apud Hakium scriptum, *Claudio* SALMASIO deberi, in Catalogo operum, ipsius Vitæ ac Epistolis juncto, *Antonius Clementius Ziriżæus* orbi litterario aperuit: & postea quoque *Lorenzo Graßi* in Elogiis Italicis Litteratorum, Venetiis 1666. in 4. editis part. 2. p. m. 209. confirmavit.

805 Guilielmi SINGLETONI nomine, scripsisse *Leonardum* LESSIUM, Jesuitam Belgam, *Alegambe* pag. 451. testatur: quid autem operis illud sit, pag. 304. & seqq. ubi scripta ejus enumerat, non explicat, nisi quod *Discußionem Decreti Magni Concilii Lateranensis*, Monguntiæ 1613. in 8. sub alieno nomine, ipso auctore, prodiisse scribit, nomen autem illud alienum non exprimit. Eundem simili tenore descripsit *Valer. Andr.* Bibl. Belg. p. 625. *Fr. Swveertius* p. 515. ne tractatus quidem, nedum nominis fictitii meminit.

806 SINIBALDI Ubaldi JCti nomine, *de Nobilitate Axiomata* 1589. edidit *Hippolythus à* COLLIBUS, quæ deinde Principi ipsius, Basil. 1593. in 8. editi p. 129. & seqq. sunt subjuncta. v. *Thomas.* de plagio litterar. §. 117. *Melchior Adami* in vita ejus p. 454. scripti quidem hujus, at non fictitii nominis facit mentionem.

ACTIUS Sincerus v. *supra.*

807 Philander von Sittwald / cujus habemus *Visiones de don Quevedo*, das ist / wunderliche Satyrische und wahrhaffte Gesichte / in welchen Weltwesen aller Menschen Handel mit ihren natürlichen Farben ꝛc. dargestellt werden. Francofurt. 1644. in 12. & alias recusæ, quæ non sunt ipsius Hispani auctoris translatæ in nostrum sermonem, sed novæ ad imitationem ipsius compositæ, prout ipse testatur auctor in præfatione, qui est *Johann Michael* MOSCHEROSCH, cujus & alia sub genuino nomine tenemus. Testem exhibere possum *Oldeburgerum* ad Instr. Pacis part. 1. disc. 1. §. 71. p. 80. & disc. 7. §. 6. p. 223 & sub nomine *Francisci Irenici*, in suffixo Indiculo auctorum Collegio ad Burgoldensem pag. 104. quæ per errorem typographi signata est n. 80. Extat editio Strasburgensis 1650. in 8. nomen ipsius verum una cum fictitio præferens.

SIXTO II. Papæ & Martyri librum SEXTI *Pythagorai* 808
pagani, infartis sententiis Christianis, ad occultandum dolum, suppositum fuisse â *Ruffino*, testatur *S. Hieronymus* in Epistola ad Ctesiph. nec non in cap. 22. Jeremiæ & in cap. 18. Ezechielis. vid. *Rivet* l. 2. c. 19. p. 243. & citatos *Oleario* p. 435. adde *Possev.* appar. sacr. præfat.

SMARAGDO, Abbati S. Michaelis, supposuit *Tritthemius Commentarium in Regulam S. Benedicti*, Smaragdo autore. Sed falsus est ob vocabuli communitatem. Nam Smaragdus, auctor prædicti Commentarii, non est Smaragdus Abbas S. Michaelis, sed alius SMARAGDUS, Monachus Monasterii Anianensis, qui Beati titulo honestatur in eo Monasterio, & festo peculiari colitur; nec dicitur Abbas in lectionibus officii, sed tantum Præsbyter Monachus. Cum ergo vetusti Codices Commentarii prædicti eum tribuant Smaragdo Monacho, abjudicandus est Smaragdo Abbati: verba sunt *Th. Raynaudi*, de mal. & bon. lib. p. 155. adde citatos *Oleario* p. 435.

Nicolai SMITHEI nomine libellum doctissimum scripsit *Eduardus* KNOTTUS, vero nomine *Matthias* WILSONUS, 809
Anglus Jesuita, qui est editus hac Epigraphe: *Modesta & brevis Discussio aliquarum assertionum D. Doctoris Kellisoni, quas in suo de Ecclesiastica Hierarchia Tractatu probare conatur; ex Anglico in Latinum* â Georgio Wrighto *conversa, & plurimis Doctorum atque adeo Catholicarum Universitatum suffragiis approbata.* Impressa est Antvverpiæ in officina Plantiniana Balthasaris Moreti, 1631. in 12. Verba sunt *Alegambes* pag. 99. scripta ejusdem alia quoque recensentis.

Soave POLANO v. *supra.*

Jacobi SOMMERFELD *de studiis instituendis commonefactio pro iis, qui in schola illustri primam classem obtinent.* 1600. edita, *Georgii* 810
ROLLENHAGEN quod sit, (quem auctorem Poematis Froschmäusler/ diximus in anon. n. 344.) docet *Cl. Thomasius* de plag. litter. §. 546. unde & hunc fuisse parentem *Gabrielis* didicimus, quod ad numerum illum anonymorum notandum.

SOPHRONIUS Abbas, cui tribuitur *Pratum Spirituale* 811
â multis, non est illius auctor. Occasio verò erroris nata inde, quod in-

 scriptum

ſcriptum ipſi ſit hoc opus à diſcipulo *Joanne* MOSCHO alias Evirato, v. *Bellarm.* ad A. C. 630. *Poſſev.* in Appar. ſacr. ad nomen utrumque Tom. 1. p. 222. 242. 243. Extat etiam ſub vero nomine in *Biblioth. Patrum* Tom 7. edit. 2. Bignianæ, & Italice cum additionibus, *Aloyſii Lippomani* editum. v. *Roderici* Exercitium perfectionis part. 1 Tract. 1. c. 5. p. 56. *Meier*, Bibl. Theolog. pag. 69. *Cotum* Cenſuræ p. 424. Rivet. Crit. ſacr. l. 4. c. 9. p. 412. imprimis *Voſſ.* de Hiſt. Gr. l. 2. c. 23. p. 278. *Geſner.* p. 623. edit. Simler.

812 Bartholomæus SPINA *Fortalitium fidei*, ab *Alphonſo* SPINA elaboratum, ſuo nomine præfixo divulgavit, teſte *Raynaudo* de bon. & mal. libr. part. 1. Erot. 10. §. 3. n. 272. pag. 166. quem citat etiam *Thomaſ.* de plag. litter. §. 548.

GINIFACCIO Spironcini v. *ſupra.*

813 Henrici STEPHANI nomine editam *verſionem Latinam Anacreontis*, non eſſe ipſius, ſed *Joannis* DORATII, *Joſephi Scaligeri* teſtimonio probatum iit, hunc in modum ſcribens *Paulus Colomeſius* p. 209. recueil des particularitez: *Le meſme* (Iſaacus Voſſius) *m'a dit qu'il avoit poſſedé un* Anacreon, *ou* Scaliger *avoit marqué de ſa main, qu'* Henry Eſtienne *n'eſtoit pas l'Autheur de la verſion* Latine *de Odes de ce Poete, mais* Jehan Dorat.

814 STROZZI Cicogna eſt *Thomaſo* GARZONI v. *Rhod.* num. 23.

Hermanni STURMIANI nomine edita *Invectiva contra*
815 *Lucam Oſiandrum* 1579. eſt *Joannis* STURMII, ſcriptis aliis Rhetoricis ac Anti-Pappo ſuo notiſsimi, teſtante *Conr. Schlüſſelburgio*, ex cujus Theologia Calviniſtica citat hoc ipſum *Draudius* Bibl. Claſſ. Theolog. p. 117.

Leo SUAVIUS v. *Anon.* n. 141.

Joannis Simonis SURDI nomine prius 1606. vulgatum, revera *Joannis Baptiſtæ* LEONIS, Veneti, Ducis Urbinatum apud Sereniſs.
816 Remp. Venetam Oratoris, *Diſcurſum de Poteſtate Eccleſiaſtica*, & *Romanæ Curiæ Monarchia*, exhibet ſub genuino ſuo nomine *Melchior Goldaſtus* Monarchiæ Imperii Tom. 3. p. 396. & ſeqq.

Jacobi

Jacobi SYLVANI (quem *Draudius* pag.m.329.librorum Theologicorum, male *Sylvianum* vocat) *Philippica in Anonymum quendem Prædicantem qui Societatem Jesu mendaciis oneravit,* Ingolstad.1607. in 4. prodiit, opposita libello Germanico, cui titulus: Wolmeinende Warnung an alle Christliche Potentaten und Oberkeiten / wider des Pabstes und seiner Jesuiten hochgefährliche Pr/und Practiken / aus Päbstlichen und Jesuitischen Büchern gezogen: quæ constat centone locorum excerptorum ex scriptis seditiosis Jesuitarum. Ejus auctor verus est *Jacob* KELLER, Jesuita Germanus, sub nomine Sylvani latere sperans, sed frustra. Nam sequente mox anno 1608. apparuit Antiphilippica, oder Rettung und fernere Beweisung der Anno 1606. beschehener wolmeinender Warnung rc. wider des Regenspurgischen Jesuitischen Theologi *Jacobi Sylvani*, alias *Jacob Kellers* ausgangene Philippicam in 4. in quo plenè absolvitur quicquid adhuc ex illius ferè temporis scriptoribus Jesuiticis seditiosarum vocum excerpendum restabat. v. *Limn.* Jur. publ. l. 1. c. 11. §. 72. *Ludov. Lucium* Histor. Jesuit. l. 2. c. 2. p. 203. Ejusdem sub nomine fictitio non hoc, sed aliud etiam scriptum memorat *Alegambe* p. 201. nimirum *Fasciculum olidum 50. Flosculorum*, id est, *absurditatum Prædicantium in Collegio Ratisbonensi* 1604. in 4. 817 818

Petrus SYRINGIUS per Metathesin *Justus* SPRINGERUS quod sit, observavit etiam, & *Limnæi* modo citato loco confirmavit Dr. *Geuler.* dec. 4. num. 5. 819

T.

TACITI *de claris Oratoribus Dialogus* cujus sit; variè disputatur. *Ejusdem Fabii (Quintiliani) Dialogum esse puto, qui de* Claris Oratoribus *inscribitur potius, quam* Corn. Taciti, *cum ob styli genium, tum quia* Fabius *in Institutionibus hoc titulo librum edidisse affirmat proœm.* lib. 6. *Extant* Justi Lipsii *in eum notæ cum* Corn. Tacito. Petri Pythæi *in supradictis declamationibus. Hic in* Tacitum, *ille in* Fabium *magis inclinat.* Verba sunt *Valer. Andreæ* de script. Hispan. p. 83. *Quintiliani* non esse hunc Dialogum multis contendit *Barthius* adversarior. l. 44. c. 8. Dubie 820

citant plerique,& inter eos etiam nuperrime *Jo. Scheffer* de stylo c. 5. §. 3. in com. p. 49. & c.9. §.4. & *Vogler.* introd.in notit. auct. c.12. p.63. *Joh. Freinsheinius* eum Dialogum *Taciti* operibus à se editis annectens inscribit hoc titulo: *Fabii Quintiliani, ut videtur &c.* in eo secutis *Lipsium &c.* Et sanè pro *Fabio* steterim ego, quidquid alii censeant.

TARRÆUS Hebius Nobilis à Sperga Germanus, auctor
821 Satyræ *Cave Canem* & reliquarum in Rhodianis n.54. memoratarum,
822 (ubi *culpa Typographi* nomen hocce fictum post verba Apostatæ Satyram omissum inseri debet) est *Gaspar* BARTHIUS. adde præter superius citatos testem novum *Theoph. Spizelium* in Elogio ipsius Templo honoris inserto pag.382.

Tatianus v. *supra* AMMONIUS.

TAXANDER v. *supra* Ruisius.

823 Fratris Josephi TEIXERÆ libellus *de Regum Portugalliæ Origine, sive de ortu & initiis Regum Portugalliæ, & rebus à Regibus totoque regno præclarè gestis* 1582. editus Lutet. Paris. quod non sit ipsius, sed aliorum, quorum princeps fuerit *Stephanus* LUSIGNANUS, ex ipso auctore se cognovisse *Duardus Nonius* JCtus in præfatione Censuræ suæ ad hoc scriptum, quæ Tom.2. Hispaniæ illustratæ p.1222. legitur, hisce verbis notat: *Sacramento adactus affirmavit coram eodem suo Antistite, se, ut prorsus ignarum, ea non scripsisse solum, sed multarum manuum illud fuisse opus: Arboris enim fabricæ culpam ad* Fratrem Stephanum *quendam* Lusignanium, *natione Cyprium, instituti Dominicani, transferebat, qui hujusmodi arboribus Stemmatum componendis Lutetiæ operam dabat. Alios etiam omnino socios nominabat, à quibus se subornatum dicebat, ut nomen suum libello insereret &c.* Extat ejusdem auctoris *Explication de la Genealogie de Henry IV.* & III. Roy de France &c. traduite du latin en françois pas C. de Herris a Paris. 1595. in 4.

TERTULLIANO abjudicantur, aliisque adjudicantur, ejus
824 nomine publicata scripta sequentia: *I. Epistola de Cibis Judaicis*, quam & *Bellarm.* ad A.C.230. p.m.52. illi demit, NOVATIANO vero *Pamelius*
825 tribuit, apud *Rivet.* Crit.sacr.l.2.c.9.p.209. *II. De definitionibus fidei*, quem eundem esse cum illo *de Ecclesiæ dogmatibus* AUGUSTINI patet, de

de quo ſupra quod Gennadio adſcribatur, diximus. v. *Coc.* p.131. *Rivet.* l.c. p. 210. & l. 4. c. 15. *III. De Trinitate* NOVATIANI eſſe, jam ab 826
Hieronymo docetur, v. *Bellarmin.* l.c. p. 51. *Rivet.* l.c. p. 208. 209. *Coc.* p. 130.

TEUTONICI Philoſophi nomine prodiere ſcripta varia Germanica v. gr. Troſt-Schrifft von 4. Complexionen, das iſt / Unterweiſung in Zeit der Anfechtung / für ein ſtäts trauriges angefochtenes Hertze/ꝛc. Anno 1621. Durch Teutonicum Philoſophum, Sonſt Jacob Bohmen, absque loco, typographo & anno impreſsionis. Item *Aurora*, 827
Das iſt / Morgenröthe im Auffgang / und Mutter der Philoſophiæ, oder Beſchreibung der Natur: (1) Wie alles geweſen / und im Anfang worden. (2) Wie die Natur und Elementa Creatürlich worden ſind. (3) Auch von beyden Qualitäten Guten und Böſen. (4) Woher alle Ding ſeinen Urſprung hat. (5) Und wie es anietzo ſtehet und würcket. (6) Wie es am Ende dieſer Zeit werden wird. (7) Auch wie Gottes und der Höllen Reich beſchaffen iſt. (8) Und wie die Menſchen in jedes Creatürlich wircken. Alles aus rechtem Grunde / in Erkäntnus des Geiſtes / im Willen Gottes / mit Fleis geſtellet / durch Teutonicum Philoſophum. Sonſt Jacob Bohmen. Gedruckt im Jahr 1634. in 12. ſine loco & typographo. De eo ſic ad me Conſultiſsimus JCtus *Gerhard von Maſtricht* perſcripſit. Refero, inquit, verba *Gulielmi Saldeni*, Eccleſiaſtæ Delphenſis, ex libello vel Epiſtola belgica, quam inſcripſit: *Sedig verſoek aen Juffrou Anna Maria Schuermans*, quam perſonatus edidit ſub nomine *Deſiderii Pacii*, refero autem ex Belgico Latinè à me reddita. *Jacobus Bohme* (vide *Guilberti* Chriſtianam adhortationem contra libros *Jacobi* Bohme cap. 2. §. 1.) famoſus ille in Germania Enthuſiaſta, nil ferè erat, quam ruſticus, ſed in ſcriptionibus ejus peſsima fraus latebat. Non enim, ut quidam benè judicarunt, ſcribebat ille, quæ publicabat, ſed ſubtiles quidam ex Pontificiis per eum loquebantur, ut novitatibus hiſce revelationum cœptum reformationis opus confuſum redderent, & ſiquidem poſſent, ſchiſmata inter *Lutheri* ſequaces excitarent. De eo *auctor annotationum in Religionem Medici*, detectus *anonym.* n. 103. ſic ſcribit: ſec.12.p.m.75. *Quanquam ille homo*

homo sutor fuerit, nec animum litteris applicuerit, mira tamen, sed pleraque adeo obscura & involuta, ut satis ego ea capere non possim, scribit.

827 TEUTOPOLI *Contemplationes Academicæ*, nescio quæ, *Francisco* PICCOLOMINI Senensi, in Patavina Academia Professori inclyto, cujus *Philosophia de moribus*, aliaque publicè leguntur, adscribitur à *Scaven.* n.83.

HYGINUS Thalassus v. *supra*.

828 Christiani THANASOPHRASTI *artem artium*, seu *de bono Mortis*, scripsit *Jacobus* CANISIUS, Jesuita Belga, testibus *Alegambe* p.194. & *Valer. Andr.* p.405. alia quoque sub genuino nomine publicata illius scripta recensentibus, quæ cum auctore una *Fr. Swertius* omisit.

THEODORETI nomine *in Cyrillum Alexandrinum*, jam fato 829 functum, *Epistolam* confinxisse EUTYCHIANOS, monet *Baron.* in annal. ad A.C.553. *Bellarm.* de Script. Eccles. ad A.C.430. pag. m.145. eam, ad Joannem Antiochenum scriptam, memorat agere de obitu Cyrilli, qui tamen illi supervixerit.

THEODORICI Regis nomine, à CASSIODORO, qui eidem à secretis erat, annotata perstringit *Raynaudus* de bon. & mal. libris. part.I. Erotem.10. §.I. sub finem pag.120.

Theodorus METOCHITA v. *supra*.

THEODOSII Imperatoris nomine præfixam Ausonianis 830 operibus *Epistolam* præter Commentatores alios explodit *C. Barthius* non uno loco. Ex quibus notare nunc sufficiat eum, qui est Adversar. l.12. c.12. auctorem ejus ASCENSIUM suspicare faciens hisce verbis: *Epistolam Ausonianis operibus præfixam nomine Imperatoris* Theodosii, *qui spuriam esse non videt, ille sanè in literis istu omnia, quæ debebat, non vidit. Taceo quod in nullo Codice Msto apparuerit, nec norit natales suos probare, quis unquam Imperatorum autographum sermonem ad virum Consularem cum præfatione sequestrati moris jus, per alium videlicet scribendi, misit. Nugæ nugacissimæ sunt, & vel* Ascensio *vel alteri paulo antiquiori hoc Epistolare facinus adscribendum est.* adde l. 20. c. 18. *Epistolam quæ sub nomine*

Magni

Magni Theodosii Ausonii Burdegalensis *Poëmati præponitur, supra explosimus. Et quis, cui vel mica boni judicii, persuaderi possit, ista non esse Monachi auctoris.* Plura in libro de scriptis dubiis multoties laudato, nobisque jam in anonymis n. 233. desiderato hac de re pollicetur.

Theophilus ELYCHNIUS v. *supra.*

Joannis THEOPHILI *Theologia Germanica*, v. *Anonymor.* n. 112. 831

THEOPHRASTI nomine περὶ ἡδονῆς *De Voluptate*, librum CHAMÆLEONTIS *Pontici* jam olim venditatum fuisse, *Athenæus* lib. 6. scriptum reliquit, ex eoque *Janus Wowerius* Polymathiæ cap. 16. pag. m. 125.

THOMAS Aquinas, cognominatus Doctor *Angelicus*, malè perhibetur auctor variorum librorum, quos THOMAS ANGLICUS aut alii fecêre. Tales sunt: I. *Commentarius in Epistolas Canonicas omnes*, genuinus visus *Bellarmino*: THOMÆ ANGLICO vindicatur per *Th. Raynaud.* de mal. & bon. libris, p. 157. 832
II. *De Eucharistia* opusculum, quod est ALBERTI MAGNI, 833
ibid. III. *In Jeremiam brevissima Postilla*, quæ tamen magis refert ANGLICUM THOMAM, docente *Michaële Ghislerio* Romano, præfat. Comm. in Jeremiam, cap. 6. §. 11. IV. *Logices Summa* eidem debita v. *Gesner.* Bibl. pag. 658. edit Simler. & præfat. *Possev.* in appar. sacrum. V. *In Matthæum Expositio*, à *Vielmio* lib. 2. de scriptis & doctrina D. Thomæ, tributiur *Petro* SCALIGERO, ordinis Prædicatorum, Episcopo Veronensi, teste *Raynaudo*, l. c. VI. *Theologiæ Compendium Ulrico de* ARGENTINA adscribitur ab eodem *Raynaudo* l. c. 834 835 836 837

Christophorus THRASYBULUS, est *Basilius* MONNERUS v. supra *Alemannus.* 838

CYRIACUS Thrasymachus v. *supra.*

Antonius THYSIUS quomodo ediderit *Joannis* THUILLII Breviarium operum *Lipsii* v. *Rhod.* n 7. 839

TIBULLI *Epistolia* in lib. 4. carminum ejus vulgo extantia 840

SULPITIÆ tribuit *Barthius* adverſar. lib. 59. c. 16. p. 281, hiſce verbis: *Ea ego Epiſtolia, cum magnopere à ſtylo & indole* Tibulli *abſcedere viderem, & ſeculum ſanè in plurimis aliud ſapere, aliquando eò conjecturâ delapſus ſum, ut in illis latere* Sulpitiam, *Poëtriam Domitiani temporum fuerim ſuſpicatus, cum marito illam quidem ſuo, Caleno illo celebratiſſimo. Nihil verò mirum, ſi, uti apud Juvenalem & Auſonium reperta ejus eſt Satyra, amatoriæ quædam Epiſtolæ inveniantur ejuſdem in Codicibus* Tibulli; *cùm alioquin non futilis ſit ſuſpicio, tres tantum libros edidiſſe eum Poëtam*, &c. ubi multa porro alia argumenta ad fidem huic ſuæ conjecturæ faciendam ſubjicit.

841 TIGURINÆ Eccleſiæ Miniſtrorum *Apologiam ad confutationem Jacobi Andreæ, pro defenſione Teſtamenti Brentiani à Joſia* SIMLERO conſcriptam, *Melchior Adami* auctor eſt in vita ipſius p. 514. Theologor. Germanor.

842 Jo Caji TILEBOMENI *Conjectura ſuper Petronii Arbitri Fragmento, Tragurii, in Dalmatia nuper invento*, prodiere Lutetiæ Pariſiorum in 8: 1666. & recuſæ fuerunt etiam Norimbergæ 1667. 8: cum Hadriani *Valeſii*, & *Jo. Chriſtophori Wagenſeils* diſſertationibus Epiſtolicis, circa idem fragmentum verſantibus, & antea pariter etiam Pariſiis excuſis. Eo nomine *Jo. Caj. Tilebomeni* per anagramma verùm auctoris nomen occultari, lego in Diario eruditorum Gallico, *Journal des ſçavans del* An. 1666. 12. Auril: quod *Jacobi* MENTELII, Medici Pariſienſis, cujus aliqualis ſupra facta mentio, eſſe, detexit mihi Dr. *Martinus Fogelius*, hoc nomine iterum laudandus. Porro de Petroniano hoc fragmento fortaſſe non diſſimulaſſe expedit, impreſſum videlicet illud eſſe Patavii apud Frambottum, cùm ipſe non modo ibidem me tenerem, ſed etiam quotidie ferme ipſius officinam frequentare, certas ob cauſas neceſſum haberem. Inibi multa de hoc manuſcripto ab ipſis operis Typographicis aliud agendo expiſcatus ſum, quæ ſummam mihi ſuſpicionem ſuppoſitionis, etiam antequam ipſum examinaſſem, injecerunt. Neque enim ipſum illud αὐτόγραφον antiquum aut Typographus unquam viderat, aut ubinam hæreret, ego vel ex ipſo vel ex alio quoquam certò ſcire potui. Illud tamen Exemplar, quod Typographus exprimebat, & ex verò ductum eſſe dicebat, in mar-

in margine variis & obviis mendis plurimis, quasi describentis culpa irrepsissent, emendatum, modico argento redemi, ac biennio post Civi meo clarissimo, nunc magno cum Reipublicæ litterariæ detrimento fatis functo, *Jo. Friderico Gronovio* dono dedi, qui ut antea mecum una semper de veritate hujusce manuscripti dubitaverat, ita eo perspecto multo certiorem de falsitate illius se factum esse profitebatur. Illius ad me, datas humanitatis & amoris æquè ac elegantiarum plenissimas litteras in memoriam tanti Viri lubens huc adscriberem, nisi congestas in me nimias laudes premere modestius arbitrarer.

Timaurus v. *supra* ANTIATES.

TIMOTHEI *adversus Avaritiam*, sive, *Quis dives salvus*, *Commentarii in Salviani libros IV. de Ecclesia*, *Joanni* THEODORICI *Macherentino* Jesuitæ vindicantur, in Catalogo scriptorum Societatis Jesu, *Alegambes* p. 276. cujus testimonio nititur *Valer. Andreæ* Bibl. Belg. p. 571. adde *Fr. Sweertium* p. 477. 843

TOBIAS Hebraicus à *Paulo* FAGIO ex Judæo Protestantium religioni addicto, confictus esse scribitur, à *Th. Raynaud.* pag. m. 163. & *Cornel. à Lapide* in præludiis Epistolæ ad Hebræos n. 8. alii à *Sebast.* MUNSTERO volunt translationem factam. Qua de re locus est *Hottingeri Philol.* sacr. lib. 2. c. 2. sect. 1. ex Zemach. Dav. Par. 2. pag. 10. ita se habens. *Scito etiam Tobiam, qui in manibus nostris lingua reperitur Hebræa, translatum esse ex lingua latina in linguam Hebræam per* Sebastianum Münsterum (falsum hoc est, nam editus primò Constantinopoli, deinde demum à Münstero cum versione: interim, quod tamen ante fieri debuit, ex Latino in Hebræum à Christiano aliquo esse translatum non inficiamur, vide Humf. contr. Jes. t. 3. pag. 234. nam & ego omnes habeo libros Apocryphos MSS. ex vulgata Latina traductos). *Basileæ ante annos circiter centum, id quod facile intelliges ex stylo libri, in balbutie labiorum ejus, ita ut quilibet sapiens primo statim intuitu observare possit, authorem ejus non fuisse ex Israelitis. Sed & rei gestæ narratio, quantum ego judico, corrupta est, propterea quod plena sit ludificationum & rerum insolentium.* Vide etiam *Schalsch. hakk.* p. 99. 6. & *Galatinum* arc. p. 11. RD. *Gans.* & auctor. lib. *Juch.* p. 136. tempore Ezechiæ Regis Judæ, vixisse eum tradit: Alii tempore captivi- 844

tatis Babylonicæ, *Schalſch.* loc. cit. adde *Jo. Gerhard.* Exegeſ. S. Script. l. 1. n. 180. p. 181.

845 Jacobi Philippi TOMASINI Patavini *Illuſtrium Virorum Elogia*, Patavii 1630. in 4. De eo libro *Colomeſius* dans ſon Recueil de Particularitez pag. 109. ita ſentit. *M.* Voſſius *m'a dit que* Jean Rhodius, *autor du Traité* de Acia, *diſoit hautement à Padoüe, qu'il avoit fait les Eloges des hommes illuſtres, que* Tomaſinus a publiez *ſous ſon nom: Et que ſi cetuy-ci eſtoit devenu Eveſque, il luy en avoit toute l'obligation*; id eſt, *Dominus Voſſius* (Iſaacus) *mihi dixit*, Johannem Rhodium *auctorem Tractatus* de Acia *palam dicere Patavii, ſe feciſſe* Elogia hominum Illuſtrium, *quæ* Tomaſinus *ſub nomine ſuo publicavit. Et eundem, quod Epiſcopus ſit factus, hoc totum ipſi debere.*

CLEON Torbizius v. *ſupra.*

ASCANIUS Torrus v. *ſupra.*

846 Matthæi TORTI, Theologi Papienſis *Reſponſio ad Librum, inſcriptum Triplici nodo Triplex Cuneus.* Colon. ſumptibus Bernh. Gualth. 1608. in 8. *Cardinalis* BELLARMINI eſt. De hoc libro *Iſ. Caſaubonus* Appendicis Epiſtola 106. pag. m. 833. ita ſcribit: *Vidimus hic nuper librum à* Torto *quodam ſcriptum, adverſus Libellum graviſſimum & ſummæ pietatis de* Triplici nodo, &c. *Nunc omnes boni reſponſum ex eadem officina expectant.* Vide plura in *Anonymis ſupra*

847 n. 116. 117. Extat ſub eodem nomine *Admonitio pia & ſincera ad ſubditos Dominii Veneti*, qua reſpondetur Epiſtolæ Joannis *Baptiſtæ Palmerii, Pſeudo-Eremitæ*, Italica, & ex Italico etiam Latina deinde facta Colon. 1607. in 8.

848 TRAJANUS BOCCALINUS eſt ex parte Card. GAETANUS v. *Rhod.* n. 57.

JUNIUS TREMELLIUS, an ſit *Guido* FABER vel contra v. *ſupra.*

849 PERSIUS TREVUS, eſt *Petrus* SERVIUS v. *Rhod.* n. 33.

Nicolaus THUDESCIUS v. ABBAS Panormitanus.

TURRIANUS Veketi, cujus extat *compendium Meditationum Ludovici de Ponte*, Antwerp. 1628. quod sit *Theodorus* KIEVIT, Jesuita Antwerpiensis, testem exhibeo *Alegamben* p. 430. hoc solo nomine scriptoribus Jesuitis accensentem eum, quem *Valerius Andrea* & *Fr. Swertius* tacent. 850

V.

VEntura de VALENTIIS auctor *Parthenii Litigiosi*, quod sit GEORGIUS, sive *Jurgen* WINTHER, Editio Argentoratensis 1624. 4. testatur, ubi hæredes ejus dedicationi subscripserunt, v. *Burgold.* ad Instr. Pacis, part. 1. pag. 309. & part. 3. pag. 208. qui *Prudentissimum & Gravissimum Scriptorem eum* ex merito vocat. Adde Dn. *Geisler.* dec. 3. n. 4. 851

BASILIUS Valentinus, v. *supra.*

VALERIANO Episcopo Nemburgensi, *ad quem extat S. Anshelmi scriptio de azymo, & de Sacramentorum diversitate, Opus de divinis officiis, cujus initium est*, Ea quæ per anni circulum, *supponit* Thomas Waldensis, *in cujus sententiam plane concedit* Gabriel Vasquez 3. p. d. 180. c. 1. *sed est aperta hallucinatio. Nam opus illud de officiis, habere* RUPERTUM *autorem, recte alii statuunt, quibus subscripsimus in Syntaxi operum S. Anselmi, parte prima, cùm de libro de sacr. Altaris. Quin etiam ipse Rupertus opus illud agnoscit suum,* lib. 1. *in regulam S. Benedicti, sub finem, & in sua ad Pontificem Romanum inscriptione, operis de Glorificatione Trinitatis, & processione Spiritus Sancti.* Verba sunt *Th. Raynaudi* de mal. & bon. lib. p. 157. 852

VALERIUS Fulvius est *Giacomo* CASTELLANO v. Rhod. n. 28. cujus opera sunt Italica, *Aviso di Parnasso, nel quale si racconta la poverta e miseria, dove è gjunta la Republica di Venetia, & il Duca di Savoja, scritta da un curioso Novellista Spagnuolo, con alcune annotationi molto importanti, sopra le cose che in esso si contengono, per* Valerio Fulvio Savojano, *il tutto tradotto della lingua Spagnuola in questa nostra Italiana,* in Antopoli (id est Florentia) 1621. 4. Item *Castigo Essem-* 853

854 *plare de Calonniatori*, *Aviso di Parnasso di* Valerio Fulvio Savojano, *al Serenissimo Duca di Savoja Carolo Emanuele* in Antopoli 1621. in 4.

855 Laurentii VALLÆ nomine *Vitam Francisci Xaverii* è diversis auctoribus collectam, Messanæ 1605. in 4. publicavit *Bartholomæus* PETRUCCIUS, Jesuita Siculus, scribente *Alegambe* p. 58.

856 Renati à VALLE *Hyparchus*, sive *Disceptatio de religioso negotiatore*, Francof. 1624. in 8. edita *Theophili* RAYNAUDI scriptis annumeratur à *Petro Scavenio* in Designatione librorum Bibliothecæ Regiæ Danicæ à semet additorum, pag. 67.

Petri à VALLE CLAUSA nomine scripsisse *Theo-*
857 *philum* RAYNAUDUM, Jesuitam, *de Immunitate Cyriacorum à Censura*, testatur *Reiserus* de Atheismo p. 280.

858 Anastasius à VALLE QUIETIS est *Joh.* THUILLIUS v. *Rhod.* n. 7.

Equitis Germani de VALLE QUIETIS nomine,
859 *Poëmata* quoque *Joannem Joachimum a* RUSDORF, Nobilem Consiliarium Archi-Palatinum, edidisse, habeo ex Amplissimo Dn. *Gottfried Mellem*, v. *supra Hippol. à Lapide.*

Alphonsus VARGAS, cujus extat *Relatio ad Princi-*
860 *pes Christianos de Stratagematis & Sophismatis Politicis Jesuitarum, ad Monarchiam orbis terrarum sibi confirmandam*, 1636. in 4. sine typographo locoque; iterumque 1673. cum Monarchia Solipsorum, in 4. est *Gaspar* SCIOPPIUS, v. n. 42.

Franciscus VATABLUS ex *Rudolpho* GUALTERO quomodo sit factus, refert *Gerhardus Meier* Biblioth. Theol. contractæ l. 1. c. 1. §. 12. p. 13. & totidem verbis iterum l. 2. c. 2. §. 4. p.
861 193. quæ ita sonant: *Novas planè totius Scripturæ translationes dederunt, &c. &* Rudolphus Gualtherus: *quam plurimi per errorem* Vatabli, *Professoris Hebraicæ linguæ Parisiensis esse putarunt, eò quod Henricus Stephanus eam Parisiis edidisset hâc inscriptione: Cum versione & notis* Vatabli

De-

Decepit inscriptio ipsos Hispanos, quibus ea versio adeo placuit, ut Salmantica typis recusa fuerit, quam tamen, si scivissent Reformatorum esse, ad orcum potius damnassent.

Vaudius Dathirius BONGLARUS v. *supra.*

VAUX. Ces deux livres, sçavoir, *les Pensées du solitaire,* 862
& les *Jeux de l'inconnu*, qui portent le nom du Sieur de VAUX, se 863
disent être du *Conte de* CRAMAIL, & que de Vaux en a eu seulement le soin de l'impression. *Sorell.* Biblioth. Franc. chap. 9. pag. 189.

Ubaldus v. *supra* SINIBALDUS.

UDENO NISIELII est *Benedetto* FIORENTI 864
v. *Rhod.* n. 47.

Heraclii VECHII nomine transtulit ex Hispanico, atq; edidit *Franciscus* RAYNALDUS, Italus Jesuita, *Memoriale eorum, quæ præstare debet Christianus in extrema infirmitate, seu* 865
in tempore morti proximo, compositum à Stephano Palmerio, Jesuita, Romæ 1632. in 4. *Alegambe* p. 131.

TURRIANUS Veketi v. *supra.*

Hieronymi VELAZQUEZ nomine, *Ludovicus* GUERRERO, Jesuita Hispanus vulgavit Hispanicè *Informationem Theologicam & Juridicam, directam ad Illustrissimum Dominum D.* 866
Franciscum de Contreras, ut jubeat toto regno tolli publica malarum Mulierum prostibula. Fuit hoc scriptum tam efficax, ut publico fuerint decreto proscriptæ. Verba sunt *Alegambes* p. 312.

Ventura de VALENTIIS v. *supra.*

Veranius MODESTUS Pacimontanus, v. *supra.*

Verante Palmerio, est *Sebastianus* SCARABICIUS, v. *Rhod.* n. 58. cujus extat *Tractatus de ortu ignis febriferi*, Patav. 1655. in 4.

SIMPLICIUS Verinus v. *supra.*

DICTUINUS Veridicus v. *supra.*

ROMANUS Veronensis v. *supra.*

AMAN.

AMANDUS Verus v. *supra.*

867 Lucius VERUS, qui *de Mutuo* scripsit *adversus Claudium Salmasium*, quod sit *Wilhelmus* GOESIUS, ex elogiis, ejusdem *Animadversionibus in quadam capitis primi & secundi Specimina Salmisiana*, quas eidem vindicavimus in *anon.* c. 3. pr. patet. Ubi p. 98. de *L. Vero* dicta hujus elogiis accensentur.

868 VERTUMNIUS Academicus, qui Prælectionibus *Jo. Baptistæ Cortesii* Medicis adjecit *Poëma in laudem Medicinæ, & contra malos Medicos*, detegitur esse *Melchior* INCHOFER, Jesuita Viennensis, *Alegambe* p. 341.

869 Liberius VICENTINUS, est *Nicolaus* CRASSUS v. *Rhod.* n. 30.

870 Hugoni de S. VICTORE suppositus est *Tractatus de claustro animæ*, *Hugonis de* FOLIETO; cujus nomine & seorsim editus habetur, & sæpe allegatur à Joanne *Nider* in opere *de Reformat. Religios.* verba sunt *Th. Raynaudi* de mal. & bon. lib. p. 142. Idem confirmat *Bellarm.* ad A.C. 1130. p. m. 228. & alii.

871 VICTORINI *Carmen* HILARIO ARELATENSI vindicat hisce verbis *Casp. Barthius* adversar. lib. 3. c. 23. *Inter Christianorum Poëtarum opera pervenit ad nos carmen sic satis bonum, nisi quod syllabarum interdum est negligentia, de Maccabæis fratribus, mendis navisq; ferè innumeris conspurcatum & obrutum, cui operam aliquando feremus hoc facto exordio. Auctor non est alius* Hilario Arelatensi, *cujus nomen in vetustissimis membranis invenit editor Bibliothecæ Floriacensis, de* Victorino *enim nugæ sunt.* Ipsum Carmen v. l. 28. c. 3. illius alia vide aliis locis l. 31. c. 12.

872 VICTORIUS Rusticus *edidit ad Nicolaum Ludovisium, Venusii Principem, Isabellæ Gesualdæ sponsæ Epistolam, qua respondetur alteri, quam sub nomine* Principis Ludovisii *ad dictam Isabellam ediderat* Virginius Cæsarinus, *Romæ apud Alexandrum Zannettum* 1622. in 4. *Quia tamen sub* Victorii Rustici *nomine circumferebatur, quod ejusdem cum* Nicolao Villanio *significatus videbatur esse, omnes argumentabantur Epistolam esse* Villani, *& à* Cæsarino *consultus* Sciopppius *de Autore, respondit,*

reco

recognosco stylum Villanicum, *nec falsus fuit:* verba sunt *Leonis Allatii* in Apibus urbanis p. 204.

VIGILIO Martyri & Tridentino Episcopo supposi- 873
tos esse *libros contra Eutychium,* jam ante notaverat *Cocus* pag. 401. ex *Bellarmino*, ad A. C. 495. aliisque, verum auctorem GELASIUM Romanum esse vult *Hubertinus* apud *Rivet.* Crit. sacr: l. 4. c. 26. p. 474. VIGILIUM verò alium Africanum mavult hic substituere *Theoph. Raynaudus* de mal. & bon. libris pag. 157. 158. cui adde *Rivetum* l. 4. c. 28. p. m. 490. De hocce *Vigilio* sic scribit *Jo. Dalaus* de monstr. fidei ex scriptur. part. 1. c. 2. p. 40. *Extat vetus Dialogus*, Vigilii *quidem nomine publicatus, sed qui reverà* Gelasii *est, & quidem, non, quod multi putarunt,* Romani, *sed quod nos disertè docet* Aurelianensis Theodulphus lib. de spiritu S. Africani: *vel ut eruditorum ex notitia Episcoporum Afrorum* Sirmondiana *conjectura est,* Tharsensis Episcopi, &c.

VILBONII nomine *Grammaticam Latinam* edidisse 874
Philibertus MONETUS, Jesuita Allobrox, refertur ab *Alegambe* p. 404.

Francisci VILLERII nomine prodiisse *de Religione populi Ro-* 875
mani ex institutis Numæ liber impressus Genevæ 1553. in 8. & Argentinæ in fol. cum *Cardinalis Poli* libro *de Ecclesia*, cujus verus sit autor *Franciscus* HOTTOMANNUS, legitur apud *Gesner.* Bibl. pag. 202. edit. Simler.

Yvo Villiomarus, v. *infra.*

Laurentii VILLAVINCENTII, Monachi Augu- 876
stiniani nomine *Methodum Theologiæ Andreæ* HYPERII, Theologi reformati apud Hispanos publicatam & approbatam esse, multi sciunt. Id consignasse litteris *Simonem Oomium* præfatione secunda Tractatus Belgici, de Cogitationibus dirigendis, mihi necdum visi, confirmat Dominus *Gerhard von Mastricht* in suis ad me missis hujus argumenti collectaneis sæpè laudatis.

VINDICIANO à quibusdam, sed male, MARCELLI 877
Carmen de Medicina adscribi, testatur doctissimus *Henr: Meibomius*,

th. 7. disputationis de Incubatione in fanis Deorum, sub Amplis. Dn. Conringio habitæ. Adde *Voß.* de Poët. Lat. p. 56.

878 VINCENTII Bellovacensis *speculum Morale*, alteri, nescio cui, *cognomini auctori* adscribere mavult *Bellarm.* ad A. C. 1265. in scriptis *Thomæ Aquinatis* pag. m. 255.

879 VIRGILII habitum à plerisque *Moretum* A. SEPTIMIO SEVERO tribuit *Casp. Barthius* adversar. l. 35. c. 8, hisce verbis: *Multis apud Latinos Poëtis, quorum alioqui natales in obscuro sunt, de conjectura adscripserunt familias eruditissimi Viri. Paucis atque bona ratione, ut ego mihi persuasum habeo, atque scriptori Carminis sanè ea fortuna digni, quod* Moretum *inscribitur, & in appendices* Marianos *jam olim relatum est. Ejus enim auctor, nullum argumentum vetat, quin sit* A. Septimius Severus. *Stylus fragmentis ipsius, utcunque pauca supersint, mirè convenit, nec ætatis ratio abest. Nam qui judicandis Poëtis aures non habet infrequentes, Augusti ætatem statim Poëmati isti abnunciabit, ubi tres versus modo legi audierit. Inest præterea aliquid magis curam olens, quam fœlicitas purissimi seculi ferre possit, in quo semper ingenium & naturæ vigor eminuit. Cætera plus lævigationis quam nitoris habent, quæ quidem discernere non est cujusvis. Per nos quidem non stabit, quo minus* Aulus Septimius Severus *hujus auctor poëmatis, &c.* Eidem tributum à *Scaligero* doctisimum aliud Poëma, cui *Ciris* est Titulus, CATULLO

880 adsceri per *Raphaëlem Eglinum* Tigurinum, Epistolâ ad Melchiorem Goldastum scriptâ, cognovi ex *Dn. Gerhardo v. Mastricht*, à cujus liberalitate cum alia multa mihi indulta sœpius sum professus, tum ipsam hanc Epistolam adhuc exspecto. Sed de *Virgilio*, eique adscriptis, alii commentatores ejus plura, quos nunc consulere festinantes operæ prohibent.

881 Thomæ VITI nomine *Laqueos Lutheranos* Dilingæ 1612. Latinè & Germanicè publicavit *Laurentius* FORERUS, Jesuita Germanus, prodente *Alegambe* p. 269.

Vogelinus v. *supra* CURÆUS.

EWALDUS Vogelius v. *supra.*

882 VOLUPIUS Decorus Musagetes, *Architectonicam Musi.*

Musices Universalis, qui scripsit, est *Wolffgang* SCHONSLEDERUS, Jesuita Monacensis, *Alegambe* p. 445.

M. VORTFICHER, cujus extat octo paginarum, vel unius chartæ in 4. scriptum Gallicum, hoc titulo: *Le courier de Traverte, ou le Tricomete, observè à Oxfort en Angleterre depuis le 22. Novembre jusqu' au 28. Janvier mil six cens soixante un: traduit de* l'*Anglois, à Paris 1665.* de quo *Journal des Sçavans 1665.* du 30. Mars. pag. m. 148. *Bien que ce discours sort fort court, il est si remply d' erudition, que quelques habiles, que soient ceux quile liront, on est ausseuré qu' ils y rencontreront des suiets de meditation capables de les exercer pendant plusieurs jours. Car il y est parle d' un Tricomete observé avec un instrument parallactique de nouuelle invention, & dreßê suiuant la doctrine des anciens Chaldeens & des Arabes. A quoy on mesle tant de Cabale, d' Algebre, & d' autres choses semblabes, que les pedans auront contentement, mais les honnestes gens ne liront cette piece que comme une galanterie ingenieuse, faite pour se moequer des faux Sçavans, & de ceux qui s' amusent aux observations celestes, & aux vaines curiositez de l' Astrologie. On ne croit pas que cette piece ait esté traduite de l' Anglois, & il y a apparence qu' elle a esté Francoise dans son origine.* Id quod etiam confirmavit mihi *D. Martinus Fogelius*, cui auctor ejus Nobilis Normannus, *Nicolaus* LASSON semetipsum detexit Lutetiis Parisiorum agenti. 883

HORATIUS Urbanus v. *supra*.

Joachimi URSINI Anti-Jesuitæ nomine, prodiere scripta mihi visa sequentia. *I. Concilii Tridentini Historica relatio, & nullitas solidè & ex fundamentis demonstrata.* Ambergæ 1615. in 8. *II. Apologia pro Christianis Gallis Religionis Reformatæ.* Genev. 1598. in 8. *III, Stupenda Templi Jesuitici (1.) De Idololatrica Invocatione & Salutatione Angelica, una cum horrendis blasphemæ adorationis, superstitiosæ consecrationis creaturarum exemplis. (2.) De Patrociniis sanctorum, quos Monachi quibus rebus Deos atq; Deas tutelares assignarint. (3.) De Sanctorum Reliquiis* in 8. Francof. & Ambergæ 1610. in 8. *IV. Flosculi Blasphemiarum Jesuiticarum, ex tribus con-* 884 885 886

cionibus super beatificatione Ignatii Loyolæ habitis decerpti, una cum Sorbonæ
888 *Parisiensis censura 1612.* in 4. sine loco & Typographo. *V. Hispanicæ Inquisitionis & Carnificinæ Secretiora, ubi præter illius originem, Processus Tyrannicus in fidelium Religionis reformatæ Professorum, Comprehensione, Bonorum sequestratione, Audientiis varii generis, Testium publicatione & confutatione; Artibus inquirendi aliis etiam secretioribus: Captivorum victu, & reliquis vitæ subsidiis: Carcerum visitatione: Sententiarum denique publicatione & interpretatione describitur: Exemplis illustrioribus tum Martyrum, tum Articulorum, & Regularum Inquisitoriarum, in fine adjectis*, per Joachimum Ursinum, Anti-Jesuitam, *De Jesuitis, qui Inquisitionem Hispanicam in Germaniam & Bohemiam vicinam introducere moliuntur, præfantem.* Ambergæ 1611. in 8. Ex his primo proavus meus p. m. Consul Hamburgensis *Vincentius Mollerus* sua manu nomen *Innocentii* GENTILETI præscripsit: quo nomine aliis etiam citatum hunc librum legisse memini, neque Stylus aut genius scriptoris repugnat. Adde quod hanc manum in aliis multis vera mihi significasse expertus sum, ut adeò caussæ nil habeam cur in hoc solo eidem fidem denegem.

W.

889 WAhremundus v. *supra* EHRENBERG.

WALLONIS Messalini *Dissertatio de Episcopis & Presbyteris, contra Dionysium Petavium*, Lugd. Batav. apud Jo. Le Maire 1641. 8. Quod sit *Claudii* SALMASII, notorium est jamdudum orbi litterato, neque Catalogus operum ipsius, Epistolis præfixus à *Clemente Zirizæo* id dissimulat. Adde *Strauchii* dissert: de Statu Ecclesiastico super. seculi c. 1. n. 1. ubi *Jurisdictionem* inquit *Episcoporum ex Principum Christianorum indulgentia natam vult* Walo Messalinus, *sive Cl.* Salmasius *contra* Petavium de Episcopis & Præsbyteris.

890 Joh. Sigismundi WERNERI, Pastoris Lignicensis, nomine excusam *Postillam*, esse *Casparis* SCHWENCKFEL-

DI,

DI, *hæretici* illius famosi, testatur *Conrad. Schlüßelburg.* libr. 10. de Schwenckfeldianis p.m. 37.

Wilhelmus Moerbecanus *v. supra* CANTIPRATENSIS.

Ambrosii WOLFFII nomine prodiisse opposita formulæ concordiæ A. C. 1579. & 1580. duo scripta dira, auctorem verum habentia *Christophorum Herdesianum*, Syndicum Noribergensem probatur teste *Conrado Schlüßelburgio*, & eum citante *Draudio*, hunc verò denuò *Geislero* dec. 5. n. 8. Imprimis vide *Leonardi Hutteri* Concordiam concordem, scriptum operosum ac doctum, in defensionem formulæ Concordiæ adornatum cap. 30. ubi *Rabulam Noribergensem* vocat hunc *Christophorum Herdesianum*. Ipsa Scripta sic inscripta vidisse memini. *M. Ambrosii Wolffii fundamenta Lutheranæ doctrinæ* 891
de Ubiquitate, atque adeo de corporali præsentia corporis Christi in Eucharistia, ad Orthodoxæ fidei normam expensa, & sub veritatis censuram revocata, ex Orthodoxo consensu (De quo *anon.* n. 32.) *contra Patres Bergenses* Genev. 1529. in 4. Eodem sub nomine fictitio prostat
Victoria de Triumphata communicatione Idiomatum reali Ser- 892
veti 1584. in 8. Sub verò autem ipsius nomine præter expressa n. 33. anonymor. extare deprehendi *Refutationem Dogmatum de fictitia Christi carnis omnipræsentia*, Neapoli Nemetum 1583. Quod solum scriptum superiora eidem deberi probat, non *Cyriaco* Professori Historiarum P. Francofurti ad Viadrum, cujus etiam habetur, *Icon animorum, de differentiis ingeniorum dissertatio*, Francof. 1619. impressa in 4.

Joannis â WOWEREN *de Polymathia* Tractationem 893
ex Frobeniano Bibliopolio 1603. in 4. postmodumque in 8. recusam habemus longè doctissimam: Eam, *Isaaco* CASAUBONO vindicare nititur *Maussacus*, tanquam â quo ipse omne quod edidit hujus operis imperfecti habuerit *Wowerius*, & pro suo ediderit, quem tamen hac in re fidem invenire nullam videas apud *Vossium* artis Grammat. l. 1. c. 6. & *Mart. Schoockium* Fabulæ Hamelens. part. 2. c. 4. pag. 61.

Der Würtenbergischen Theologen Wiederlegung/ 894

der von den Predigern zu Bremen Anno 1581. im Monaht Julio herausgegebenen Verantwortung: palam soli *Jacobo* ANDREÆ adscribitur in alio libro Bremensium 1683. in 4. edito, sub titulo Antwort der Diener Göttliches Wortes in der Kirchen und Gemeinen Christi zu Bremen / auff Jacobi Andreæ, unter dem Nahmen der Würtenbergischen Theologen &c: Libri tractantes præcipuè de Natura Christi utraque, & præsentia corporis in S. Cœna: Bremensibus Calvinum, Jac. Andreæ Lutherum, defendentibus. Vide oppositum scriptum, cui titulus. Gründlicher Bericht von zweien Schrifften der Calvinischen Prædicanten zu Bremen unter den Titulen Abfertigung der berühmten Wiederlegung Jacobi Andreæ &c: Item Antwort auff Jacobi Andreæ unter den Nahmen der Würtenbergischen Theologen außgesprengte / vermeinte Wiederlegung. Anno 583. außgangen &c: durch die Würtenbergischen Theologen verfertiget. Tübing 585. 4. quo imprimis hoc pernegant Theologi illi quod falso suo omnium nomini inscriptum sit opus à *Jacobo Andrea*, sed illud sibi conjunctim vindicant.

X.

895 XENOPHONTEM quomodo se fecerit ANNIUS *Viterbiensis*, v. Rhod. n. 18. ubi citatis adde *Voß*. Aristarchi sive de Arte Gramm. lib. 2. c. 26. pag. 86. editionis secundæ. Et in genere de Annio insuper citatos *Schoockio* Fab. Hamelens. part. 2. c. 4. p. 66. & seq.

Xistus vel Xystus v. SIXTUS II. *supra*.

Y.

896 YVO Villiomarus, est *Josephus* SCALIGER v. *Rhod.* n. 5.

Z.

897 ZACHARIAS Propheta, quod aliquos DAVIDIS *Psalmos* fecisse credatur minus benè, v. apud citatos *supra* in *Aggæo*.

Martini

Martini Michalowiczi ZAGIELI nomine, Poloni-
cè scripsit Jesuita Polonus, *Hieronymus* STEPHANOWSKI
sequentia, teste *Alegambe* p. 187. *I. Terminum contra protestationem* 898
Ministri cujusdam Evangelici, seu Responsionem ad quadruplicem tractatum
contra Primatum S. Petri, & ejus Successoris Pontificis Maximi Vilnæ 1599.
II. Censuram disputationis Vilnensis, per Danielem Mikolaiewcki Mi-
nistrum Radzioiewiensem edita, seu, Defensionem veritatis ac integritatis 899
ejus editionis, quam Catholici de Disputatione illa vulgarunt. III. Respon-
sionem præcipuarum narrationum Evangelicarum, seu à Ministris, qui se 900
Evangelicos nominant propositarum.

Melchior ZAMBRANUS, Clericus Hispalensis, cujus 901
nomine extat *decisio casuum occurrentium in articulo mortis circa sacra-*
menta, Hispali 1604. est *Didacus* ALVAREZ, Jesuita Granadensis,
docente *Alegambe* p. 89.

Joannes ZAMOSCHUS est *Carolus* SIGONIUS 902
v. *Rhod* n. 19.

Zaninus PETOLOTTUS *v. supra.*

ZENONIS Veronensis nomine. *Guarinus, Veronensis* Ora-
tor, diversi generis *sermones* quod emiserit *Bellarm.* ad A. C. 260. p.
m. 66. *Possevinus* aliique Pontificii vel ipsi agnoscunt. Ex iis *Sermo* 903
in illud: *Attende Tibi*, est BASILII MAGNI, v. *Theoph. Raynaud.*
de mal. & bon, lib. p. 158. *Bell.* l. c. *Cocum* p. 155. *Rivetum* l. 2. c. 19. p.
244. Ita & *Sermo in Evangelium Lucæ*, & *de jejunio*, & alius *de*
Livore, Item alius *de Invidia*, sunt ejusdem BASILII, testibus iis- 904
dem. *Sermones* verò *in Psalmos* magna ex parte sunt HILARII, 905
testibus iisdem, & oculari inspectione, adde Citatos *Oleario* p. 472. 906
Abaci Patrologici. 907

Joannnes ZERCOWSKI *Lauream Academicam* 908
Serenissimo Uladislao, Poloniæ Regi obtulit Lyrico carmine, Vilnæ 1633. 909
estque detractata Persona, *Andreas* ROSEWALD, Je-
suita Prutenus, *Alegambe* p. 29.

FINIS.

JOANNIS RHODII
DANI

AUCTORUM SUPPOSITITIORUM CATALOGUS,

Ad autographum Ejusdem fideliter expressus,
in quo
SCRIPTORES ANONYMI & PSEUDONYMI
Complures manifestantur,

Opusculum Posthumum
ex Museo
VINCENTII PLACCII, J. U. L.
Hamburgensis.
Cujus etiam NOTÆ sparsim
adjectæ sunt

HAMBURGI,
Apud CHRISTIANUM GUHT.

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

VINCENTIUS PLACCIUS.

EN tibi L.B. *Catalogum Auctorum, perire meo judicio non omninò dignum. Concinnavit eum olim Vir Medicinæ juxta ac humanioris Litteraturæ peritia satis celebris* JOHANNES RHODIUS Hafniensis Danus, *qui peregrinando Patavium delatus, amænitate loci tantopere delectatum se persensit, ut vitam annum ultra sexagesimum productam inter Euganeas Musas, quarum ipse Phœbus esse poterat, deposuerit annis abhinc tantū non qvindecim, relictis ingenii sui absolutissimis monumentis, quæ facile me nunc omni de Auctoris hujus eruditione alias perhibendi testimonii necessitate penitus absolvant. Ea sunt sequentia*

De Modestia & magnanimitate disputatio, VVitebergæ 1612. in 4. excusa.

De Acia dissertatio ad Corn: Celsi mentem. Patavii apud Frambottum 1639. in 4. & Hafniæ.

1672. cum Tractatu de ponderibus & Mensuris.

Analecta & Notæ in Ludovici Septalii animadversiones, & Cautiones Medicas, una recusas: ibid. 1652. in 8.

Notæ & Lexicon in Scribonium Largum recensitum, ad Fridericum III. Daniæ Regem ibid. 1655. in 4.

Lipsius de re nummaria posthumus, ab eodem editus, ib. 1656. in 8.

Observationum Medicinalium Centuriæ tres. Ibid. 1657. in 8.

Frigimelica de Thermis artificialibus, ab eodem editus, ibid. 1658. in 8.

Mantissa Anatomica, ad Thomam Bartholinum, Hafniæ 1661. in 8.

Eidem etiam Rumoris publici famigeratione tribuebatur acerrima in Fortuniũ Licetum Satyra, *cujus inter Pseudonymos nostros sub nomine* Rhamnusii *mentionem vides, qua de re tamen affirmare quicquam pro certo planè non ausim. Ejusdem aliqua præterea* MSSta in scriniis eruditorũ *hinc inde nescio quomodo dispersa detinentur: nisi quod ad ipsos æq; inopinato casu ea pervenisse credo, quô &* hujusce Catalogi, & alterius, Historicos Italiæ exhibentis, *ac ubi tulerit occasio, pariter cum accessionibus etiam aliquibus edendi,* autographum *in meas incidit manus. Illud ego fideliter hic expressi quantum potui, malens alienam aucto-*

auctoritatem industria ornare mea, quam inserendo hæc nomina reliquis à me collectis, laboris non mei partem aliquam mihi minus debitam vendicare: quamvis haud utiq; nullo jure id facturus, quandoquidem paucissima nomina sunt inter hæc Rhodiana, quæ non absq; etiam ipsius hoc indiculo detexissem. Quæ ratio fortassis etiam Petrum SCAVENIUM, *popularem hujusce nostri, movit, ut* Indici suo Rhodiana hæc collectanea *sine mentione ipsius interjiceret, quemadmodum ex eodem hunc in finem adjuncto videre est. Mihi seorsim dare satius visum, ut vel hujusce curiosissimi circa litterariam historiam Viri testimonio, fides cæteroquin alicubi non satis certa sublevaretur. Atq; utinam hocce meo exemplo ad publicanda quæ possident hujusce Viri curiosissima collectanea doctos alios permoveam! Non credam operam me lusisse, quam hisce recensendis additisq; notulis qualibuscunq; impendi: quas si quis alicubi deficere, alibi non sufficere prorsus, uti res est, deprehenderit, ideoq; reprehenderit, is velim cogitet, licuisse mihi nullas omninò dare, solaq; nomina qualiter inveneram fideliter exhibendo, quod debebam eruditis manibus, aut litterariæ Reipublicæ hac in parte persolvere. Quod ergo dederim muneris esse, de quo cum* D Hieronymo (præfatione in Epistolam D. Pauli ad Ephesios) *possim dicere.* Noli de gratuito munere judicare, & uti vulgare proverbium est, Equi dentes inspicere donati: *Sed importuniori etiam vetus ex Oraculo, si Straboni lib. VI. fides est, profectum Carmen objicere.*

Μύσκελ-

Μύσκελλε βραχύνωτε πάρες σέθεν ἄλλο ματεύων
Οὔδαλα θηρεύεις, δῶρον δ᾽ ὅτι δῷ τις ἐπαίνει.

Terga brevis, varicoſe, tuo quid pectore quærens,
Frivola venaris? quin tu data munera lauda.

Vale.

JOANNIS RHODII DANI
AUCTORES SUPPOSITITII

LÆLIUS FULGINUS *de Lue Sarmatica* f. JULIUS RECALCHUS Med. Prof. Ferr. Hujus Auctoris de Febre Typhode Tractatum Ferrar. 1638. in 8. editum habemus. Tractatus verò Pseudonymus ille inscribitur LUCII LÆLII FULGINATIS *de Lue Sarmatica Consultatio* Ferrariæ 1600 in fol. ut est apud *Lindanum* de scriptis Medicis ad hoc nomen pag. m. 446. adde *Scavenium* n. 30. & ex *Augusti Superbi* libello de apparatu virorum illustrium pag. 80. idem confirmantem *Henr. Ernstium* variar. Observat. lib. 2. cap. 36. I. Scaven. n. 30.

PICI MIRANDULANI Libri *de rerum Prænotione* vulgò CABALA Italis. II.

Liber editus est Venet. A.D. 1569 in 8o hac inscriptione insignitus, JO Pici *Cabalistarum Selectiora obscurioraq; dogmata, ab Archangelo Burgonovensi illustrata*. Venet. 1569. in 8. qui num ille sit, quem Auctor noster intelligit haud affirmaverim pro certo. Modo laudatus *Ernstius*, loco citato sic habet. *Cabalæ auctor creditur ingeniosissimus olim Princeps J. Picus Mirandulanus, qui eam prius inscripsit* Libros de rerum prænotione.

BERENGARIUS *de fractura Cranii* sub CARPI nomine prodiit, Bonon. 1518 III. Scaven. n. 31.

Nimirum confusæ sunt non in hujus tantummodo scri-

pti,

pti, ſed in aliorum ab eodem Auctore profectorum etjam editionibus nomina JACOBI BERENGARII CARPENSIS (ab oppido Mutinenſis agri) & JACOBI CARPI BONONIENSIS. Item *Commentaria ſuper Anatomiam* MUNDINI (Anatomici illuſtris qui floruit, teſtante *VVolffgango Juſto* in *Chronologia Medicorum* circa A.D. 1305) edita ſub vero nomine JACOBI BERENGARII CARPENSIS Bononiæ 1521. in 4. & ſeculi ſequentis anno eodem, ibidem apud Hieronymum de Benedictis, in eadem forma, cum additionibus, uti fert equidẽ Inſcriptio, ampliſſimis, recuſa ſunt ſub nomine Jacobi Carpi. Eodem planè modo *Iſagogæ breves in Anatomiam humani Corporis* ab eodem Auctore A. 1523. in 4 Bononiæ, & Venetiis 1535. parili forma excuſæ, Argentorati 1530. in 8. Jacobo Carpo adſcriptæ prodierunt. Et ſanè Tractatus hic à RHODIO noſtro memoratus etiam Venetiis 1535. in 4. apud Jo Antonium de Nicolinis de Sabro & Lugd. Batav. apud Joannem: Maire 1629. in 8. recuſus eſt, ſub Berengarii nomine, ſi diligentisſimo *Lindano* fides eſt, quem priora bina ſcripta ſub duplici nomine referentem, adeoque duos Auctores ex uno eodemque facientem, notare eſt. Crediderim verò ipſum Auctorem hujuſce erroris anſam præbuiſſe, dum ſive latere, ſive quod alii, perquàm multi Scriptores fecere, Patriæ non ſatis illuſtri lumen fœnerare ſtudens, cognominis ſui loco Patriæ nomen uſurpare voluit. Sanè primum ex omnibus illius ſcriptis hoc ab Auctore noſtro memoratum prodiit, quod *Lindanum* fugiſſe in tanta copia, cum aliis aliquot mihi notatis, parcius miror. Videſis etiam *Henr. Ernſtium* Variarum Obſervat. lib. 2. cap. 36.

CON-

CONSTANTINUS *de Agricultura* DIONYSIUS UTICENSIS. IV. Scavea.n.31.

Intelligit γεωπονικὰ seu *de RE Rustica selectorum libros XX.* Græcos, Constantino Cæsari nuncupatos, & *Jo. Alexandri Brassicani* operâ in lucem datos Basileæ 1539. in 8. cum præfatione, *Simonis Grynæi*, quo testante, *liber hic olim cum genitus privatus esset, in Imperatoris familiam adscriptus, Auctoris sui nomen cum patroni nomine feliciter adeo commutavit, ut Constantini verus filius, qui adoptatus tantum erat, haberetur diceretur que.* Hosce libros *Cassij Dionysij Uticensis* nomine primus quod sciam *Antonius Vincentius* Lugduni 1543. in 8. edidit ex interpretatione *Jani Cornarij Medici*, cui præfixa *Sulpitij Sapidi* Epistola de Auctoris detectione pluribus agit, â quo libros etiam hosce primitus ex Punico *Magonis Carthaginensis* translatos esse discimus. Eosdem libros etjam interpretatus est *Antonius Lacuna* Segobiensis Medicus, & Cornarij interpretationem Scholijs additis reprehendit, teste Andrea Schotto in Bibliotheca Hispaniæ Tom. 1. class. 8 p. 330. Dionysio vero Uticensi deberi, confirmat etiam ex *Nicolao Guiberto* de Murrhinis cap. 2. pag. 23. *Henr. Ernstius* Observ. variar. lib. 2. cap. 36. Adde *Gesnerum* sub nominibus *Cassij Dionysij Uticensis*, ac *Magonis*, ubi ipsum consulere operæ pretium est. Prodierunt autem hi ipsi libri sub titulo *Librorum Imperatoris Constantini de Agricultura Interprete Jano Cornaro* Ven. 1538. in 8. *Cassiano Basso* nescio cui libros eosdem adscribit *Adrianus Junius in Animadversionibus suis. Gesneri* quoque *Bibliotheca* à *Simlero* recognita, pag. m. 116. hæc habet, *Cassiani Bassiani liber ve-*

tustissimus manuscriptus dicitur apud Monachum quendam in Italia latitare, putantq; eundem esse, qui nunc Constantini Cæsaris nomine de Agricultura circumfertur. Ipsi libri valde sunt commendabiles rei rusticæ Physicæque studiosis.

Y. Scav. 34.

YVO VILLIOMARUS, SCALIGER. Et quidem *Josephus Julij Cæsaris Scaligeri filius*, cujus extant sub hoc fictitio nomine

Epistola in Fabium Paulinum Utinensem Paris 1587. in 4.

Animadversiones in locos controversos Roberti (*editos Florent. 1584. in 4.*) apud Commelin. 1597. in 8. Vide confirmantem hoc *Georgium Erhardum* in Symbolis Petronianis pag. m. 626. inibique exagitantem hunc Robertum Titium. Adde *Frid. Geisler.* de Mutat: Nom. Exempl. Dec. 2. n. 4. Vide præterea *Henricum Ernstium* Observat. variar. lib. 2. cap. 36. Ipse tamen de se in Scaligerianis nuper editis ita loquitur pag. 87. *Monsieur* Cujas *n'eust sceu escrire comme Yvo de Villiomarus* (a) & pag. 358. Yvo Villiomarus, *Monsieur Cujas n'eust sceu escrire comme luy; c'est Monsieur du Puy qui l'a fait imprimer, il reprend en Titius l'interpretation de Capreola dans Juvenal.* (b) &c. Sed novũ haud erat ipsi περιαυτολογεῖν (c) imò laudes suas canere, idque cum contemptu aliorum. Sanè intolerabilia sunt modestis auribus sequentia ipsius

(a) *Dn.* Cujacius *nescrivisset ita scribere quemadmodum Yvo de Villiomarus.*

(b) *Dn.* Cujacius *nescrivisset ita scribere quemadmodum ille; Dn.* Puteanus eum *imprimi curavit, reprehendit ille in Titio Interpretationem Capreolæ, in Iuvenalem.* (c) *De se ipso loqui.*

pſius quæ in eodem libro leguntur pag. 90. *Delrio au prix de moy ne ſcait rien, voila pourquoy il mesdit de moy* (d) & pag. 190. *On dict que je ſuis Grammairien, Ouy vraiement, je le ſuis, & bon avec, il n' y auroit Grammairien qui ſceut deviner cela.* (e) cum pag. 192. *Ego nihil ſcio, ſed vellem plus præſtare, quā illi omnes ſimul* (Jeſuitas intelligit) porro 214. *Maniliū nullus fuit qui poſſet intelligere ſicut Ego.* pag. 236. *En ce meſtier* (il parle de la Critique) (f) *Ego optimè poſſum diſtinguere quid hic vel ille poſſit.* pag. 299. *Si bis hominem alloquar ſtatim ſcio qualis ſit. Ego ſcribo Syriacè ut Syri ipſi, & à nemine didici*, pag. 312. *Il n' y a perſonne qui puiſſe ſi bien refúter Baronius que moy.* (g) pag. 313. *Auratus dicebat Julium Cæſarem Scaligerum Regi alicui facie ſimilem. Ouy a un Empereur. Il n' y a Roy ny Empereur qui eut ſi belle facon que luy. Regardez moy je luy reſemble en tout & par tout, le nez aquilin* &c. (h) & alia ejuſcemodi plura. Nam quod alibi dixit pag. 91. *Les Diables ne s' adreſſent qu' aux foibles, ils n' auroint garde de s' addreſſer a moy, je les tuerois tous*: (i) hoc equidem joco dictum arbitror. Alias utinam ei apparuiſſent! habuiſſemus quem Perſarum Aalij opponeremus, qui Diabolum fertur medium enſe diſſectum dediſſe uno ictu, de quo vide *Olearii Perſicum Itinerarium.* Ut verbo dicam, ejuſmodi inconſiderati ſermones etiam joculares arguunt internum faſtum aliquem: Et ego de me peſſimè meritum cenſerem, qui ejuſmodi colloquia mea ad familiares habita divulgaret, nedum typis mandaret. Notandum etiam exſtare *Roberti Titii Aſſertiones pro ſuis locis* Florent. 1589. en 4. excuſas.

(d) *Delrio mecum comparatus nihil novit: & hæc eſt cauſſa cur male de me loquatur.*

(e) *Dicunt eſſe me Grammaticum. Utique verò, ſum & quidem bonus. Nullus eſt Grāmaticorum qui hoc divinare potuiſſet &c.*

(f) *In hoc negotio (de Critico illi ſermo eſt.)*

(g) *Nemo Baronium æque benè refutare poteſt ac Ego*

(h) *Imo verò Imperatori Neq; enim aut Rex ullus eſt aut Imperator æque ſpecioſo corporis habitu ac ille. Intuimini me, ego illi ſimilis ſum in omnibus & ſingulis: naſus aquilinus &c.*

(i) *Dæmones nō adoriuntur niſi imbecillos: non audebunt me accedere. Ego enim omnes illos interficerē.*

VI. Scav. 33. MISOPONEMUS CASAUBONUS Imo potius Misoponerus sub cujus nomine *Satyricon* prodiit Leidæ 1617. in 8. excusum, cujus verus auctor Casaubonus senior prænomine Isaacus *Henr. Ernst.* Observ. variar. lib. 2. c. 36. Illius Elogium spe majus invenias, in Cæsaris Capacij lib. 2. p. 368.

VII. Scav. 35. JUSTI LIPSII Facis *Histor. Compendii* Auctor JO. THUILIUS Professor Patavii.

Nimirum editum extat hocce compendium Patavii 1628. in duodecimo isto titulo.

Facis Historiæ Compendium, ex Justi Lipsii operibus summo studio concinnatum. Opusculum ad Historicorum, Politicorum & Veterum Scriptorum intellectum mirâ brevitate & dexteritate conducens. Olim in Germania impressum per ANASTASIUM à VALLE QVIETIS. *Nunc vero meliori ordini restitutum, emendatum, maximâ parte auctum, & primum in Italia editum à* Constantino à Monte laboris *Patavii Antenoris è Typographejo Joannis Thuilii superiorum permissu.*

Comprehenditque breviarium Lipsii librorum.

De Militia Romana.
De Machinis, Tormentis, Telis.
De Amphitheatro.
De Gladiatoribus.
Admirandorum seu de Magnitudine Romana.
De Cruce.
De Vesta & Vestalibus.
De Bibliothecis.

Hujus editionis Auctorem fuisse hunc JO. THUILIUM Mariæmontano Tirolensem, qui cum FELICE

OSIO

OSIO Professor Oratoriæ Patavii factus est Anno 1631. optimè novisse potuit JO. RHODIUS cum ipso una ibi degens, & cui tanquam Exconsiliario Germanicæ Nationis Artistarum, uti vocant, id est Theologorum, Medicorum & Philosophorum, inter alios unà inscriptum est hoc opusculum. Quamobrem demirari satis non possum, quid moverit *Antonium Thysium* JCtum & Professorem Lugduni Batavorum *Auctorem Historiæ navalis* Lugd. Batav. 1657. in 4. editæ, item *memorabilum veterum Rerump. & Exercitationum miscellanearum Juridicarum, Compendii Historiæ Bataviæ &c.* ut hæc ipsa Compendia sub nomine suo recusa denuò Anno 1657. Amstelodami sub titulo *Roma Illustrata* ederet, quasi gloriam inde surrepturus, quam Auctor hujusce laboris majori animo contempserat. Thuilii hujus mentionem honorificam subinde facit etiam in Gymnasio suo Patavino Tomasinus, ubi vitam ejus in Elogiis enarratam sibi profitetur. Extat etiam prima hujusce Compendii editio Argentorati in 12. impensis hæredum Lazari Zezneri, sub ANASTASII à VALLE QVIETIS nomine excusa, nitidior & correctior Patavina, præfatiunculam habens eandem ferè, sed quæ tamen in Patavina sit alicubi mutata. Opusculum ipsum cum omnium manibus teratur, & se sua brevitate ac utilitate facile commendet, amplius describere hoc loco supervacuum existimo. IIX.

Scav. 16. PASCASIUS GROSIPPUS, *Gaspar Scioppius* per Anagramma. Prodiere sub hoc nomine *Paradoxa litteraria, de re nummaria veterum, Mercurius bilinguis, Grammatica Philosophica, Dissertationes Rhetoricæ.* Et nescio an nō alia etiā aliqua: adde infra n. 42. Pseudonymos sub nomine *Mariangeli de fano S. Benedicti* & *Oporini*

 rini

vini Grubini & in Anonymis librum cui Titulus *Tres Capellæ* & Scaven n. 16 : nec non *Henr. Ernstium* Observ. variar. lib. 2. c. 36. Ubi *Casparus* inquit, *Scoppius, quod crudas in medium proferat grossos, se vocat Pascasium Grosippum.*

IX. Scav. 36.

(k) Auctor Libri cui titulus *Nova ex Parnasso.*

(l) *Nova ex Parnasso, sive Defensio Patavinitatis Iulii Pauli cõtra Origines Patavinas.* Item *Nova ex Parnasso de paupertate Venetiarum per Valerium Fulvium.*

PAOLO SERVITA *Auttore de l'*aviso di Parnasso. (k)

Cujus tamen haud meminit *P. Fulgentius*, Auctor vitæ ipsius de quo inter Anonymos nostros Italos agemus. Nunc monendum hoc tantum esse censeo, comparuisse libros sub hoc nomine plures uno. Nimirum (l) *Aviso di Parnasso coiè difesa della Patavinità di Gjulio Paulo contra le Origini di Padova,* Padova 1625. in 4. Item. *Aviso di Parnasso della Povertà di Venetia per Valerio Fulvio* 1621. in 4. de quo vide sis infra ad n. 28.

X. Scaven. 38.

P. SARPUS. P. PAULUS. i. e.

PETRUS SARPUS idem qui PATER PAULUS, Monachus SERVITA, Theologus Reip. Venetæ, cui contra Pauli V. fulmina pro Clypeo quasi fuit: mutato pro more prænomine, postquam Monasticam vitam ingressus est; de quo vide plura in Anonymis nostris Italicis, ut & in Pseudonymis sub nomine Petri Suavis Polani.

XI. Scav. 41.

POMPONIO CIMIGLIANI *Nomen Supposititium Nobilis Veneti.* Addit Scavenius n. 41. *qui ab inquisitoribus in carcerem conjectus, quod nimia libertate bellum Foro Juliense scripserat: est ex familia* MINIANI. Nota verò apud Scavenium esse EMIGLIANI, ubi CIMIGLIANI legitur in Msto Rhodiano. *Henr. Ernstius,* Observat.

vat. variar. lib. 2. cap. 36. hæc habet. *Exstat liber Italicè scriptus sine nomine* Pomponij Emigliani: *de verò auctoris nomine non mihi constat, nisi quod nobilis Venetus fuerit ab Inquisitoribus Status quos vocant, in carcerem conjectus, è quo tamen agnatorum precibus liberatus est, ex Majanorum familia oriundus.*

NICOLO ZENI *Nobile Veneto Auttore dell'* Origini di Venetia *La Stampa in 8. è più copiosa* (m) Prodiit nimirum Liber ille Anonymus & aliquoties ita recusus extat. XII. Scav. 42. (m) Nobilis Venetus Auctor *Originum Venetarum*, quarum editio auctior est in 8.

Libri De Titulis Regis Hispaniæ (*Auctor*) *est* SIGONIUS *quem à Præceptore donatum edidit suo nomine* JACOBUS MAINOLDUS. Hæc totidem verbis legas apud sœpius laudatum *Ernstium* l. c. qui cum ex Laurentio Pignorio per amicum quendam hæc ad se delata testetur, nullus amplius dubito, quin etiam noster ex eodē ista habuerit. Utpote qui nō coætaneus modo illius, sed & familiaris Patavii degens fuit, uti liquet ex Pignorii Symbolarū Epistolicarū, Epistola 36. ad nostrum scripta, Fuit autem ille MAINOLDUS Cremonensis, cujus vitam describit Italicè *Girolamo Ghilini*, Theatr. part. 1. pag. m. 71. 72. ubi altum de hocce plagio silentium, ipsius verò scripti mentio est valdè honorifica, ejusque vera inscriptio notatur *de Titulis Philippi Austrii Regis Catholici*. Prodiit idem Bononiæ 1573. in 4. sub hac inscriptione *Jacobi Mainoldi Galerati de Titulis Philippi Austrii Liber atque in ipsas titulorum successiones Tabulæ*: quod eò diligentius noto, quoniā & hic auctor est inter omissos à *Georgio Draudio in Bibliotheca Classica* quales etiam alios tantum non sexcentos haud ignobiles XIII. Scav. 44.

nota-

notavimus. Neque tamen hic silentio prætereundum quod modo laudatus *Ernstius* paulo post CAROLO VIANELLI, de quo pluribus infra ad N. 22, agetur, hoc scriptum ex eruditorum plurimorum sententia tribui testatur.

XIV. Scaven. 51. POLIPHILI Auctor Frater Franciscus COLONNA. Poliphili Hypneromachiam Venetiis ab Aldo editam memorat Gesnerus & *Vossius* de Histor. Latin. lib. 3. cap. 9. pag. 803. in eaque humana omnia non nisi somnium ostendi, atq; obiter plurima scitu digna commemorari auctor est: verum iste liber cum figuris editus in fol. impressionis locum præfert Tarvisium, annum verò 1467. Scavenius librum *de Amore* nescio quem hic intelligi notat. Fusior hac in parte *Henr. Ernstius*. l. c. Poliphili *auctor*, *ait*, *investigandus est è litteris inscriptionis libelli. Tum reperies Fratrem* Franciscum Colonnam *peramasse Poliam Virginem nobilis familiæ Polæ Tarvisii. Hæc & multa alia retulit amico meo Laurentius Pignorius.* Eum librum Chimices artis arcana continere sibi persuasisse non nullos, ex *Borelli* Bibliotheca Chimica videre est, ad nomen Colonna & Poliphili: nec non ex *Sorelli* Bibliotheca Gallica Gallice scripta pag. m. 173. ubi Franciscum Beroaldum illius interpretem imitatione minus felici simile quid tentasse memorat.

XV. Scaven. 53. L'Impresa di Terra Santa, del MOROSINI vernaculè *(id est Italicè)* tantum editus liber Incognitus equidem mihi, sed quem de Invasione aut occupatione Terræ Sanctæ sive Palæstinæ tractare ex inscriptione conjecturo.

Anti-

Antidotarii Bononiensis Auctor ALDROVANDUS.

Prænomine Ulysses, cujus vitam & scripta prolixè recenset *Lorenzo Grassi* in italicè conscriptis suis Elogiis hominum litteratorum part.1.pag.m.135 & seqq. ubi tamen haud meminit hujusce scripti, editi aliquoties nempe Bononiæ 1574. & 1615. in 4. ἀνωνύμως, vel quemadmodum annotavit *Scavenius*, *nomine Collegii Bononiensis.* Quod confirmat loco citato suarum Observationum *Ernstius* Bartholetum Professorem Mantuanum testem citans, ad probandum quod Aldrovando scriptum hoc acceptum ferri debeat: vide Elogium ejus apud Jo. Imperialem Musei Historici pag. 145. ubi opera ejus etiam præter morem auctoris enumerantur, attamen Antidotarium siletur. XVI. Scav. 54

FENESTELLA *est Andreæ Dominici Fiori* XVII. Scav. 55.

Librum hunc *de magistratibus Romanorum Andreæ Dominico FLOCCO* Florentino, Canonico & Secretario Pontificis omnium primum restituisse *Ægidium VVitsium* JCtum & Syndicum Brugensem in editione illius A. D. 1561. 8. typis Plantinianis facta, in qua etiam *Pomponii Læti*, *Raphaelis Vollaterani & Henrici Bebelii*, eadem de re Libelli simul prodiere, Auctor est *Valerius Andreæ* in Bibliotheca Belgica pag. m. 30. Idem postea plures confirmavere v. g. *Jo. Jac. Frisius*, in Bibliotheca sua Classica, nec non imprimis videndus *Jo. Ger. Vossius* de Histor. Lat. l. 1. c. 19. circa finem, ubi cum Valerio modò laudato, notat errorem *Francisci Robortelli*, Poggio Florentino librum hunc adscribentis & alium etiam *Alciati Pomponio Læto* eundem tribuentis, suamque sententiam

auctoritate *Flavii Blondi* & testimonio *Gyraldi* luculenter confirmat.

XVIII. Scav. n. 56. Fabius Pictor & *reliqui* JO. ANNII VITERBIENSIS.

Ut scias quinam illi sint Reliqui, Ecce totum Catalogum Supposititiorum hujus Annij figmentorum ex Editione Antvverpiensi 1545. in 8. (præter quam & Commelinianam extat quoque Wittebergensis editio Anno 1612) excerptum, qui ita se habet.

1. BEROSI *Sacerdotis Chaldaici antiquitatum totius Orbis Libri V.*
2. MANETHONIS *supplementa ad Berosum lib. I.*
3. XENOPHONTIS *Æquivoca.*
4. FABII Pictoris *de Aureo Seculo & Origine Urbis Romæ Lib. II.*
5. MYRSILI Lesbii *de Bello Pelasgico.*
6. M. CATONIS *Fragmenta de Originibus.*
7. ANTONINI PII CÆSARIS AUGUSTI *Itinerarium.*
8. C. SEMPRONII *de Divisione Italiæ.*
9. ARCHILOCHUS *de Temporibus.*
10. METASTHENES *de Judicio Temporum & Annalium Persarum.*
11. PHILONIS *Historici Hebræi Breviarium de Temporibus.*
12. CL. MARII ARETII *Viri Patricii Syracusani de situ Siciliæ.*

Ejusdem *Dialogus in quo Hispania describitur.*

Hæc sua ipsius figmenta commentariis & annotationibus ipse illustravit, inepta spe sibimet ipsi blandiens,

ens, fore ut nemo tam putida commenta in omni secutura posteritate detegeret, & hac ratione gloria sibi maneret extractorum & ab interitu vindicatorum tot illustrium scriptorum. Sed quantopere falsus fuerit, ex innumeris eruditissimorum Virorum testimoniis, adversus hunc falsarium, ejusque defensores aliquos, aut rudiores aut Veritatis minus quam ordinis sui religiosi cultores, variis argumentis atque probationibus pugnantium patet, quæ singillatim huc transscribere modus operis nobis propositi non permittit. Neque vel notorium amplius probare, vel toties scripta repetere necessarium autumo. Videatur ea de re *Gasparis Varrerij* Lusitani *Censura peculiaris de Pseudo Beroso, Manethone Ægyptio*, aliisq; ab Annio editis, ex Lusitanico Latinè reddita, cum *Jo. Goropij Becani* ex libro illius Originum quarto de iisdem auctoribus suppositiciis excerpto judicio, in Tomo secundo *Bibliothecæ Hispanicæ* ab *Andrea Schotto* adornatæ pag. 356. & seqq. ubi solidissimis argumentis impostura tanta probatur, & ex veris genuinisq; reliquiis assumenta falsa reprobantur. Excusa est etiam hæc dissertatio una cum ipsis Auctoribus hisce apud Commelin. 1599. in 8. Vide Scalig de emend. temp. lib. 1. pag m. 3. Usserii annales ad A. M 3355. Keckerm. de nat. & propr. hist. auctar. c. 7. p. m. 1879. Adde *Hispaniam Nonij* cap. 3. & *Jo. Gerard. Voss.* de Historicis Latinis lib. 3. c. 8. p m. 609. & seqq. ibique citatos Auctores summos complures; neque pauciores hisce vel ignobiliores recensitos à *Theophilo Raynaudo*, Erotematum de bonis ac malis libris partit. 1. Erotem. 10. §. 3. n. 269. pag. m. 164. Ubi caussam legas cur multi

Pontificiorum parcius & non sine prævaricatione aliqua falsarium hunc accusaverint. Ea hæc est. *Fortassis tamen ab alio quopiam impositum est ipsi Annio, quem doli expertem fuisse malo existimare, cum religiosum institutum Prædicatorum sit Professus.* Verumenim verò quod hac professione sua se deterreri à tam nefario crimine passus haud sit, vel illa quam de lapide fictis inscriptionibus ornato ac in vineam suam defosso, posteaque publicè Viterbiensium Senatui pro antiquo venditato, non illepida historiola evincit, quam apud *Anthon. Augustin.* Dialog. X. Antiquitat. Romanarum & Hispanarum, ex eoque excerptam apud *Jo. Ger. Vossium* loco modò citato pag. 610. lectitare licet. Monf. *de Popeliniere*, in Gallico suo libro doctissimo, cui titulum fecit *Histoire des Histoires* (n) lib. 4. pag. 209. testatur etiam peculiarem à se dissertationem conscriptam adversus hasce Annii Suppositiones, quam tamen hactenus videre mihi non contigit. *Isaacus Casaubonus* in Apparatu Exercitationum ad Baronium n. 5. Diatribe 1. pag. m. 20. *spurcissimas Annianarum fabularum lacunas & fœdissima mendacia* vocat, ipsum vero *improbissimum fabularum concinnatorem* Exercitat. 1. Diatribe 32. pag. m. 145. adde ejusdem Exercitat. 3. pag. 204. 205. & Exercit. 13. Diatr 5. pag. 244. ubi Baronium Pseudophilonem sequentem aliquoties refutat. In Scaligerianis sermonibus familiaribus quos fratres Puteani conservaverunt, ista lego pag. m. 6. *Annius Viterbiensis* (o) *a esté veu par un homme qui me l'a dit; il estoit fou, & talis habebatur.* Neq; id mirum. Ejusmodi enim mirifica ingenii scabies, & inde natus omnem orbem litterariũ impudenter adeo

(n) *Historia Historiarum.*

(o) *Visus fuit ab aliquo qui mihi ipse hoc dixit: Erat Stultus.*

decipiendi nefarius pruritus, absque mentis aliqua insigni stultitia fuisse qui possit? Quamobrem *Franciscum Sansovinum* hosce libros, in Italicum sermonem transferre non dedignatum fuisse tanto miror impensius. Ejus tamen facti testis est *Ghilinus* in Theatri litteratorum Italici parte 1. pag. m. 64. ubi vitam hujusce doctissimi Veneti enarrat atque scripta. Particulatim de singulis hisce scriptoribus vide cum aliis *Vossium* de Historicis Latinis atque Græcis & Gesnerum suis in locis cuique Scriptori covenientibus v. gr. de *Beroso* Histor. Græc. l. 1. c. 13.

Manethone Hist. Græc. l. 1. c. 14.

Xenophonte Hist. Græc. l. 1. c. 3. p. 21

Fabio Pictore Hist. Lat. l. 1. c. 3.

Myrsilo Lesbio Hist. Græc. l. 3. p. 391. ubi etiam MYRTILUM vocari eundem docet.

M. Catone Hist. Lat. l. 1. c. 5.

Antonini Pij Cæsaris Itinerario Hist. Lat. l. 3. part. 2. pag. m. 695. ubi de veris hujus Scriptoris Manuscriptis ac editionibus. Adde *Joannis Hallervordi* nuper editum Spicilegium de Historicis Latinis pag. 34.

C. Sempronio Hist. Lat. l. 1. c. 8.

Archilocho Hist. Græc. l. 1. c. 1. p. 5.

Metasthene, qui ne nomine quidem huic falsario notus fuit, & MEGASTHENES dici debuisset Hist. Gr. l. 1. c. 12. pag. 76 77. &c.

Philone Hist. Græc. l. 2. c. 7. p. 191. 192. & *Casaub.* exercitat. Baron. 3. pag. 204. 205. & Excerc. 13. diatr. 5. pag. 144.

XIX. Scar. 45. JO. ZAMOSCHUS de Magistratu Romano *sine die & Consule, in 8. editus.*

XX. Scar. 46. *Bernardini* LAURETANI Scholia in Ciceronis Orationes, imò *Commentarius in Orationem Ciceronis de lege agraria* Venet. 1558. in 4. editus.

SIGONIUS.

XXI. Scar. 47. *Hieronymi* RAGAZONI Comm. in Epist. Familiares A. 1555. ex officina Aldi Manutii per Paulum Manutium excusi, quibus quo tempore quæq; Epistola scripta sit: indicatur, id quod etiam P. Manutius postea ex eo mutuatus in suam editionem transtulit. Caroli SIGONII hujus vitam & scripta enarrantes Itali vernaculâ sua *Grassi* & *Ghilini*, nullam ullius horum Pseudonymorum scriptorum mentionem faciunt. Videatur *Lorenzo Grassi* in Elogiis Litteratorum Italicè Venet. 1666. in 4. editis parte 1. pag. 151. *Girolamo Ghilini* Theatri litteratorum Italici part. 2. pag. 56. *Henricus Ernstius* tamen Observationum variar. lib. 2. c. 36. de omnibus hisce tribus libris testimonium perhibet, quod Sigonio debeantur, addens librum de Senatu Romano antiquitatis studiosis valde commendandum: Ragazonii vero nomine edita in Ciceronem frustra Paulo Manutio hactenus à viris doctis assignata esse. *Starovolcius* in vita Jo. Samosci centuriæ suæ n. 19. pag. 39. ipsi huic magno Exercituum Generali, & Polonici Regni Cancellario librum de Senatu Romano tribuit, cum alio *de perfecto Senatore, sic accurate confecto, ut ad veterum etiam scriptorum laudem perveniret. Stavenius* rationem furti Sigonio facti notat, quod auditoribus ea scripta dederit. Extat vita & obitus ejusdem Samoscy descripta per Adamum

Bursi-

Burſium & Simonis Simonidis Pœmatijs ex Bibliotheca Joach. Morſi Lugd. Bat. 1612. in 8. publicatis ſubjuncta cujus pag 79. reliqua ejus ſcripta laudantur, at hocce de Magiſtratu Romano ſilentio prœteritur.

Conſolatio CICERONIS CAROLI VIANELLI *Veneti Collegij Decemvirum ab Epiſtolis*, ut addit *Scavenius*. XXII. Scaven. 57

Conſolationem hanc Anno ſeculi ſuperioris octuageſimo tertio apud Italos, quaſi primò reperta fuiſſet inter antiqua MSta, neſcio cujus Bibliothecæ, editam in Italia, deinde verò à Claudio Minoë in 8. Luteriis & poſtea variis in locis aliis excuſam, Ciceronem Auctorem haud habere, jam dum aliquam multi Doctorum notaverunt, eo imprimis argumento uſi, quod Tuſcul. Q. & Divinat. 2. teſtaretur Cicero, in hanc Conſolationem Clarisſimorum Romanorum exitus gravisſimos ſe collegiſſe, qui non reperiuntur in eadem. Inſuper verò etiam Stylum & genium Tullianum ſatis infelici imitatione expresſiſſe, quemvis etiam credamus ejus Auctorem, probavit *Lipſius* in notis ſuis ad hoc opuſculum, de quibus ita ſcribit in vita Lipſii *Aubertus Miræus* pag. m. 21. *Sub idem tempus* (nempe A. D. 1583.) *novitius in Italia libellus prodiit M. Tullij Ciceronis, ut volebant, Conſolatio, quo ſcripto ſe ipſum de filiæ obitu conſolatus dicebatur. Judicio adhunc noſtrum Reipublicæ Litterariæ Principem* (*quem illi titulum Gaugericus Rivius ingenioſo libello adſtruxit qui typis Plantinianis editus exſtat*) *is perſonam mox detraxit, & ſtylum disjunctum, otioſum, lentum, & Phraſin Sigonianam primus niſi fallor, agnovit ac detexit.* Jano Guilielmo Ricobono & *alijs mox ſuffragantibus*. Ubi quæ d-

Sigoni-

Sigoniana Phrasi notata dicit, ex ipsius Lipsii notis nulla colliguntur. SIGONIO nihilominus palam hunc fœtum assignat *Ghilini* Theatro Litteratorum Italico sæpius laudato parte 2. pag 56. Et tamen extat ipsius *Sigonij censura* in hoc opus, una cum Riccoboniana Francofurti apud Wechelios excusa. Vide super hac re Georg. Hornium Historiæ Philosophicæ lib. 4. c. 5. pag. 250. Ubi de Ciceroniana Consolatione hac aliqua commentatus. *Superiori tamen seculo*, pergit, *quidam imponere Orbi conatus in lucem produxit hunc librum, sed fraus à sagacioribus statim detecta est. Plerique Eruditorum, inter quos &* Lipsius *erat, augurabantur ejus auctorem*, Sigonium *fuisse*. Neque hoc augurium ego falsum arbitror. Certè minus est dubiosum mihi quam Autoris nostri assertio, quamvis illi accedat testimonium *Henrici Ernstii* Observ. var. p. 2. c. 36. expresse pro certo affirmantis, quod Vianello debeatur hisce verbis. *Consolatio M. T. Ciceronis, de quâ viri docti multum inter se digladiantur, est* Caroli Vianelli *Veneti*. Sed animadverte quæso contradicentem hisce etiam asseverantius *Joannem Imperialem* Musei Historici pag. 59. in Caroli Sigonii elogio verbis hisce: *Moratus autem Bononiæ plures annos, humanitatis inibi vices explevii, sed multo citius quam vel vita modus, vel ætatis ferrent incommoda, clandestini cujusdam angoris impetu exanimatus. Hunc, eò notabilem eventum referunt, quod cùm à* Tullio, *passim sui cujusdam opusculi de* Consolatione *fiat mentio quod adhuc hominum oculis non illuxit, incidit in mentem* Sigonio *ambiguo forte nimis ausu, extremas ingenij vires experiri, ac Libellum suamet opera confictum sub* Ciceronis *titulo emittere; in eo*

siqui-

siquidem affectata Tulliana dictionis excellentia, facilè futurum putaverat, ut à Doctorum vulgo inter genuinos Tullij fœtus reciperetur; inde vero patefacto errore, lepidam omnes auctoris industriam, præaltosq; nisus admirarentur. Cæterum statim ac ejusmodi liber prodiit in lucem, ad varios allisit scopulos; variosque sortitus est Criticos, qui ipsum personatum adgnoscerent; imprimis autem Antonius Riccobonus *Vir inter eximios non ignobilis, accusatoris munia subivit, ac diserte ostendit opus illud omninò spurium, nec ullo pacto Ciceroni adscribendum; fucosum nempe styli genus, & adscititiam rerum vim, onerosamque ubertatem redarguens. Hinc factum, ut* Sigonius *eas in cassum ac futile initas à se vigilias animadvertens, & Adversarii Studio ereptam sibi augurata gloriolæ spem, qvin etiam duriorem hac de re sensum hominum mentibus obrepsisse, morbosum animi contraxerit æstum, quò deinceps aliis vel increpantibus vel etiam miserantibus est surreptus.* Elogium aliud non vulgare, sed nihil huc faciens, vide apud Cæsarem *Capacium.* Elogior lib. 2. p. 294. & Jo. Matthæum *Toscanum* in peplo Italiæ. lib. 4. pag. m. 109. Supposititium fœtum esse qvi confirment annotare cunctos, operæ pretium non puto. Sufficiant præter superius memoratos, & quos illi plures adducunt, etiam *Andr. Schottus* Nodorum Ciceronianor. enodator. lib. 2. c. 5. & *Possevinus* in Apparatu, ac *Rivetus* Critici Sacri lib. 1. cap. 5. pag. 130. ut contra jam sit frustra *Mariana* de Immortal. lib. 3. c. 4. consolationem hanc genuinam esse contendens,

STROZZI CIGOGNA *Degl' Incanti* (p) Tomaso GARZONI. *XXIII.* Scav. n. 58. (p) *De Incantamentis.*

Hujus Auctoris vitam & scripta enarrat *Girolamo*

Ghilini Theatri d' huomini letterati part. 1. pag. m. 216. neque tamen hujusce scripti verbulo meminit. Extat tamen impressus liber Venetiis 1605. in 4to sic inscriptus (q) *Palagio Degl' Incanti & delle gran maraviglie degli Spiriti, & di tutta la Natura, diviso in libri 45. & in 3. Prospettive: Spirituale, Celeste, & Elementare, di* STROZZI CIGOGNA *Gentil huomo Vicentino Theologo, Filosopho & Dottor di leggi, & Nuntio della citta di Vicenza appresso la Ser. Rep. di Vinegia.* In quo multa sunt Exempla rara, & alia collectanea de Spiritibus. De plagio circa hoc scriptum commisso sequentibus verbis testatur *Henr. Ernstius* Observat. variar. lib. 2. cap. 36. *Strozzi degli incanti: liber surreptus est* Thomæ Garzoni, *cujus frater post obitum ejus* Strozzi *Ciconiæ litem Venetiis movit.*

(q) *Palatium Incantamentorum & de magnis miraculis Spirituum, totiusque naturæ, divisum in libros 45. inque tres Scenographias Spiritualem, Cælestem & Elementarem,* STROZZI CICONIÆ *Nobilis Vicentini, Theologi,* XXIV. *Philosophi &* XXV. Scav. n. 60. *Legum Doctoris, ac Nuncii Civitatis Vicentinæ ad Remp. Venetam.*

Vita di Melino scritta da Pietro GERARDO Padovano.

MARCUS VELSERUS Auctor *Scrutinii Veneti* Liber editus & Latinè & Italicè aliquoties diversis formis, libertatem Venetam oppugnat, & totam hanc Remp. Imperio Romano vendicat. Eum *M. Velsero* Augustano deberi in vita ipsius *Melchior Adami* silentio præteriit: notavit autem *Gassendus* in vita Peireskii lib. 3. pag. m. 86. ubi sequentia verba, etiam hic legi merentia consignata reperias. *Prodiit per hæc tempora liber Italicè scriptus, in Mirandola* 1612. 4. *titulo Squinitii, quo Libertas Veneta ab ipsis Reip. fundamentis fuit discussa. Is quia visus est continere eximiam quandam Imperii, Gothorumq; Regum Historiæ notitiam, idcircò statim creditus fuit (quæ etiamnum est multorum persuasio)* Peireskium *habere*

Aucto-

Auctorem. Enimverò testari licet nihil tale ipsi venisse in mentem. Quin potius sic semper reveritus fuit Reip. Majestatem, quosque in illa Amicos habuit, ut ad præstandum obsequium potius, quam ad contumeliam fuerit comparatus. Ac non disquiro quidem an Auctor hujusce libri fuerit Antonius Albizius *Nobilis ille Florentinus, qui Christianorum Principum Stemmata ediderat ante duos annos, ut nonnullis persuasum est, an, ut videtur verosimilius, insignis ille* Marcus Velserus, *cujus sæpius meminimus, ob consummatam eruditionem propensionemque singularem erga domum Austriacam. Addo duntaxat immerito videri quosdam suspicatos tam* Gvaldum *quam* Pignorium, *aut contulisse operas in eo opere conscribendo, aut communicasse cum* Peireskio *quos digereret Commentarios. Ii fuere enim magis ingenui, patriæque suæ magis amantes, quam ut ea impietatis labe commaculari voluerint, utcumque sit* Peireskius *certè nihil simile unquam cogitavit.* Henr. Ernstius Observat. variar. lib. 2. c. 36. hac de re confidentius ita scribit. *Libellus Italica hac inscriptione.* Squitinio della liberta Veneta, *scriptus est à viro Amplissimo* Marco Velsero: *Ostendit in eo Remp. Venetam non semper fuisse liberam, sed Imperio Romano Germanico subjectam, contra* Bernardum Justinianum, Sensovinum, *aliosque Historicos Venetos.* Scrutinio huic oppositi libri peculiares extant publicè. Nimirum *Theodori Grasvvinkelii* Libertas Veneta, seu Venetorum in se ac suos imperandi jus, contra Anonymum Scrutinii Scriptorem Lugd. Batav. 1634. in 4. Item Italicè (r) Squitinio della Rep. di Venetia Squitinato da *Rafaele della Torre* Genovese. Genova 1653.

(r) *Scrutinium Venetum perscrutatum à* Raphaele de Turri *Genuensi: Genuæ.*

D 2 PAR-

XXVI. Scav. 61.

PARTENIO ETIRO. Pietro ARETINO. per Anagramma seu Metathesin literarum: vide hoc confirmantem, & scripta sub hoc nomine sequentia enarrantem *Ghilinum* Theatro d' huomini letterati (s) part. I. pag. m. 192. *Specchio dell' Opere di Dio. Parafrasi sopra i. Sette Salmi. Vita della beata Virgine. Humanita del Figliuol di Dio. Vita di S. Tomaso d' Aquino. Vita di S. Catharina Vergine & Martyre.*

(s) In Theatro litteratorum Italicè edito. *Speculum Operum DEI. Paraphrasis septem Psalmorum. Vita beatæ Virginis. Humana Natura Filii DEI. Vita S. Thomæ de Aquino. Vita S. Catharinæ Virginis & Martyris.*

XXVII. Scav. 62.

Amadio NICOLVCCI Nicolo MACHIAVELLO. Sub hoc nomine prodiere *Discorsi politici & militari di Amadio Nicolucci* Venet. 1648. in 4to.

XXVIII. Scav. 64.

Valerio FULVIO, Giacomo CASTELLANO. De eo videsis infra sub finem Auctarium hujusce Catalogi, & quæ supra scripsimus ad n. 9. Nimirum sub hoc nomine prodiisse librum Italicum hac Inscriptione notatum, *Aviso di Parnasso della Pouertà di Venetia* (t) 1621. in 4. Ejusdem Auctoris etiam est liber alius Italicus, (u) *Castigo Essemplare de' Calonniatori* 1621. in 4.

(t) *Nova ex Parnasso de paupertate Venetiarum.*

(u) *Castigatio notabilis Calumniatorum.*

XXIX. Scav. 65.

Francisco BERSABITA, Io Stesso. Quid sub hoc nomine prodierit ignorat vel certè tacet mecum Scavenius n. 65.

XXX. Scav. 1.

Liberius VICENTINUS, Petrus CUNÆUS. Flissingensis, Professor Lugduni Batavorum de quo videatur *Valerius Andreæ* Bibliothecæ Belgicæ pag. m. 733. ubi tamen hujusce fictitii nominis mentio nulla. Vereor autem ne hac in parte erratum sit ab Auctore nostro, & *Satyra Menippea Nescimus quid serus vesper vehat*, sub nomine Vincentii Liberii Batavi edita falso putata sit esse *Petri Cunæi* (cujus habemus *Sardos venales*,

Saty-

Satyram itidem Menippeam, sed sub ipsius nomine publicatam, cum sit NICOLAI CRASSI Veneti: quemadmodum hoc præter *Scaveninum* n. 1. testatur Autor libri pariter Anonymi, Italicè scripti, cui titulus, (vv) *Glorie degli Incogniti, overo gli Huomini Illustri dell' Accademia de Signori Incogniti di Venetia*, continens vitas eruditorum, qui huic Academiæ nomen dedere: inter quos pag. 341, & seq. hujus NICOLAI CRASSI vita cum scriptis tam editis quam edendis recensetur, In quibus legitur etiam *Satyra Menippea Nescimus quid serus vesper vehat*, (x) sotto nome di Liberio Vicenzo Ollando. Plura vide in Pseudonymis nostris ad nomen *Publii Licinii*.

(vv) *Gloria Incognitorum; sive Viri Illustres Academia Dn. Incognitorum qua Venetiis est.*

(x) *Sub nomine Liberii Vincentii Batavi.*

Pietro NELLI, Andrea di BERGAMO. XXXI. Scaven. 2.

Gneo Falcidio DONALERO. Giovanni Francesco LOREDANO. XXXII. Scav. 3.

Cognomen tantum est Metathesi occultatum. Hujus inclyti Senatoris Veneti vitam Italicè scripsit *Antonio Lupis*: impressam Venetiis 1663. in 4to. ubi de fictitio hoc nomine nihil. Accuratior hac in parte *Ghilini* in Theatro Italico sæpius laudato part. 1. pag. m. 105. qui inter scripta hujusce Viri celeberrimi recenset unum quod inscribitur, (y) *Morte & Ribellione di Valestain sotto nome di* Gneo Falcidio Donalero, *chi per Anagramma significa Gio Franc. sco Loredano*, vide si lubet ejusdem etiam Elogium p. 245. in Elogiis Italicis *Incognitorum* qui sunt Venetiis. Ubi reperias equidem inter hujusce Viri celeberrimi scripta numerari, *Morte di Vallestain*, sed non addito nomine fictitio; nullus tamen dubito quin

(y) *Mors & Rebellio Valensteinii sub nomine*, Gnei Falcidii Donaleri, *quod per Anagramma significat* Glo. Franc. Loredanum.

idem illic scriptum intelligatur, quod à Ghilino loco modo citato.

XXXIII. Scar. 4. Persius TREVUS: Petrus SERVIUS Medicus Romanus per Anagrammatismum. Extant sub eo nomine *ad librum de Sero lactis* Stephani Roderici *Castrensis Lusitani Exercitationes privatæ* Parisiis 1622. & Romæ 1634. in 8. editæ, quibus Licetus contra Rodericum à Castro defenditur. Sub genuino verò nomine PETRI SERVII *Spoletini* reperiuntur sequentia: Petri Servii Spoletini *Miscellanea antiquitatum Romanarum* Romæ 1640. 8. *Institutionum, quibus tyrones ad medicinam informantur libri tres*: *Prolusiones duæ, ad instruendos inflammandosque ad artem tyrones accommodatæ.* Romæ apud Bernardinum Tanum 1638. in 12. *Dissertatio de unguento armario, sive de natura artisque miraculis*, Romæ apud Dominicum Marciam 1642. 1643. in 8. *Dissertatio de odoribus* Romæ apud Franciscum Caballum 1641. in 8. *Prolusio Jatrophilologica, an Juvenis esse possit absolutus Medicus & ad faciendam Medicinam planè idoneus.* Romæ. *De facultatibus Medico necessariis, utilibus, commodis*, ibidem

XXXIV. Scar. 5. Neotericus FRANOLPINUS Jacob MOINE Medicus, qui scripsit, *Deliramenta Hæmophobi*, de quibus nil apud *Lindanum*. Sub nomine quoque Jacob le Moyne prodiit A. 1591. Francofurti *Historia sive Narratio brevis eorum quæ in Florida Gallis acciderunt Anno 1563.* quem alium esse censeo.

XXXV. Scar. 6. Menedemus RHODIENSIS, Alexander de VICENTINIS. qui scripsit *pro Sententiâ Cremonini de Calido*. Alexandri de Vicentinis Medica scripta vide apud

apud *Lindanum* pag.m.18. qui fictitii nominis haud meminit : sed sub vero nomine commemorat Veronæ 1634. in 4. editum tractatum *de Calore per motum excitato atque de cœli influxu in sublunaria.*

Scipione Africano di BERTI, CREMONINO. XXXVI. Scav.7.
Cæsarem Cremoninum intelligi credo Professorem Patavinum juxta cum Fr. Piccolomineo, de quo vide Auctores Italos Lorenzo *Grassi* Elogior. part.2. pag.m. 123. *Giov. Imperiali* nel Museo, & ex latinè scribentibus præcipuè *Tomasinum* in Gymnasio Patavino, hinc inde illius encomia repetentem, absque tamen ulla scriptorum sub aliquo fictitio nomine editorum mentione: quemadmodum neque diligentissimus alias Medicorum scriptorum collector *Lindanus* huic nomini quidquam adscribit, apud quem tamen Cremonini scripta enumerata reperias. Hunc ab omni religione alienum fuisse, Animam mortalem & alia Christiano homine prorsus indigna dogmata defendisse, notant Auctores Itali modo laudati.

Nicolaus VILLANUS Pistoriensis Auctor XXXVII. Scav. 8.
Satyrarum *Dii Vestram fidem* &
Nos canimus surdis. XXXVIII. Scav. 9.
Idem confirmat in ipsius vita *Nicolo Grasso* in Elogiis Italicis litteratorum part.1. pag. m. 262. hisce verbis : *E fama che. Nicolo Villani fosse l' Autore di quelle due elegantissime & pungentissime Satire intitolate.* Dii vestram fidem. & Nos canimus surdis : *nelle quali due composizioni acutissimamemte mordeva la corruttela de' costumi*

costumi degl' huomini del suo depravato secolo. (z) vide plura in Pseudonymis nostris, sub nominibus *Fagiani*, *Foresi*, & *Neglecti* Academici, qui *Anti Satyram* opposuit Satyræ *Dii Vestram fidem*.

XXXIX. Scav. 10. *Vallestani Scolpato* di David SPINELLI Cittadino Veneto.

XL. Scav. 11. Masoto GALISTONI } Angelicus

XLI. Scav. 12. Carlo GALISTONI } APROSIUS

In libro Anonymo Italicè scripto jamque supra laudato cui titulus est (a) *Le glorie de gli Incogniti, overo gli huomini Illustri dell' Accademia de Signori Incogniti di Venetia* pag. 39. & seqq. invenio Elogium Angelici Aprosii Vintimiglia ibidem fusius legendum: è quo tantum hoc loco adscribam editos sub nominibus fictis libellos inibi enumeratos. Illi autem sunt sequentes. (b)

Il Vaglio Critico di MASOTO GALISTONI sopra il mondo nuovo.

Il Buratto di CARLO GALISTONI in difesa del Vaglio Critico.

L' Occhiale Stritolato di SCIPIO GLAREANO, Risposta all' Occhiale dello Stigliani.

Annotationi d' OLDAURO SCIOPPIO all' Arte degli Amanti del Michiele,

Prediche dell' Auuento d' Agostino Osorio *portate dalla Spagnuola nell' Italiana favella da* Oldauro Scioppio.

La-

(z) *Fama est* Nicolaum Villani *Autorem esse duarum illarum elegantissimarum ac acerrimarum Satyrarum,* Dii vestram fidem. & Nos Canimus surdis, *in quibus binis scriptis argutissimè carpit corruptelas & mores seculi sui corruptissimi mortalium.*

(a) *Gloria Incognitorum sive Viri illustres. Academia Dominorum Incognitorum quæ Venetiis est.*

(b) *Cribrum* Criticum Masoti Galistoni, *super Mundum novum.*
Sub cerniculum Caroli Galestoni *in Defensionem Cribri Critici.*
Perspicillum detritum Scipionis Glareani i.e. *Responsio ad Perspicillum* Stigliani.
Annotationes Oldauri SCIOPPII *ad Artem Amantium Michaëlis.*
Conciones de Adventu (scil. Domini) *Augustini* OSORII *ex Hispanico Italicè reddita per* OLDAURUM SCIOPPIUM.

La Sferza Poëtica
Il Veratro. } *di SAPRICIO SAPRICI.*

Lo Scudo di Rinaldo di Scipio Glareano.

Ferula Poëtica Helleborum Sapricii Saprici. *Clypeus* Rinaldi *per* SCIPIONEM GLAREANUM.

Hunc Autorem *Scavenius Bibliothecam Apocryphorum* contexuisse, in qua scripta quam plurima suis Auctoribus asseruerit, auctor est in Catalogo suo quem subjiciam. Eum librum videre mihi nunquam contigit etsi sedulò inquirenti. Neque in Catalogo vel editorum vel edendorum ab ipso voluminum, quem Italus Autor Elogiorum modò citatus commemorat, talem invenies. Equidem inter ea quæ prælo parantur lego, *La Bibliotheca Aprosia*, quæ num forte debeat esse Apocrypha illa nescio. Certè maximopere desidero videre hoc scriptum, si tale est quale Scavenius illud describit. Fortassis enim augendis hisce nostris haud parum conferret. Verum enim verò malè metuo ne pro Bibliotheca Aprosia nobis Apocrypham fecerit Scavenius, facili ob vocum affinitatem errore. Quamvis enim Academiæ Incognitorum Scriptorem hujusce libri non meminisse propterea non fortassis ineptè suspiceris, quod tum adhuc, anno videlicet hujus seculi quadragesimo septimo, vixit Autor ille quadragenarius primum, adeoque multa posthinc edere potuerit: attamen accedit huc, quod neque *Lorenzo Grassi* Elogia sua Italica litteratorum integris annis decem & novem postea in ipsa Venetorum urbe typis committens, usquam hujus Apocryphorum Bibliothecæ, sed Aprosianæ solius meminerit, quæ forte libros scriptos, lectos aut possessos Aprosii continere potuit; & de qua quantum novi inter pseudonymos sub nomine *Antivigilmi*, reperias.

rias. Idem facit *Philippus Elſsius* Bruxellenſis in Encomiaſtico ſuo Eremitarum S. Auguſtini, Bruxellis 1654. edito, cujus negligentiam ut alias (nec injuria fortaſſis) in Bibliotheca ſua Bibliothecarum hic, & ad *Angelici Aproſii* nomen carpit *Philippus Labbeus* Jeſuita, apud quem pag. m. 8. ſic legitur. Angelicus Aproſius Ventimilienſis Auguſtinus. *Athenas Italicas eum parare Anno 1647. aſſerebat Jacobus Philippus Tomaſinus, in ſuo Parnaſſo Euganeo* (pag. m. 37. *quem librum nec ipſum lucem publicam hactenus vidiſſe quisquam auctorum ſuperius memoratorum indicat) An perfecerit aut etiam typis commiſerit neſcio: nec id malo ſuo more non diſtinguendi inedita ab editis, indicavit* Philippus Elſsius *in Encomiaſtico Auguſtiniano, ubi addit Bibliothecam Aproſiam, ſed quid ſit non explicat.* Nimirum ille ſuo more Catalogum alienum aliquem, & fortaſsis hoc loco nobis modo citatum Anonymi de Incognitis ſecutus eſt: ut adeò non ſit quod illius teſtimonium valdè curemus. Porrò ut etiam aliqua de recenſitis quibusdam hujus auctoris pſeudonymis ſcriptis notitia conſtet, Adjiciam ipſius Auctoris Incogniti de Incognitis ea de re verba quæ ſequentem in modum ſe habent: (c) *Scriſſe egli nel principio della ſua gioventu contro* l'Occhiale di Tomaſo Stigliani *a difeſa del* Cavalier Marino: *ſotto il nome di* Sapricio Saprici, *Anagramma tratto dal ſuo cognome. Cenſurò parimente a preghiere d'Amici il* Mondo Nuovo *del medeſimo* Stigliani, *al quale havendo egli riſposto, replicò il* Ventimiglia *con la ſcrittura del* Buratto, *nel quale tutte l'opere ſue dolcemente, non meno*

che

(c) *Scripſit ipſe in principio Juventutis ſuæ contra* Perſpicillum Thomæ Stigliani *ad defendendum Equitem* Marinum *ſub Nomine* Sapricii Saprici *per Anagramma tractum ex cognomine ſuo. Cenſoria quoque Virgula notavit rogatu Amicorum* Mundum novum *ejuſdem* Stigliani, *cui cum ille reſpondiſſet vices ei reddidit* Ventimiglia *per ſcriptum ſuum* Subcerniculum, *quo omnia ipſius opera ſuaviter non minus quam doctè mordet atque perſtringit.*

che dottamente morde e censura Vitam Joannis *Baptistæ Marini* vide apud *Ghilinum* in Theatro Italico Litteratorum part. 1 pag. 100. & seqq. ac pag. 218. vitam *Thomæ Stigliani*, ubi & scripta utriusque enarrantur quibus invicem decertaverunt.

Alphonsus de VARGAS, GASPAR SCIOPPIUS. XLII. Scav. 12.

Sub hoc nomine Alphonsi extat *Relatio ad Principes Christianos de Stratagematis Jesuitarum* Ann. 1641. in 12. excusa. Diversus ab hoc Alphonsus VARGAS *verus* Toleto-Hispanus, ordinis Eremitarum S. Augustini, Archiepiscopus Hispalensis, qui teste *Valerio Andrea* in Bibliotheca sua Hispanica pag 19. Claruit A. Christi 1359. ediditque *Commentarium in primum Sententiarum* (credo Petri Lombardi) & *Quæstiones in Aristotelis de Anima* libros Venetiis partim & Florentiæ 1477. excusa, de quo vid. classe V. pag. 262. Tom. 2. Bibliothecæ Hispan. *Peregrini, sive Schotti.*

Scipio GLAREANUS, Angelicus APROSIUS. XLIII. Scav. 13.
vid. supra ad num. 41 notata.

SAPRICIO SAPRICI. (d) *Lo Stesso.* vid. ibidem. XLIV. Scav. 14. (d) *Idem*

PAGANINUS GAUDENTIUS Auctor *Observationum ad Antiquitates Etruscas, quas H. Ernstius publicavit.* XLV.

Henricus Ernstius nimirum scriptis plurimis eruditis clarissimus (quorum partim editorum, affectorum etiam partim, ac edendorum Catalogum subjectum vides egregiæ dissertationi ejusdem *de vera Philosophia* hic

Hamburgi 1665. in 8. impressæ) *Observationes* hasce *ad Antiquitates Etruscas* auctas edidit Amstelodami 1639. in 16. De ipso auctore illarum antiquitatum, quod minimè sit antiquissimus ille PROSPER, qui jactatur, omninò consentiunt eruditi. Quos inter vide *Jo. Ger. Vossium* de Historicis Latinis lib. 1. cap. 9. sub finem: ubi ita scribit: *Sed omnino fragmenta illius* pseudo-Prosperi *sunt commentitia, ad majorem gloriam laudatissimæ Hetruscorum genti, ac præcipuè Vollateranis conciliandam. Id satis ostendunt sermo non sat latinus, Græcæ Linguæ inscitia, αὐτόγραφα ipsius characteres dispares vetustis temporibus, ut tot alia omittam argumenta, quæ suppositítium esse hunc fœtum non dicunt, sed clamant. Pluribus id comprobarem, nisi factum esset ab homine doctissimo in observationibus de opere isthoc in hac Amstelodamensium urbe editis anno* CIↃ IↃCXXXIX. *Fuere qui fœtum crederent* Guilielmi Postelli. *Sed verus Autor est* Thomas Fœdrus, *qui vixit anno* CIↃ CCCCXC. *cujus Thomæ ulteriorem nullam nec apud ipsum, nec apud Gesnerum, aliosve illius generis auctores invenio mentionem. Verum enim vero non opus est ut de eo multum hic solliciti simus, cum non illum, sed ipsum* CURTIUM INGHIRAMIUM, *qui fragmenta illa primus ac si Scornelli prope Vulterram ea sub terra invenisset, Florentiæ publicavit, parentem hujusce suppositítii figmenti fuisse prolixè docuerit* Leo Allatius *in suis ad dictas antiquitates annotationibus, Parisiis* 1640. *& biennio post Romæ iterum excusis.*

XLVI. Scav. 21. Ventidio GANGAPANO Paganino GAUDENTIO literis tantummodo transpositis. *Contra annum Jubileum Jesuitarum* Italicè scripsit teste *Scavenio.*

nio. Sub ejusdem vero nomine autem prodiere complura ſcripta partim Italicè partim latinè variis formis edita Piſis ac Florentiæ, quæ jam ſuccurrunt, præcipua ſunt iſta, in hiſce Regionibus rariora Latina quidem

De Dogmatibus & ritibus veteris Eccleſiæ ex ipſorum Hæreticorum præſertim Calvinianorum ſcriptis teſtimonia. Romæ 1625. 8.

Velitationes contra Chamerii Panſtratiam. Rom. 1627. 8.

Declamationes Flor. 630.

Obſtetrix Animarum & Epigrammata nova. ibid.

Expoſitionum Juridicarum libri duo cum additamentis Criticis. Florent. 631. 8.

De Juſtinianei Seculi moribus. Flor. 1637. 8. & Argentor. 1650. in 8.

De prodigiorum ſignificatione. Flor. 1638. 4.

Inſtar Academicum & Carmina varia. Flor. 1639.

De Funere Heroum Cæſarum. Flor. 1640. 4.

De Transmigratione Animarum Pythagoricâ. Piſis 1641. 4.

De Erroribus Sectariorum ſui temporis, & de Philoſophicis opinionibus Veterum Eccleſiæ Patrum. Paris 644. fol.

De Errore Sectariorum & Veteris Eccleſiæ Patrum Philoſophicis opinionibus. Piſis 1644.

De evulgatis Romani Imperii arcanis &

De Philoſophiæ Progreſſu & initio apud Romanos. Piſis 1645. 4.

De Candore Politico in Cornel. Tacitum. Pisis. 1646. 4. Italicè verò.

(e) Particularia bellorum in Germania. Vita Cleopatra Augmentum Academiæ separatæ XLVII. Scav. 22. De peregrinatione Philosophica.

(e) *Le singolarita delle guerre di Germania*, in Fiorenza 1640. 4.

La Vita di Cleopatra in Pisa 643. 4.

Accrescimento dell' Academia disunita. ibid. 644.

Della Peregrinatione Filosophica. ibid. 645. 4.

UDENO NISIELII. Benedetto FIORENTI Fiorentino

(f) Progymnasmata Poetica cum additamento Rythmorum variorum. Florentiæ. Exercitia Moralia. Observationes de Civilitate morum. XLVIII. Scav. 23.

Extant sub hoc nomine libri Italicè scripti sequentes (f) *Proginnasmi Poëtici con aggiunta di varie rime* à Fiorenza 1620. Tomis IV. in 4.

Esercitii Morali. ibid. 1633. in 4.

Observazioni di Creanza. ibid. 1633. in 12.

quod ultimum scriptum diversum est ab alio Italico Anonymo *Paulo V*. Pontifici adscripto, *delle belle Creanze delle donne*, de quo vide in Anonymis nostris Italis:

Despotico CALATHINO, Dominicus PANAROLUS Med. Romanus.

Prænomine Latino Græcè, Cognomine Italo Latinè reddito: Sub quo nescio quas *observationes Italico idiomate conscriptas* innuere videtur Scavenius n. 23. Cœteroqui sub vero nomine hujus Autoris extant

Observationum Medicinalium Pentecostæ quinque, utilibus præceptis, singularibus medelis, reconditis Speculationibus, portentosis Casibus refertæ. Quibus diversa & Curiosa in calce adduntur opuscula. Nempe *de Simplicium cognitione Medico necessaria. Plantarum Amphitheatralium Catalogus. Chamaleo examinatus.*

minatus. Arcanorum fasciculus primus & secundus Romæ *1652.* in 4. & recusæ Francof. *1653.* ac Hanov. *1654.* in 4.

Quæ an eædem sint cum illis quas *Scavenius* innuit haud utique dixerim.

Nicodemus MACER, Ascanius PERSIUS Græcæ Linguæ Professor Bononiensis. XLIX. Scav. 24.

Extat sub hoc nomine *Nicodemi Macri Senioris cum Nicolao Crasso Juniore Cive Veneto Disceptatio de Paranesi* Cardinalis Baronii *ad Remp. Venetam*, Venetiis apud Georg Willer *1607.* in 8. & Monachii eodem anno, in 4. edita. Etenim cum Cardinalis *Baronius* Anno Christi *1606* edidisset *Parænesin ad Remp. Venetam* Romæ & Coloniæ Agrippinæ in 8. excusam, qua ipsam ad obsequium Pontifici Paulo V. indebitum præstandum hortari satagebat: opposuit ei *Antiparænesin* Nicolaus CRASSUS Civis Venetus Philosophus & JCtus, quam etiam Tomo tertio Monarchiæ Imperii Romani inseruit *Goldastus* pag. m. 414. & seqq. Huic scripto maximè serio jocularem Satyram opposuit *Persius* iste Bononiensis Professor quam sine risu qui legat ἀγέλαςος sit oportet. Plura de Nicolao Crasso vide in *Pseudonymis* nostris sub nomine *Publii Licinii* & supra ad num. XXX. Elogium illius recitat *Jo. Imperialis* Musei Historici p. m. 205.

Bernardinus OCHINUS, Auctor libri *de tribus Impostoribus.* L. Scav. 25.

De hoc nefario & igne dignissimo libro, quem neque vidi, neque videre cupio, vide *Relig. Medici.* Sect. 19. & ad

& ad eandem *Anonymi* nobis detecti, notata πλυμαθί-στα p. m. 126. & 127. ubi Italum hunc Autorem etiam fuisse libri de *Polygamia* impii docet, quem refutavit *Theodorus Beza* Tractatione peculiari Genevæ 1573. & iterato 1587. in 8 edita hoc titulo: *Tractatio de Polygamia, in qua & Ochini Apostatæ pro Polygamia, & Montanistarum ac aliorum adversus repetitas nuptias argumenta refutantur, addito veterum Canonum & quarundam Civilium legum ad normam verbi divini examine, ex* Theodori BEZÆ *prælectionibus in priorem ad Corinthios Epistolam*, quem videsis etiam epist. 4. pag. 42. At *Melchior Adami* in vita Bullingeri pag m. 493. & 497. ac 498. fusius de eodem Ochino commemorat, quod Tigurinæ Ecclesiæ Præfectus fuerit, & propter 30. Dialogos Italicè scriptos & à *Sebastiano Castalione* latinè conversos, in quorum uno Polygamiam defenderat, absque approbatione divulgatos, & quod etiam nomine Senatus à Ministris monitus jussusque alio scripto dato Ecclesiæ scandalo mederi, obstinatè detrectasset. excedere urbe agroque Tigurino coactus sit. At de altero illo priori multò detestabiliori libro nulla ibidem extat mentio. Sunt qui dubitent an extet. Verum quod in Principali quadam vicina nobis Bibliotheca extet, ab aliisque lectus sit, testatur Dn. *Müllerus Atheismi devicti* Prolegom. cap. 2. p. 19 ubi & à *Campanella* in *Atheismo Triumphato*, sive ut aliis dicitur, eodem Autore teste, Triumphante, adscribi librum hunc POGGIO FLORENTINO, à Mersenno verò in Genesin PETRO ARETINO, testatur. Idem Mullerus ibidem pag. 29. Nachtegalium nescio quem primum librum huncce anno 1614. divulgasse,

pro-

propterea que in exilium actum esse commemorat. Et verò de Dialogis quidem illis XXX. res clara est. Eos inspexisse memini excusos typis latinè, absque tamen Interpretis mentione, sola hac inscriptione: *Bernardini Ochini Senensis Dialogi* XXX. *in duos libros divisi, quorum prior est de Messia, continetque Dialogos 18. Secundus est de rebus variis, tum potissimum de Trinitate* Basil. 1563. in 8. Horum vigesimus primus pag. 187. & seqq. est *de Polygamia*: in quo fateor Auctorem adeò strenuè argumentari contra Monogamiam, ac adeo tepidè refutare objectiones contra Polygamiam sub persona Telopolygami sibi factas, ut non sine causa vocatus sit ad reatum defensæ Polygamiæ. Verum enim verò quidquid sit de hoc dialogo, reliquorum tamen viginti novem nunquam à quoquam reprehensorum, quod sciam, haud videtur ea esse impietas, ut persuadere mihi possim, eum qui pro veritate Messiæ, Trinitatis, ac reliquorum fidei mysteriorum, tam sollicitè, tamque ingeniosè scripserit, tam derepentè Messiam modo tam sedulò defensum pro impostore scelestissimo traducere potuisse. Quamobrem hic suspendo fidem meam in re tanti præjudicii, quemadmodum & super illo *Scaligeriano* (pag. 44. in *excerptis* ex ore ipsius à *Fratribus Puteanis* asservatis) *Bellarminus nihil eorum credit quæ scribit, planè est atheus.* Neque verò fundamentum ullum notitiæ proferunt, qui hæc asserunt. *Commentator Religionis Medici*, nescire se fatetur apertè, num *Ochinus* sit auctor vel alius libri illius nefandi. Quod si conjecturæ locus est in re tantâ, ubi meridiana luce clariores probationes jura exigunt: sanè de ARETINO præsumere

F nefas

nefas illud & vita & scripta spurcissima ejusdem alia potius me permoverent. Sed annon licet ἐπέχειν? Discipulum enim *Petri Pomponatii Mantuani*, qui Bononiæ publicè mortalitatem animæ defendisse notatur à p. m. Dr. MOLLERO Atheismi devicti pag. 224. cui adde Jo. Matthæum *Toscanum* in peplo Italiæ lib. 2. p. m. 41. fuisse Ochinum unde constet *Scavenio* neutiquam novi. *Henr. Ernstius* observationum variar. lib. 2. c. 56. de libri hujus infandi auctore parum æque certas relationes enarrat hisce verbis: *Libellus de tribus Impostoribus dignus ut imis ceris, quod dicitur, eradatur. Faciunt nonnulli ejus auctorem Postellum, qui egregium illud opus de Concordantia orbis composuit. Certum esse ajunt, quod in horrifica inciderit deliria, ita ut dixerit se liberasse ab æterna morte viros, matrem autem ejus fœminas.* Thomas Campanella *Scriptor pestilentissimæ chartæ* de Monarchia Hispanicâ, *Romæ mihi retulit M. A. MURETUM libellum illum scripsisse. Hæc quomodo se habeant ego certò nescio, hoc tamen non ignoro, quod Diabolus princeps ejus auctor sit.* Hactenus Ernstius, ex quibus patet hæc omnia meris conjecturis niti, quamvis multa heterodoxa Theologica pro secta fuisse à *POSTELLO* constet, de quo vide inter alios *Gesnerum* ad ipsius nomen in Bibliotheca sua, & quæ in Anonymis de auctore libri *de Nativitate Salvatoris ultima* dicemus. *Maresius* de Johanna Papissa contra Blondellum p. m. 196. de *BOCCATIO* quoque nescio quam suspicionem movet. Sed *ARETINUS* & plurimorum consensu, & præsumptionibus gravissimis ob impietatem alias omni vita scriptisque tantum non singulis probatam gravatur. Inter alios ipsum imprimis onerat

Mer-

Mersennus in Genesin pag. m. 1830. ex singulari cujusdam Amici, qui librum legerat, judicio stylum esse Aretini referens, Est verò Stylus Aretini adeo peculiaris, ut â mediocriter ingenioso, qui libros ejus alios legerit, deprehendi possit. Vide *Spizelium* de Atheismo pag. 58. & 55. & *Voetii* disputationem ejusdem argumenti, nec non *Jo. Hornbeck* in summa controversiarum lib. 6. pag. m. 392. &c.

HERACLIDES Ponticus HERACLITUS putatur. De *Heraclide* & *Heraclitis* vid. *Voss.* in opere de Historicis Græcis doctissimo. lic. 9. & 20. l. 2. cap. 7. & cap. 19. ubi *PALLADII* nomine aliqua *HERACLIDIS ORIGINISTÆ* circumferri docet. Adde lib. 3. pag. m. 373. & lib. 4. pag. 514. 515 *Scavenius* hic *Leonem Allatium* quoque citat, quem vide. LI. Scav. 27.

L' Auttore della Gionta Ludovico CASTELVETRO. LII. Scav. 28.

Hujus Auctoris vitam habent *Lorenzo Grassi* part. I. pag. m. 65. & *Ghilini* pag. m. 147. ex quibus tamen illa Gionta quænam sit haud satis capio, nisi forte fuit illa Censura in Annibalis Cari (g) *Canzone, in lode della Casa Reale di Francia* inscripta *Canzone de gigli d' oro.* quam Cantilenam exigente Cardinale Alexandro Farnesio compositam â Caro, subtili ac maledica Censura perstrinxisse *CASTELVETRUM*, *Ghilini* notat, eundemq; respondentibus Academicis Romanis, impressa peculiari neque minus subtiliter mordaci Apologia, dignas suæ maledicentiæ pœnas luisse narrat.

(g) Cantilenam in laudem domus Regiæ Gallicæ inscriptam *Cantilenam Liliorum aureorum.*

LIII. Scav. 29. (h) Nepos Dni Fr. Angelonii Romæ.

Il BONANI (h) *Nepote del Sr. Francesco Angeloni in Roma.*

Scavenius hic ipsum *Angelonium* pro Nepote suo substituens addit, scripsisse eum *Tractatum Italicum contra Commentarios Tristani* nescio cujus, puto tamen eum esse Jo. Tristanum cujus cum *Jacobo Sirmondo* disceptationes de triplici nummo Anno 1650. & 1651. Parisiis prodiere. Non possum hic præterire silentio quod nuper ex Domino Cive, ac Amico meo honoratissimo *Martino Fogelio* Phil. & Med. D^re^ audivi: nempe Johannem Petrum *BELLORIUM*, cujus extant Italico sermone scriptæ *Vita Pictorum, Sculptorum & Architectorum Italorum hodiernorum* 1642. in 4. & *Fragmenta vestigii veteris Romæ ex ædibus Farnesianis* 1673. fol. item *Vita Petri de la Valle italicè* scripta, peregrinationibusque illius præfixa, & alia; Romæ agenti ante decennium ipsi coràm indicasse, quòd *de nummis* aliqua *contra Tristanum* ficto nomine scripsisset, qui cum sit Nepos Angelonii, sine dubio is ipsus est, quem auctor indicatum hic voluit, patetque adeo *Scavenium* ipsum nobis Angelonium pro nepote suo substituentem errasse: De Fr. Angelono vide *Leonis Allatii Apes Urbanas* pag. 103.

LIV. Scav. 88.

Satyræ Cave Canem *auctor* GASPAR BARTHIUS. Hoc etiam resoluto anagrammate Gasparis Barthii Berolinoei confirmat Excell^mus^ *Geislerus de mutatione nominum*, exemplorum decad. 1. n. 5. Titulus Satyræ talis est: *Cave Canem. De Vita, Moribus, Rebusgestis, divinitate* Gasparis Scioppii *Apostata Satyricon*. Hanov. 1612. in 12. Extat ibidem simul editus ejusdem auctoris

sub

ſub eodem fictitio nomine *Scioppius excellens*; *in laudem ejus & Sociorum, pro* Joſepho Scaligero *& omnibus probis-Epigrammatum libri* III. *ex triginta totis hinc inde collecti.* Denique anno ſeq. ibidem in 8. excuſum *Amphitheatrum ſapientiæ* ſub eodem fictitio nomine habetur. Alios quoque contra mordacem hunc Scioppium, cujus ſcopticus Stylus tantum non in proverbium abire meruit, ſcribentes ſi quis cupit, ecce

Mynſterus Hypobolimæus de quo in Anonymis noſtris

Alberti de Albertis Lydius lapis ingenii, Spiritus ac morum Gaſparis Scioppii. Ejusdem *Vindiciæ generales adverſus famoſos Scioppii libellos in Jeſuitas.* Monach. 1649. in 12. *Henrici Wottoni Epiſtola de* G. Scioppio cui propter argumenti ſimilitudinem etiam *alia* adjecta ſunt. Ambergæ. 1637. & 10. ut taceam nunc ea quæ Jeſuitæ illi oppoſuere, quæ vide in Catalogo quem Philippus *Alegambe* ſuæ Bibliothecæ ſubjecit peculiarem Scriptorum Societatem Jeſu defendentium

La Sporta dal GIELLI MACHIAVELLUS Auctor. Scriptum hoc non inter opera illius auctoris Florentiæ 1550. in 4. prima vice excuſa reperitur, neque quale ſit dixerim. Non meminit etiam illius, *Jo. Matthaus Toſcanus in peplo Italiæ*: ubi tamen p m. 51. 52 ſcripta illius & elogium ſolito prolixius recenſet. LV. Scav. 63.

Novi Luminis Chymici auctor Michael SENDIVOGIUS Polonus, cujus anagramma LVI. Scav. 90.

Qui Divi Leschi genus amo.

Novum Lumen hocce *Chymicum* absque nomine auctoris editum Pariſiis 1608. & Regiomonti 1614. in 12. &

 Colon.

Colon. 1517. in 16. editum etiam *Germanice sub ipso auctoris nomine*, vidisse memini, & quidem ipsam illam editionem cujus meminit Lindanus pag. 485 de Scriptis Medicis, quæ Erphordiæ apud Philippum Wittelium 1624. in 8. titulum hunc præ se ferens: *Lumen Chymicum novum XII. Tractatibus divisum, & totidem antiquis figuris in Germania nuper repertis, notisque Clarissimis illuminatum, renovatum & illustratum operâ & studio.* Ανδρὸς ὀρθ☉. Ἡλι☉. *in gratiam genuinorum Hermetis filiorum publici juris factum.* Eidem adjectus est in Calce Libellus novus alius hoc frontispicio insignis. *Epilogus & Recapitulatio in* Michaëlis Sendivogii *Poloni Novum Lumen Chymicum operâ & studio* &c. quemadmodum supra. Ejusdem auctoris ibidem etiam aliud recensetur sub ipsius genuino nomine publicatum scriptum: cui titulus

> *De vero Sale secreto Philosophorum, & de universali Mundi Spiritu tractatus*, ex Gallico in Latinum versus â Ludovico Combachio Casellis. 1651. in 8.

Sub LESCHI nomine autem excusa eidem auctori asserit idem Lindanus pag. 444. bina opuscula hac inscriptione signata: *De Lapide Philosophico tractatus XII. & Ænigma Philosophorum ad filios veritatis*, extantia in Theatri Chymici Argentorati 1613. in 8. editi Volumine quarto. De hoc Michaële Sendivogio, quem in modum ab aliquo Possessore Setonio dicto vel Sidonio, arcani illius magni pyxidem aurifico pulvere plenam acceperit, ejusdemque postea defuncti viduam matrimonio sibi junxerit, spe falsa illectus, artem magnam auri conficiendi ab eadem addiscendi, vide quæ narrat elegantissimum Academiæ Kilomensis decus, *Morhofius*

sius in Epiſtola doctisſima ad Joëlem Langelottum *de Metallorum transmutatione* nuper in publicum editâ pag. 149. & 150. Hunc eundem Sendivogium absque dubio intelligit etiam & commendat nobis Auctor *Anonymus* opuſculi *de Arcano Philoſophiæ Hermeticæ*, (detectus inter Anonymos noſtros Medicos) pag. 203. n. 11. illius opuſculi ſic ſcribens. *De aqua verò illa limpida à multis quæſita, à paucis inventa, omnibus tamen obvia & inſerviente, quæ operis Philoſophici baſis eſt, nobilis Polonus, non minus doctrinâ quam ingenio pollens, Anonymus, cujus nomen nihilominus duplex Anagramma prodidit, in novo ſuo Lumine Chymico Parabola & ænigmate, tum etiam in tractatu ſuo de Sulphure fusè ſatis & ingeniosè dixit, imo omnia circa illam dilucidè aperuit, ut plura deſideranti nihil ſatis eſſe poſſit.* Vide præterea Petri *Borelli Bibliothecam Chymicam.* ubi ſub lit. A. ſic habet. *Anonymus Sarmata de novo Lumine Chymico, malè Michaëli Sendivogio tributum, cum adepti morte hæc ſcripta habuerit.* Item ſub lit. C. *Cosmopolitani novum lumen Chymicum* 1604. *Pragæ Bohemicrum & Francofurti eodem anno apud Bitſchium & 1606. apud Parthenium curis Rullandi. & 1610. Pariſiis ac Colonia, extat & Theutonicè, & adhuc Latinè cum Müllero, & in Theatro Chymico:* Et paulo poſt enumeratis etiam Gallicis verſionibus, ſubjicit: *Auctor hic ex quibusdam eſt Michaël Sendivogius juxta Anagrammatiſmos ejus, dictus ab aliis nobilis Polonus, vel Cracovita, &* Heliocantharus Borealis. *Librum etiam de Sulphure & Dialogum Mercurii compoſuit, qui extant; at non promiſſi libri de Sale, nec de Harmonia Mundi. Audio tamen extare in Poloniâ, apud Sendivogii Filium, qui veri Auctoris hæres fuit, ſibique ejus ſcripta tribuit.* Ibidem & ſub

& sub nomine Sendivogii de Commentatoribus ejus ac interpretibus plura legas, quæ nunc exscribere non vacat. Idem p. 74. *Divi Leschi genus amo, (seu Michaëlis Sendivogii, ut hoc Anagrammatismo patet, & quia Leschum sive genius divi Leschi amat, id est Polonos, apud quos colitur sanctus ille, qui eorum Rex olim fuit) de lapide philosophico tractatus duodecim cum Epilogo in Theatro Chymico & seorsim multoties impressi, ut & Gallicè &c.*

LVII. Scav. 89.

Cardinale GAETTANO auttore delle opere sotto il nome di Trajano BOCCALINI (i)

(i) Cardinalis CAJETANUS auctor operum sub nomine *Trojani Boccalini*, editorum.

Hoc sanè perdubito num ita sese habeat, Quamvis *Scavenius* n. 89. bona fide hic nostro subscribat. Nam Trajani Boccalini quidem nomen haud esse fictum sed verum Romani Civis, ex Architecto quodam nati, quique libros illos inscriptos

(k) *Raguaglio del Parnaßo* &

Paragone Politico Italicè primò scriptos & postea in varias linguas ab aliis versos composuerit, ac propterea mala morte per Hispanos quosdam, injurias genti suæ à calamo auctoris illius audacissimo illatas ægrè nimis ferentes, mulctatum fuisse, plenè & pro comperto narrat *Lorenzo Graßi* Elogiorum Italorum ante jam laudatorum part. 1. pag. m. 159. quod ipsum non obscure quoque confirmat. *Janus Nicius Erythræus*, sive ut indicavimus in *Pseudonymis*, *Vittorio Roßi* Pinacothecæ. part. 1. Elog. 149. Nisi forte Cardinalis Cajetani instinctu scripsisse, vel calamum suum ipsius genio ac ingenio commodasse Boccalinum, auctori nostro accredere velis. *Apologia pro Monarchiâ Hispanicâ* contra Boccalinum italica *Simonis Baßi* prodiit. Neapoli. 1619.

(k) *Relationes ex Parnasso* & *Lapis Lydius Politicus*.

1619. 4. Nec possum quin addam hic locum ex appendice ἀνωνύμου ad Campanellæ Monarchiam Hispanicam, huc pertinentem, is talis est. *Reperti sunt adeo stolidi qui Reformationem totius mundi à Trajano Boccalini inventam* & de *verbo ad verbum ex Italica illius editione versam & vulgatam pro singulari quodam mysterio amplexi & Cabalistico quodam more interpretati fuerint, quasi Ars Chymica vel Chrysopœias in illa occultata contineatur, quod forsan ipsi Autori nunquam in mentem venit.*

Verante PALMERIO, Sebastianus SCARABICIUS. Professor Patavinus Medicinæ doctissimus, ante decennium cum ibidem agerem, adhuc superstes, cujus aliqua scripta Medica prodiere Patavii: quale verò sit illud ficto sub nomine expositum me latet. LVIII.

Monarchia Solipsorum adscribitur Melchiori INCHOFER Soc. J. in 8. Ven. A. 1651. & ante jam alias sub nomine L. CORNELII EUROPÆI, & ad exemplar Venetum apud Batavos 1648. *cum clave onomastica*, & deinde alibi aliquoties diversis formis recusum opusculum, ab aliquo ex ipso ordine profectum esse, jam dudum & mihi & aliis Viris me Sagacioribus visum est. Apertè verò primus hoc, quod sciam, affirmavit *Christoph. Pellerus* in notis ad præfationem Politici scelerati impugnati pag. m. 9. sic scribens. *Monarchiam Solipsorum perhibent scripsisse quempiam Patrem ex Societate* N. Inckhoferum *Germanum, postea Romam profectum, nunquam reversum*, Quamobrem malim hisce auctoribus hoc accredere quam conjecturæ Excell^mi JCti *Ottonis Taboris* in præfatione sua ad disputationes *de Confrontatione* doctissimas, ubi auctorem hisce verbis citat. *Lucius Corne-* LIX.

lius Europæus (*sive is sit* Gaspar Scioppius, *sive quis alius ex genere scriptorum Satyricorum*) *in Monarchia, quam dicit Solipsorum, Leoni Allatio dedicatâ* &c. Vide Excell. *Geislerum de Mut. nom.* in exemplo 9. decadis 4. utrumque hunc locum etiam citantem. Sub ipso genuino nomine Melchioris Inckhoferi, extant etiam alia scripta quæ curiosi cum hoc comparare possint, ad præsumtionem eo magis roborandam. Ex iis nunc in mentem redeunt sequentia. *Tractatus Syllepticus de Terra Solisque motu vel statione secundum Scripturam & SS. Patres*, Romæ, 1633. in 4. *Historia Sacra Latinitatis* libris VI. Monachii 1638. in 8.

Tres Magi Evangelici. Romæ 1639. 4.

Liber *pro Epistola Deiparæ ad Messanenses*, de qua vide dissentientes ab illo Pontificios ipsos. *Theophilum Raynaudum de libris bonis & malis* partit. 1. Erotem 10 pag. m. 148. *Baronium* etiam &c. apud *Robertum Cocum* in Censura scriptorum. pag. m. 23. & *Andr. Rivetum* Critici sacri lib. 2. capp. primis. Quomodo etiam occasione scripti hujus coram S. congregatione comparere, ac rationes facti sui reddere, titulumque operis & alia immutare necessum habuerit, vide apud *Philippum Alegambe Bibliotheca Jesuitarum* p. 340. ubi quædam ipsius prodiisse sub alienis nominibus R. P. E. L. &c. commemorat, quæ tamen illa sint non exprimit. Plura ejus scripta recenset *Leo Allatius* in Apibus Urbanis pag. 190.

LX. Fausto LONGIANO è auttore della vita d'*Ezelino*, Stampata sotto il nome di GIRARDO 1619. Ital. mese di Luglio (l)

Hebbe

(l) *FAUSTUS LONGIANUS* est autor *Vitæ Ezzelini* impressæ sub nomine *GIRARDI* 1619. Italicè, mense Julio.

Hebbe dalla Sereniſſima Republica Venetiana il Sr. Giacomio Caſtellani *per l'* aviſo di Parnaſſo *un donativo di 200. ducati, poi. 1620. a di 26. Marzo facolta di liberare doi banditi, di che cavò 3000. ducati 1625. per il diſcorſo ſopra le* Ragioni della reſoluzione fatta in Valtelina *gli donò ſodetta Republica 300. ducati di buona moneta, & gli fece grazia di liberare un bandito, ne hebbe ducati mille & Ottocento d' ogni ſpeſe,* (m) Ex Mſſ. ipſius apud Abbatem Maurocenum Patavii 1633.

Vide notata ſuperius n.9. & n. 28.

(m) *Habuit à Sereniſſima Republica Veneta Dnus Jacobus Caſtellanus pro* Novis ſuis è Parnaſſo, *donarium ducentorum aureorum, & inſuper anno* 1620. *die* 26. *Martii facultatem liberandi duos è numero proſcriptorum, unde redegit* 3000. *aureorum Anno* 1625. *Pro diſſertatione ſuper* Rationes Reſolutionis in Valtelina factæ, *donavit ei prædicta Reſpublica* 300. *aureos bona moneta. & gratiam ei fecit liberandi proſcriptum unum, unde habuit aureos* 1800. *cum omni ſumptu.*

CATALOGUS.

Auctorum qui suppresso vel ficto nomine prodierunt

quem

PETRUS SCAVENIUS

Designationi librorum, Bibliothecæ Regis Daniæ sua cura additorum,

Hafniæ 1665. in 4to editæ subjecit.

Rhod. n. 30.	1. Liberius Vincentius *Hollandus auctor Satyræ. Nescimus quid servus Vesper vebat.* - - - - - -	Nicolaus Crassus.
Rhod. 31.	2. Pietro Nelli - - - - - - -	Andrea da Bergamo.
R. 32.	3. Gneo Falcidio Donaloro - - -	Giov. Francesc. Loredé.
R. 33.	4. Persius Trevus *qui scripsit de Sero lactu pro Liceto contra Rodericum Castrensem* -	Petrus Servius *Medicus Romanus.*
R. 34.	5. Neotericus Transalpinus *ab ipso citatus* p 147. - -	Jacobus Moine *Medicus qui scripsit deliramenta Hæmophobi.*
R. 35.	6. Menedemus Rhodiensis *qui scripsit pro Sententia* Cremonini *de Calido* - -	Alexand. de Vincentin.
R. 36.	7. Scipione Africano *di Bett* - - -	Cremoninus.
R. 37.	8. *Dj vestram fidem* } *Satyræ* - -	Nicol. Villan *Pistoriens.*
R. 38.	9. *Nos canimus surdis* }	David Spinelli *Cittadino Ven.*
R 39.	10. *Auctor libri VVallestain Scolpato* - -	
R. 40.	11. Masoto Galistoni - - - -	Angel. Aprosi. Vintimig *Ord. D. Augustini, in Bibl. Apocryphor. contexuit in qua quæ plurima scripta veris Auctoribus asseruit.*
R. 41.	12. Carolo Galistoni - - - -	
R. 43.	13. Scipione Glareano - - - -	
R. 44.	14. Sapricio Saprici *qui scripsit La Sferza poetica* - - - -	
	15. *Hercules tuam fidem, Auctor est* - -	Daniel Heinsius

16. Pa-

16. Paschasius Grosippus	Caspar Scioppius	Rh. 8.
17. Alphonsus de Vargas		R. 42.
18. Mariangelus à Fano S. Benedicti		
19. *Auctarii Grammaticæ Philosophicæ Autor*		
20. Oporinus Grubinus qui *scripsit Amphotides Scioppianas*		
21. Ventidio Gangapano *contro l'anno Giubileo de Giesuiti*	Paganino Gaudentio	R. 46.
22. Udeno Nieselii *qui sub hoc nomine scripsit tractatum Italicum delle belle Creanze, & progymnasmata poetica*	Benedetto Fioretti *Fiorentino Nicolai Pinelli Magister*	R. 47
23. *Observationi di* Despotico Calatino	Dominicus Panarolus *Medicus Romanus.*	R. 48.
24. Nicodemus Macer	Ascanius Pers. *Boniensis.*	R. 49.
25. *Auctor libri de tribus Impostoribus prout asserit.*	Bernh. Ochinus Italus *discipulus* Pomponatii	R. 50.
26. *Innominatus de Religione Medici Sect. I.*	Thomas Brovvne.	
27. Heraclides Ponticus *ut Refert Leo Allatius in præfatione variorum antiquorum.*	Heraclitus	R. 51.
28. *L'Autore della Giunta*	Ludovico Castelvetro	R. 52.
29. Il Bonano *qui scripsit tractatum Italicum contra Commentarios* Tristani	Francesco Angeloni	R. 53.
30. Lucius Lælius Fulginas *de Lue Sarmatica, qui mutato nomine contra* Minadojum *scripsit*	Julius Recalcus *Ferrariensis Medicinæ Professor.*	Rh. 1.
31. *Libri de fractura Cranii, qui sub nomine* Carpi *prodiit Bononiæ 16 8. author est Idem primus luis Venereæ curati. item per hydragyrum instituit*	Berengarius.	R. 3.
32 Constantinus *de Agricultura*	Dionysius Uticensis.	R. 4.
33. Miloponerus	Casaubonus.	R. 6.
34. Yvo Villiomarus *qui edidit Animadvers. in locos controversos* Roberti Titii.	Josephus Scaliger.	R 5.
35. J[illegible]sti Lipsii *falsus Historicæ Compendii Autor est*	Joan. Thuilius *Professor Patavinus.*	R. 7.

R. 9.	36. *L'Autore del Aviso di Parnasso*	P. Paolo Servita.
	37. Suavis Polani Hist. *del Concilio di Trento*	
R. 10.	38. *Nomen* P. Pauli *antequam Sacris initiatus*	Petrus Sarpus *quod est cognomen familiæ*
	39. *Autor libri It. La vita* di Padre Paolo	Fulgentius Servita
	40. L'*Autore della Baccinata chi è stato decapitato in Avignone*	Ferrante Pallavicino
R. 11.	41. Pomponio Emigliani *Nomen suppositium Nobilis cujusdam Veneti, qui ab Inquisitoribus in carcerem conjectus, quod nimia libertate bellum Forojuliense scripserat, est ex familia*	Miniani
R. 12.	42. *L'Autore dell' origine di Venetia*	Nicolo Zeni *Nob. Venet.*
	43. *Auctor Satyræ* Euphormionis *est*	Johan. Barclajus
R. 13.	44. *Libri de Titulis Regis Hispaniæ, quem à Præceptore donatum edidit suo nomine* Jacobus Mainoldus *Autor est*	Carolus Sigonius.
R. 19.	45. *Libri de Senatu Romano* Johannis Zamoscii	*Autor est idem* Sigonius *hæc enim Auditoribus dedit*
R. 20.	46. Bernardini Lauretani *Scholiorum in aliquot Orationes Ciceronis*	
R. 21.	47. Hieronymi Ragazonii *Comment. in Epistolas ad familiares*	
	48. *Epitomator* S. Diaconi	Paulus Warnefridus
	49. *Vitam* Pinelli *in Latinum traduxit*	Laurentius Pignorius
	50. Antonius Mercator *contra* Antonium Robertum	Jacobus Cujacius
	51. *Autor de nativitate mediatoris ultima, nunc futura, teste Gesnero, est*	Guilielmus Postellus
R. 14.	52. *Poliphili, sive libri de Amore autor est*	*Frater* Francisc. Colonna.
R. 15.	53. *Autor L'Imprese di Terra Santa, est*	Morosini
R. 16.	54. *Antidotarium Bononiense, Collegii nomine concinnatum: ejus Autor est*	Ulysses Aldrovandus.
R. 17.	55. Fenestella *ex Museo P. Bembi*	Andr. Domin. Fioccus
R. 18.	56. Fabius Pictor *& reliqui*	Joann. Annius *Viterb.*

57. *Autor libri Consolatio* Ciceronis *est* -	Carol. Vianell. *Collegio decemvirum ab Epistolis.*	R. 22.
58. *Autore del Plagio degl. Incanti, stampato da* Strozza Cicogna *suo familiare* -	Tomaso Garzoni	R. 23.
59. L. *Autore della vita di Ezzelino* – –	Fausto da Longiano.	
60. *Scrutinii libertatis Venetæ Autor* – –	Marcus Velserus	R. 25.
61. *Partenio Etiro* – – –	Petrus Aretinus	R. 26.
62. Amadio Nicolluci 63. *La Sporta del* Gelli – –	Nicolo Machiavelli	R. 27. R. 55.
64. Valerio Fulvio 65. Francesco Bersabita – –	Giacomo Castellano	R. 28.
66. *Catalogi Stirpium horti Lugdunensis autor*	Henricus Kraliz	29.
67. Eureta Misoscolo - -	Franc Pona *Med. Veron.*	
68. *Autor Academiæ Venetæ* - -	Fredericus Badoenus. *Venetus Senator*	
69. *Autor Geometriæ restauratæ est professor Matheseos Romæ* - -	Pater Santin	
Contra quem scripsit - -	P. Paulus Caravagius	
70. Minus Celsus *sub hoc nomine scripsit librum de Hæreticis capitali supplicio non afficiendis* - - -	Faustus Socinus	
71. *Libri Ital. del belle creanze delle Donne* -	Pius V. Papa	
72. Walo Messalinus *de Episcopis & Presbyteris contra Petavium* - - 73. Simplicius Verinus *de Transsubstantiatione contra* Grotium - -	Claudius Salmasius	
74. Holophernis Krigsœderi *Responsio ad Epistolam* Isaaci Cazzobini *Autor* -	Caspar Scioppius	
75. Stephani Junii Bruti *Vindiciæ contra Tyrannos, prout putat Hugo Grotius* -	Philipp. Mornæus	
76. Guilielmus Rossæus *de justa Reip. in Reges impios & hæreticos Animadvers.* -	Guil. Giffordus *Autor Calvino Turcismi*	
77. Irenæus Philalethes *de Motibus Scotiæ, teste Jacobo Revio in Examine Episcopatus Vedeliani p. 14.* - - -	Ludovicus Molinæus	

78. J. Pa-

78. J. Pacidii *Epistola ad And. Rivetum, de communione Christian: cum gentilibus & Pontificatu Impp. Christianorum* . .	Jacobus Gothofredus
79. Tarquinius Carpinetus *de Arthritide* .	Adrian Spig. *socer* *Carp.*
80. *Enchiridion medicum Genevæ editum sine Autore, cum* Calmetæi *Chirurgia* .	Fernelius
81. *Secreti del* Fallopio *in Venetia collegit & nomine* Fallopii *edidit*	Giovanni Bonacio.
82. Plazzonus *de Remediis Sclopetorum* .	Hieronym. ab Aquap.
83. Teupoli *Contemplationes Academicæ* .	Francisc. Piccolomini
84. Laurentii Ramirez de Prado *πεντεκόνταρχος verus autor est* Ram. *Præceptor* .	Franc. Sanctius *Brocen.*
85. *Ratio Status Imperii Roman. Autor* .	J. Transæus, *Cons. Svec.*
86. *Deusingius Heautontimorumenos* Benedicti Blotesandæi . . .	Olaus Borrichius.
87. Pompejus Lampugnanus *in Corn. Tacitum, autor est Consiliarius Palatinus* .	Hippolytus à Collibus
R. 54. 88. *Satyricon, Cave canem, de vita, Moribus, rebus gestis, divinitate Casp. Scioppii Apostatæ, Autore* Tarræo Hebio *à Sperga* .	Caspar Barthius
R. 57. 89. *Le opere sotto il nome di* Trai. Boccalino	Cardinale Gaetano
R. 56. 90. *Novum Lumen Chymicum* . .	Mich. Sendovog. *Pol.*
91. *Opera Chymica* Mylii, *qui erat Præceptor filiorum* Hartmanni *bona fide* MSSa *descripsit, & eo mortuo suo nomine publicavit, verus Autor est* . .	Joannes Hartmannus
92. Glückradii *notæ in Tyrocinium* Chym. *Beguini, autor fuit* Glückradii *Præceptor* .	Joannes Hartmannus
93. *Thesaurus* Euonymi *de remediis Secretis* .	Conradus Gesnerus
94. Theodosius Berenicus *qui scripsit Proaulium: Tubæ pacis & Tubam pacis, contra Classicum belli Sacri Scioppianum est* .	Matthias Berneggerus
95. Antonii Cercoëtii *Mastigophorus contra* Cl. Salmasium . . .	Dionysius Petavius

96. Fran-

96. Franciscus Francus, *qui refutavit Animadversa Cercoëtii ad Cl. Salmasii notas in Tertullianum de Pallio, autor* - - - Cl. Salmasius

97. Alexius à Massalia, *qui scripsit Diatribam de mutuo, contra Coprianum, seu* VVissembachium, est Cl. Salmasius.

98. *Autor Recreationum Mathematicarum Gallicè editarum, est* - - - *P. Ioannes Leurechon Lotharingus.*

99. *Cyclometriæ à Longomontano Anno 1612. Hauniæ Anno 1627. Hamburgi & Anno 1664. Amstelod. publicatæ, Elenchi editi Parisiis in 4. Aut. est* Claudius Hardy.

100. Lotharius Sarsus, *qui scripsit Libram Astronomicam & Philosophicam, est* - . P. Horatius Grassus.

101. Apelles post Tabulam latens, *qui edidit librum de maculis solaribus, est* - - Galilæus de Galilæis.

102. Gustavus Selenus *autor Cryptographiæ est* Augustus, *Dux Luneb: & Brunsvic.*

LIBRI.
à
VINCENTIO PLACCIO.
EDITI.

ATlantis Retecta, *sive* de Navigatione Christophori Columbi in Americam, Poëma Ephebicũ *Hamb.* 1659. *in* 8.

De JCto Perfecto, liber unus, exhibens officia & requisita JCti, adeoq; Elementa scientiæ Interpretandi jura scientificè demonstrata: cum Appendice Regularum aliquot interpretandi falsarum, summis JCtis malè probatarum, Viennæ 1662. scriptus, 1664. in Italia, sub *Nomici Pacemuti Analyticophili* nomine, quasi *Augustæ* publicatus in 4.

De Interpretatione Legum Disp. inauguralis, *Aureliis*, 1665. 4.

Carmina Puerilia & Juvenilia, libris IV. *Amstelod.* 1667. in 12.

De Scriptis & Scriptoribus Anonymis & Pseudonymis Syntagma Hamb. 1674. in 4.

EDENDI.

Quorum eodem cum superioribus typo expressi in mundum redigi solummodo, reliqui verò ulteriori etiam meditatione, vel collectione, vel utraq; adhuc indigent.

JURIDICI.

De ICto Perfecto liber auctior, adjecta *Parte Speciali de JCto Romano Germanico, & interpretationibus circa jus Imperij nostri, bene vel malè factis, & imposterum faciendis.*

Institutiones Juris reconcinnatæ, sic, ut mutato quam minimum fieri potuit ordine, textuq; omni retento, solâ typorum varietate distinguantur Textus abrogati ab etiamnum vigentibus: & utriq; ab additamentis, ex receptis Imperii Juribus ita factis, ut nullius non materiæ Juridicæ elementa compendio pertractentur.

Institutiones Juris Naturalis eodem ordine concinnatæ.

De Actionibus secundum jus Naturæ ac Civile instituendis Tabella, exhibens omnes actionum naturales Differentias, cui deinceps Formulæ Civiles atq; Canonicæ applicantur. Unde præter comparationis hujusce jucunditatem, hoc consequimur, ut merè positivis solis memoriæ mandatis, reliqua naturali nexu colligata, sponte animo hæreant.

De Jurisprudentia & Iurisprudente in genere Dissertatiuncula.

De

De Favorabilibus & Odiosis in jure.
Commentarii in Jus Statutarium Hamburgense.

PHILOSOPHICI.

In Francisci Baconis de Verulamio de dignitate & Augmentis scientiarum libros IV. priores Annotationes.

In Ejusdem librum V. Commentarius de Augmentis Logicis.

Accesſiones Logicæ juxta Methodum artis exhibitæ, ubi de notionum vario diſcrimine, deq; recta nominum impoſitione ac urſurpatione, Grammatica item Philoſophica, & interpetatione, atque Analyſi cujuscunque generis ſermocinationum.

Ad ejusdem Librum VI. Comm: De Augmentis Rhetoricis.

Accesſiones Rhetoricæ methodicè digeſtæ.

In ejusdem Librum, VII. Commentar: de Augmentis Ethicis.

Accesſiones Ethicæ exhibitæ in MEDICINA ANIMORUM MORALI bipartita: cujus, Pars I. Inſtitutiones Medicinæ Animorum, eiusq; Lib. 1. Phyſiologia & Anatomia Moralis. De Homine moraliter curando ſeu beando, deq; Anima ipſius & Corpore, Conjunctione item utriusq;, & functionibus tam ſeparatis, quam conjunctis, & quomodo â ſe invicem vel ab alijs externis variè afficiantur. 2. Hygieine moralis, de Summo bono hominis. 3. Noſologia moralis, de Vitijs hominum. 4. Semeiotica moralis, De Signis morum bonorum malorumq;, & examine ſui ipſius benè inſtituendo. 5. Pharmaceutica moralis.

ralis, de remediis contra vitia, & Methodo ea applicandi.

Pars II. *Medicina Moralis Practica:*

De Vitiorum singulorum Curatione speciatim.

In Ejusdem lib. VIII. *Comm. de Augmentis Politicis, seu scientiarum de Societatibus humanis.*

Accessiones Politicæ.

In Ejusdem lib. IX. Comm. de. Jurisprudentiæ Augmentis.

De Ratione Excerpendi varia, deq; una nova & facili valdè, atq; compendiosa sine libris, per scrinium litteratum.

Grammatica Generalis & Rationabilis ex Gallico versa, cum notis.

Analysis exacta Logica Aristotelicorum *Analyticorum* Priorum & Posteriorum, B. Keckermanno inter alia desiderata.

Ethicorum,

Politicorum. ita ut ad oculum appareat, ubi quælibet Demonstratio vel probatio incipiat atq; desinat, & qualis quæq; sit, quive textus hiantes, aut integri sint.

De Astrologia Judiciaria potius expurganda, quam contemnenda Consilium.

Optima Respublica Aristotelis, cum aliis veterum & recentiorum, puta Mori, Campanellæ, Verulami &c: comparata.

In Ludovici Vivis de Caussis corruptarum artium libros animadversiones.

Ratio Status Reipublicæ Litterariæ hodiernæ, cum suis Corruptelis atq; remediis.

HISTO-

HISTORICA.

Historiæ Litterariæ Compendium universale: Migrationes Artium & Scientiarum varias summatim exhibens. *Tum* Specialis Historia, Logices, Rhetorices, Ethices, atq; Politices.

Bibliographia Logica, Rhetorica, Ethica, *Politica, Juridica.*

De Scriptis & Scriptoribus Juvenilibus, atq; Muliebribus.

Additiones ad Thomasium de Plagio litterario.

Labbæi Bibliothecam Bibliothecarum.

Vogleri Introductionem in omnis generis auctores.

Draudii Bibliothecæ Classicæ partes varias.

Pierium Valerianum de infelicitate litteratorum.

Historiæ Curationum moralium antiquæ & novæ.

PHILOLOGICA.

Additiones ad Vorstium, de Latinitate falsò suspecta.

Analysis Rhetorica Orationum aliquot Ciceronis, Livii &c. secundum Accessiones Rhetoricas instituta.

Encyclopædia Philologica, secundum ordinem Scientiarum, locutiones proprias & Latinas ex bonis auctoribus excerptas circa quamlibet materiam exhibens, auctoribus ubiq; nominatis.

ALIENA,

Plurima, Variorum Auctorum, vitâ jam functorum, ad diverſa ſtudiorum genera pertinentia: quorum Catalogus alias exhibebitur.

—40